

Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

600071034L

297 e. 4

= C. Text Lat. J 21

= C. Lat. J. 30.



D. IVNII IVVENALIS

SATVRARVM

LIBRI V,

EX RECENSIONE

ET CVM COMMENTARIIS

OTTONIS IAHNII.

VOL. I.

BEROLINI
TYPIS ET IMPENSIS GE. REIMERI
A. 1851.

297. e. 4

D. IVNII IVVENALIS

SATVRARVM

LIBRI V

CVM SCHOLIIS VETERIBVS

RECENSVIT ET EMENDAVIT

OTTO IAHN.

BEROLINI
TYPIS ET IMPENSIS GE. REIMERI
A. 1851.

=C. Lat. J. 30.

= C. Rost. Lat. J 21

297. e. 4.

P codicis Pithoeani nunc Montepessulani lectio genuina. ubi quid erasum est neque legi potuit ** indicatum est. ubicumque nihil adnotatum est lectio cod. ***P*** genuina repraesentata est.
S scholiorum lectiones ipsis litteris, lemmatibus maxime, scriptae.
Σ scholiorum lectiones, de quibus interpretatione coniecturam capere licet.
Probus a G. Valla commemoratus.
ω codices interpolati uel omnes uel plurimi.
ς codices interpolati aliquot, maxime recentiores.

Ad hos pertinent

p codicis Pithoeani manus secunda.
r codicis Vaticani palimpsesti fragmentum XIV, 324 — XV, 43.
a codex bibliothecae Laurentianae plut. XXXIV, 42, saec. XI.
b codex bibliothecae Sangallensis D. 236. 871, saec. IX.
c codex bibliothecae Einsiedlensis 34, saec. X.
d codex bibliothecae Parisiensis 8070, saec. XII.
e codex bibliothecae Parisiensis 4883 A, desinens VI, 90.
f codex bibliothecae Parisiensis 8071, olim Thuaneus, saec. X.
g codex bibliothecae Parisiensis 7900, olim Puteani, saec. IX.
h codex bibliothecae Vaticanae Vrbinas 661.
v excerpta e codice Vossiano apud Cortium et Fabricium.
edd. editiones ante Pithoeanam.

D. IVNII IVVENALIS
SATVRARVM

LIBER PRIMVS.

SATVRA I.

Semper ego auditor tantum? numquamne reponam,
uexatus totiens rauci Theseide Cordi?
impune ergo mihi recitauerit ille togatas,
hic elegos? impune diem consumpserit ingens
Telephus, aut summi plena iam margine libri
scribtus et in tergo nec dum finitus Orestes?
nota magis nulli domus est sua, quam mihi lucus
Martis et Aeoliis uicinum rupibus antrum
Vulcani. quid agant uenti, quas torqueat umbras
Aeacus, unde alius furtiuae deuehat aurum

Sat. I.

2. *Seruius ad Verg. Aen. I p.* 2 *L. schol. Pers. I,* 70. rauci Theseide Codri *Seruius ad Verg.* XI, 458. Cordi *PS:* Codri *pω Seruius, cf. III,* 203. 208. 3. cantauerit *ex cod. Hauniensi Heinrich.* 5. *Priscian. VI,* 3, 16 *p.* 684: *'Margo quoque marginis notandum quod tam masculini quam feminini generis inuenitur. Iuuenalis in primo:* aut summi plena iam margine libri.' pleno ς. 6. scribtus *P:* scriptus *Sω* et in — Orestes *Seruius ad Verg. Aen. V,* 122. nondum *vς.* 7. luctus *Flauius coni.* 29. 8. inclusum rupibus *N. Heinsius ad Sabini ep. III,* 91. *Valer. Fl. V,* 642. 9*s.* quas — Aeacus *Acron ad Horat. carm. II,* 13, 22. quas torqueat undas (*uel* aestus) Aeolus *Wernsdorfius poett. Latt. min. IIII p.* 22. 10. furtiue *Pς.*

pelliculae, quantas iaculetur Monychus ornos,
Frontonis platani conuulsaque marmora clamant
semper et adsiduo ruptae lectore columnae:
exspectes eadem a summo minimoque poeta.
et nos ergo manum ferulae subduximus, et nos
consilium dedimus Syllae, priuatus ut altum
dormiret; stulta est clementia, cum tot ubique
uatibus occurras, periturae parcere chartae.
cur tamen hoc potius libeat decurrere campo,
per quem magnus equos Auruncae flexit alumnus,
si uacat ac placidi rationem admittitis, edam.

Cum tener uxorem ducat spado, Meuia Tuscum
figat aprum et nuda teneat uenabula mamma,
patricios omnis opibus cum prouocet unus,
quo tondente grauis iuueni mihi barba sonabat,
cum pars Niliacae plebis, cum uerna Canopi
Crispinus, Tyrias umero reuocante lacernas,
uentilet aestiuum digitis sudantibus aurum,
nec sufferre queat maioris pondera gemmae,
difficile est satiram non scribere. nam quis iniquae
tam patiens urbis, tam ferreus, ut teneat se,
causidici noua cum ueniat lectica Mathonis
plena ipso, post hunc magni delator amici
et cito rapturus de nobilitate comesa

13. et — columnae *Seruius ad Verg. georg. III*, 328. *us.* 14 *spurium putat Dobree aduu. II p.* 387. 16 *sq.* consilium — dormiret *schol. Stat. Theb. I*, 389. 16. Syllae *Pς*. 18. cartae *P*. 20. Auruncae *PS*: Aruncae ς. 21. si placat ac *P*, si uacat et *ω*, si iuuat et *d*. 22. Meuia *Pv*, Neuia ς. 24. 25 *om. avς*. 26. faex Niliacae *Ptol. Flauius coniectt.* 30, *prob. Burmann. ad Anth. Lat. I p.* 744. 27. umero *P*: humero *p*. 28. aestiuo — auro *N. Heinsius epp. IIII p.* 184, *prob. Graeuius ib. p.* 193. 29. quaeat *P*. 32 *sq.* lectica — ipso *Seruius ad Verg. Aen. I*, 215. 34. *Priscian. XV*, 3, 11 *p.* 1009: ‘*Et saepe corripiunt* o *terminalem, quando in aduerbia transeunt, ut* cito, sero, modo. *Iuuenalis in III:* et cito — superest.’ *Anall. gramm. p.* 466 *not. h*: ‘*Et* cito *breuis lecta. Iuuenalis:* et cito — comesa.’

quod superest, quem Massa timet, quem munere palpat
Carus et a trepido Thymele summissa Latino,
cum te summoueant qui testamenta merentur
noctibus, in caelum quos euehit optima summi
nunc uia processus, uetulae uesica beatae?
unciolam Proculeius habet, sed Gillo deuncem,
partes quisque suas ad mensuram inguinis heres.
accipiat sane mercedem sanguinis et sic
palleat, ut nudis pressit qui calcibus anguem,
aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram.
quid referam quanta siccum iecur ardeat ira,
cum populum gregibus comitum premit hic spoliator
pupilli prostantis, et hic damnatus inani
iudicio (quid enim saluis infamia nummis?)
exul ab octaua Marius bibit et fruitur dis
iratis, at tu uictrix prouincia ploras?
haec ego non credam Venusina digna lucerna?
haec ego non agitem? sed quid magis? Heracleas
aut Diomedeas aut mugitum labyrinthi
et mare percussum puero fabrumque uolantem,
cum leno accipiat moechi bona, si capiendi
ius nullum uxori, doctus spectare lacunar,
doctus et ad calicem uigilanti stertere naso;
cum fas esse putet curam sperare cohortis,
qui bona donauit praesepibus et caret omni
maiorum censu, dum peruolat axe citato

35. super est ***P***. tim etque munere ***P***. 36. ut ***Heinrich comm. I p.*** 31. 38. noctibus *pω*: nontib⋆ ***P***. 39. uetulae uesica beatae ***Priscian. III***, 6, 34. uaesica ***P***. 40. ***Priscian. III***, 7, 41 *p.* 617. procul eius ***P***. 44. rethor ***P***. 46. premat *ς*. 47. at hic *ω*. 49. 50. ***Priscian. XVIII***, 25, 250 *p.* 1193. exul — bibit ***Seruius ad Verg. Aen. IV***, 77. 52. Heracleas ***S***, ***Probus***, ***codex Vallae***: Her⋆⋆cleas ***P***, Herculeias *pω*. 53. aut diomedeas *pωS*: audio medeas ***P***. 55. si *ω*: st⋆ ***P***, sit ***Pithoeus***. 56 *s.* doctus — naso ***Acron ad Horat. carm. III***, 6, 28. 58. spectare *ς*.

Flaminiam, puer Automedon nam lora tenebat
ipse, lacernatae cum se iactaret amicae?
nonne libet medio ceras implere capaces
quadriuio, cum iam sexta ceruice feratur
hinc adque inde patens ac nuda paene cathedra
et multum referens de Maecenate supino
signator falso, qui se lautum adque beatum
exiguis tabulis et gemma fecerat uda?
occurrit matrona potens, quae molle Calenum
porrectura uiro miscet sitiente rubetam,
instituitque rudes melior Lucusta propinquas
per famam et populum nigros efferre maritos.
aude aliquid breuibus Gyaris et carcere dignum,
si uis esse aliquid. probitas laudatur et alget.
criminibus debent hortos praetoria mensas
argentum uetus et stantem extra pocula caprum.
quem patitur dormire nurus corruptor auarae,
quem sponsae turpes et praetextatus adulter?
si natura negat, facit indignatio uersum
qualemcumque potest, quales ego uel Cluuienus.

Ex quo Deucalion nimbis tollentibus aequor
nauigio montem ascendit sortesque poposcit,
paulatimque anima caluerunt mollia saxa,

63. *Marius Mercator p. 5 Baluz.*: ‘*Ille sane curet de nobis* medio ceras implere capaces quadriuio.’ 64. quadr*uio **P**, quadruuio *p*. 65. adque ***P semper***: atque *p semper*. 67. signato falso ***Maduig opp. I*** *p.* 40, signator falsus ***Ruperti***. 68. fecerit ***Svς Valla***. 69. occurrat ***Heinrich***. 71. Lucusta ***Sgς***: Locusta ***Pω***. 73. breuius ***Rob. Titius loc. controu. IX***, 20. 74. aliquid ***Pω***: aliquis *edd*. 75. criminibus — praetoria *schol. Cruq. ad Horat. carm. I*, 35, 21. 80. qualescumque ς. 81. *schol. Cruq. ad Horat. carm. I*, 2, 9: ‘*Iuuenal.*: Deucalion lapides uacuum iactauit in orbem [*Verg. georg. I*, 62], et manibus nudas ostendit Pyrrha puellas.’ ***Vss***. 85. 86. 87. 81. 82. 83. 84. 88 *transposuit* ***Pinzger Ien. Littztg***. 1822. *n*. 20. 83. paulatimq* ***P***. anima ***PSς***: animas *ω*. paulatimque animas *aut* paulatim inque animas ***N. Heinsius ad Ouid. met. VI***, 312.

et maribus nudas ostendit Pyrra puellas,
quidquid agunt homines, uotum timor ira uoluptas
gaudia discursus nostri farrago libelli est.
et quando uberior uitiorum copia? quando
maior auaritiae patuit sinus? alea quando
hos animos? neque enim loculis comitantibus itur
ad casum tabulae, posita sed luditur arca.
proelia quanta illic dispensatore uidebis
armigero! simplexne furor sestertia centum
perdere et horrenti tunicam non reddere seruo?
quis totidem erexit uillas, quis fercula septem
secreto cenauit auus? nunc sportula primo
limine parua sedet turbae rapienda togatae.
ille tamen faciem prius inspicit et trepidat, ne
suppositus uenias ac falso nomine poscas;
agnitus accipies, iubet a praecone uocari
ipsos Troiugenas; nam uexant limen et ipsi
nobiscum. "da praetori, da deinde tribuno."
sed libertinus prior est. "prior," inquit, "ego adsum.
cur timeam, dubitemue locum defendere? quamuis
natus ad Euphraten, molles quod in aure fenestrae
arguerint, licet ipse negem, sed quinque tabernae
quadringenta parant. quid confert purpura maior
optandum, si Laurenti custodit in agro
conductas Coruinus oues, ego possideo plus

84. Pyrra *PS*. 85. uotum timor ira *pω*: uotum ira *P*. 86. farrago libelli est *Phς*: est farrago libelli *ω*. 88. *om. in margine add. aς*. 89. haec animos *Heinecke anim. p.* 56. 94 *s.* quis fercula — auus *Seruius ad Verg. Aen. I*, 637. 726. 98. et falso ς. 99 *s. Priscian. VIII*, 3, 19 *p.* 887: 'Iuuenalis *in primo*: agnitus — Troiugenas.' iubet — Troiugenas *Seruius ad Verg. Aen. V*, 117. 102. inquit ego *pω*: inquit et ego *P*. 104. *Sidon. Apollin. epp. VII*, 17: 'natus ad Euphratem pro Christo ergastula passus.' Eufraten *Pω*. molli *Marshall*. 106. quadringenta *PS*: quadraginta ς. purpura *Spω*: purpurae *P*. maior *Pς*: maius *ω*. purpurae amator *d*, purpura maiorum *h*.

Pallante et Licinis?" exspectent ergo tribuni,
uincant diuitiae, sacro ne cedat honori,
nuper in hanc urbem pedibus qui uenerat albis,
quandoquidem inter nos sanctissima diuitiarum
maiestas, etsi funesta pecunia templo
nondum habitas, nullas nummorum ereximus aras,
ut colitur Pax adque Fides Victoria Virtus
quaeque salutato crepitat Concordia nido.
sed cum summus honor finito computet anno,
sportula quid referat, quantum rationibus addat,
quid facient comites, quibus hinc toga, calceus hinc est
et panis fumusque domi? densissima centum
quadrantes lectica petit, sequiturque maritum
languida uel praegnas et circumducitur uxor.
hic petit absenti nota iam callidus arte,
ostendens uacuam et clausam pro coniuge sellam.
"Galla mea est," inquit, "citius dimitte. moraris?
profer Galla caput! noli uexare, quiescit."

Ipse dies pulchro distinguitur ordine rerum:
sportula, deinde forum iurisque peritus Apollo
adque triumphales, inter quas ausus habere
nescio quis titulos Aegyptius adque Arabarches,
cuius ad effigiem non tantum meiere fas est.
uestibulis abeunt ueteres lassique clientes,
uotaque deponunt, quamquam longissima caenae

109. licinis *P*: liciniis *p*. 110. ne *Pς*: nec *ω*. 114. habitat *ς*. 116. concordia *PSω*: ciconia *ς*. cuique — crotalistria ***Heinrich.*** 117. honos *ς*. 119. faciant *ς*. 122. pregnas *P*: pregnans *pω*. 123. notae — artis ***Ruperti.*** 124. clusam *eς*. 126. quiescit *pω*: quiescet *P*. 130. aut *ς*. Arabarches *PSω*: arabarces *ς*, arabartes *ς*, alabarches *Cuiacius obss. VIII*, 37. 131. *Priscian. X*, 1, 1 *p*. 875: '*Meio tertiae coniugationis. in quo similiter* i *loco consonantis est. Iuuenalis eius infinitum profert in primo:* cuius ad effigiem non tantum meiere fas est.' *Eutych. de disc. coni. II*, 8 *p*. 2178: '*infinitiuum* meiere *apud Iuuenalem lectum:* cuius — meiere fas est.' non solum *v*, tantum non *i. e.* *μονονουχί* ***Scaliger ad Catalecta*** *p*. 213. meiere *ω*: mengere *P*, megere *p*, mingere *ς*.

spes homini: caulis miseris atque ignis emendus.
optima siluarum interea pelagique uorabit
rex horum, uacuisque toris tantum ipse iacebit.
nam de tot pulchris et latis orbibus et tam
antiquis una comedunt patrimonia mensa.
nullus iam parasitus erit. sed quis ferat istas
luxuriae sordes? quanta est gula, quae sibi totos
ponit apros, animal propter conuiuia natum!
poena tamen praesens, cum tu deponis amictus
turgidus et crudum pauonem in balnea portas.
hinc subitae mortes adque intestata senectus,
et noua nec tristis per cunctas fabula cenas,
ducitur iratis plaudendum funus amicis.

Nil erit ulterius, quod nostris moribus addat
posteritas; eadem facient cupientque minores,
omne in praecipiti uitium stetit, utere uelis,
totos pande sinus. dicas hic forsitan "unde
ingenium par materiae? unde illa priorum
scribendi, quodcumque animo flagrante liberet,
simplicitas 'cuius non audeo dicere nomen?
quid refert dictis ignoscat Mucius an non?'
pone Tigellinum, taeda lucebis in illa,
qua stantes ardent, qui fixo pectore fumant,
et latum media sulcum deducis harena."

139. edit. et quis *Marcilius ad Horat. sat. II*, 8, 30. ferat *Pω:* feret *ς*. 141. animal — natum *schol. Cruq. ad Horat. carm. I*, 27, 1. 143. *Phocas art. IV*, 4 *p.* 1706. *Schol. Pers. III*, 98. crudum *pω Phocas:* crudus *P*. 145. et *Pvbdeg:* it *pω*. caenas *P*. 148. facient cupientque *Pς:* cupient facientque *ω*. 150. dicas *pω:* dic*s *P*. 151. materiae est *ς*. 153. nunc *Grangaeus*. audent *Graeuius*. 155. lucebit *degς Gronouius ad Senec. de ira III*, 3. 156. qua stans exardet, qui — fumat et late — deducit *Didot*. pectore *P:* gutture *pω*. qua (*uel* et) fixo *Hauthal ad Pers. p.* 197 *ss*. fumat *Voss. ad Catull. p.* 42. 157. deducis *ς Gesner ad Plin. paneg.* 33, 3: deduci* *P*, diducit *ς Heinsius ad Ouid. met. IIII*, 375, deducet *ς*. et latus mediam sulcus diducit arenam *Lipsius ad Senec. de ira III*, 3 *Scaliger ad Sueton. Ner.* 16, *Euseb. p.* 181, *de em. tempp. p.* 441 *Ferrar. electt. II*, 7, et

qui dedit ergo tribus patruis aconita, uehatur
pensilibus plumis, atque illinc despiciet nos?
"cum ueniet contra, digito compesce labellum.
accusator erit, qui uerbum dixerit 'hic est.'
securus licet Aenean Rutulumque ferocem
committas, nulli grauis est percussus Achilles
aut multum quaesitus Hylas urnamque secutus.
ense uelut stricto quotiens Lucilius ardens
infremuit, rubet auditor, cui frigida mens est
criminibus, tacita sudant praecordia culpa:
inde irae et lacrimae. tecum prius ergo uoluta
haec animo ante tubas. galeatum sero duelli
paenitet." experiar quid concedatur in illos,
quorum Flaminia tegitur cinis adque Latina.

SATVRA II.

Vltra Sauromatas fugere hinc libet et glacialem
Oceanum, quotiens aliquid de moribus audent

latum media sulcum qui fecit arena ***Dorleans ad Tac. ann. I p.*** 143, et latum media sulcum pix ducit arena ***Withof coniectt. I p.*** 109, et latum media sulcum quae ducit arena ***Porson tracts p.*** 109 ***cl. class. journ. VIII p.*** 178. ***XXVI p.*** 375 ***sq.***, sulcum dant lucis ***Dobree aduu. II p.*** 387, et latus in media sulcum diducit arena ***W. class. journ. V p.*** 415 ***sqq.***, aut latus media sulcus te ducet arena ***Heindorf apud E. G. Weberum***, et latum media in sulcum te ducit arena ***Hauthal ad Pers. p.*** 197 ***ss.*** ***us.*** 157 ***spurium habet Struue p.*** 47. 158. uehatur ***P:*** uehetur ***ω.*** 159. despiciat ***ς Heinrich.*** 160. ueniat ***ς.*** contra st! digito ***Burmann. ad anth. Lat. I p.*** 630. 161. si uerbum dixerit ***Plathner***, cum uerbum dixeris ***Ruperti.*** uerbum ***P:*** uerum ***pω.*** hic st! ***Heinsius apud Burmann. l. l.*** 162. rutilum ***ς.*** 164. undamque ***Heinrich obss. in auctt. uett. p.*** 108. 167. tacita ***pω:*** taci⁎a ***P.*** 168 ***s.*** tecum — tubas ***Priscian. XVIII***, 8, 70 ***p.*** 1138. 169. animo ante tubas ***v Curio:*** animo ante tubam ***Heinrich comm. I p.*** 44, anim⁎ ante tuba⁎ ***ag***, animo ante tubas ***uel*** anime ante tubas ***codd. Prisciani l. l.***, anime ante tubas ***Valla ex antiquissimis codd.***, animante tuba ***Pω.*** 170. paenitet ***PS:*** penitet ***g.*** quid ***pω:*** qui ***P.***

Sat. II. De filosofis obscenis ***Pb.***

1. hinc ***pω:*** hic ***P.*** glacialem ***P,*** glaciale ***p.***

qui Curios simulant et Bacchanalia uiuunt.
indocti primum, quamquam plena omnia gypso
Chrysippi inuenias; nam perfectissimus horum est,
si quis Aristotelen similem uel Pittacon emit,
et iubet archetypos pluteum seruare Cleanthas.
frontis nulla fides; quis enim non uicus abundat
tristibus obscenis? castigas turpia, cum sis
inter Socraticos notissima fossa cinaedos.
hispida membra quidem et durae per brachia setae
promittunt atrocem animum, sed podice leui
caeduntur tumidae medico ridente mariscae;
rarus sermo illis et magna libido tacendi
adque supercilio breuior coma. uerius ergo
et magis ingenue Peribomius. hunc ego fatis
inputo, qui uultu morbum incessuque fatetur.
horum simplicitas miserabilis, his furor ipse
dat ueniam: sed peiores, qui talia uerbis
Herculis inuadunt et de uirtute locuti
clunem agitant. "ego te ceuentem, Sexte, uerebor?"
infamis Varillus ait, "quo deterior te?
loripedem rectus derideat, Aethiopem albus.
quis tulerit Gracchos de seditione querentes?
quis caelum terris non misceat et mare caelo,
si fur displiceat Verri, homicida Miloni,
Clodius accuset moechos, Catilina Cethegum,
in tabulam Syllae si dicant discipuli tres?

5. inuenias *Pω*: inuenies *Σς*. 6. Aristotelen *PSg*: Aristotelem *ω*. Simmiam uel *H. Valesius*. picta conemit *P*. 7. puteum *H. Valesius*. cl⋆anthas *P*, cloanthas *pω*. 8. fronti ς. 10. Sotadicos *Leopard. emendd. XIII*, 10. 12. podicae *P*. 16. Peribomius *pωS*: Peribomus *P*, Peribonius ς. hoc *Rosenbaum, die Lustseuche im Alterthum p.* 162 *sq.* 17. quem *Ruperti*. uultu *pω*: uultum *P*, cultu *H. Valesius*. 23. Ethiopem *P*. 24 *om. a* 2 *m. add. ω*. Graccos ς. seditione⋆ qu⋆erentes *P*. 25. 26 *schol. Lucani I*, 323. 26. si homicida ς *C. Barth aduu. mss. CLVIII*, 19 *Scriuerius*. 27. Claudius ς. 28. *schol. Lucani I*, 326. Syllae *PSς*: Sullae *ω*.

qualis erat nuper tragico pollutus adulter
concubitu, qui tunc leges reuocabat amaras
omnibus adque ipsi Veneri Martique timendas,
cum tot abortiuis fecundam Iulia uuluam
solueret et patruo similes effunderet offas."
nonne igitur iure ac merito uitia ultima fictos
contemnunt Scauros et castigata remordent?

Non tulit ex illis toruum Laronia quendam
clamantem totiens "ubi nunc lex Iulia? dormis?"
adque ita subridens "felicia tempora, quae te
moribus opponunt! habeat iam Roma pudorem.
tertius e caelo cecidit Cato. sed tamen unde
haec emis, hirsuto spirant opobalsama collo
quae tibi? ne pudeat dominum monstrare tabernae.
quod si uexantur leges, at iure citari
ante omnes debet Scantinia. respice primum
et scrutare uiros. faciunt hi plura, sed illos
defendit numerus iunctaeque umbone phalanges:
magna inter molles concordia. non erit ullum
exemplum in nostro tam detestabile sexu.
Tedia non lambit Cluuiam nec Flora Catullam,
Hispo subit iuuenes et morbo pallet utroque.
numquid nos agimus causas, ciuilia iura
nouimus, aut ullo strepitu fora uestra mouemus?
luctantur paucae, comedunt colyphia paucae.
uos lanam trahitis calathisque peracta refertis

29. tragico nuper ς. 30. reuocabat *Pithoeus:* reuoca*at *P*, reuocarat *pω*. 31. ipsi *Pvς:* ipsis *ω*. 34 *sq.* uictos condemnant Scauros *Scriuerius*. 36. Laronia *Pω:* Lauronia ς. 37. quid nunc *Cort. ad Lucan. I*, 681. 38. adque ita *Pω:* ad quem ς. 41. spirant op*obalsama *P*. 43. ac iure *S*, *unde reposui* at iure: ac iura *Pω*. 44. Scantinia *Pω:* Scatinia ς. respice *pω:* respicere *P*. 49. Tedia *ω:* Media *SP*, Meuia *p*. 50. Hispo *pω:* Hippo *S*, Hi*po *P*. 53. colyphia *Pω:* coliphia ς, coloephia *Valla*. *post* 53 *legitur in cod. Mazarineo:* spicum illustre tenens splendenti pectore uirgo. 54. calatisque *P*.

uellera, uos tenui praegnatem stamine fusum
Penelope melius, leuius torquetis Arachne,
horrida quale facit residens in codice pellex.
notum est, cur solo tabulas impleuerit Hister
liberto, dederit uiuus cur multa puellae.
diues erit magno quae dormit tertia lecto;
tu nube adque tace, donant arcana cylindros.
de nobis post haec tristis sententia fertur?
dat ueniam coruis, uexat censura columbas."
Fugerunt trepidi uera ac manifesta canentem
stoicidae; quid enim falsi Laronia? sed quid
non facient alii, cum tu multicia sumas,
Cretice, et hanc uestem populo mirante perores
in Proculas et Pollittas? est moecha Fabulla;
damnetur, si uis, etiam Carfinia, talem
non sumet damnata togam. "sed Iulius ardet,
aestuo." nudus agas, minus est insania turpis.
en habitum, quo te leges ac iura ferentem
uulneribus crudis populus modo uictor et illud
montanum positis audiret uulgus aratris!
quid non proclames, in corpore iudicis ista
si uideas? quaero an deceant multicia testem?
acer et indomitus libertatisque magister,
Cretice, perluces. dedit hanc contagio labem
et dabit in plures, sicut grex totus in agris
unius scabie cadit et porrigine porci,

55. praegnantem *P*? [*cf. I*, 122. *VI*, 405.]. 56. *Priscian. VI*, 11, 63 *p.* 707. *VII*, 2, 8 *p.* 731. Paenelope *P*. 57. cortice ς. paelex *P*, pelex ω. 60. eris — dormis *Probus*. Tertia Σ. 68. Pollitas *P*, Pollucas *pς*, Polluicas *seu* Polliucas ω, Pollinas *v*, Pollenias *V. S. Beck obss. phil. in Satt. Iuuen. II* (*Altorf.* 1732) *p.* 23. moecha *pω*: moeca *P*. Fabulla *S*: ⋆abulla *P*, Labulla *pω*. 69. Carphinia ς, Carfania *Cuiac. obss. XXVI*, 38. 71. insania *Pω*: infamia *Σς*. insania turpis? *Heinecke anim. p.* 12. 76. deceat *Pς*. 80. porrigine *pω*: pr⋆rigine *P*, prorigine ς, prurigine *v cod. Voss. apud Burmann. ad Seren. Sam.* 35.

uuaque conspecta liuorem ducit ab uua.
foedius hoc aliquid quandoque audebis amictu,
nemo repente fuit turpissimus; accipient te
paulatim, qui longa domi redimicula sumunt
frontibus et toto posuere monilia collo
adque bonam tenerae placant abdomine porcae
et magno cratere deam; sed more sinistro
exagitata procul non intrat femina limen,
solis ara deae maribus patet. "ite profanae!"
clamatur, "nullo gemit hic tibicina cornu."
talia secreta coluerunt orgia taeda
Cecropiam soliti Baptae lassare Cotytto.
ille supercilium madida fuligine tactum
obliqua producit acu pingitque trementis
attollens oculos, uitreo bibit ille Priapo
reticulumque comis auratum ingentibus implet
caerulea indutus scutulata aut galbina rasa,
et per Iunonem domini iurante ministro

* * *

ille tenet speculum, pathici gestamen Othonis,
Actoris Aurunci spolium, quo se ille uidebat
armatum, cum iam tolli uexilla iuberet.
res memoranda nouis annalibus atque recenti
historia, speculum ciuilis sarcina belli.

81. conspecta *PSω:* confecta *bc*, contacta *Io. Saresber. policr. V*, 10 *N. Heinsius ad Tac. ann. I*, 43 *Marshall.* 82. audebis *pω:* audebit *P.* 83. uenit *cod. apud Pontan. ad Macrob. Sat. III*, 10. 86. tenere *PS.* 92. Ceropiam *PS.* Cotyton *PS*, Cocyton *ω.* 93 *sq.* ille — acu *Priscian. V*, 6, 33 *p.* 654. *VI*, 14, 75 *p.* 712. tactum *ω:* tactum *P*, tinctum *pς Priscianus*, factum *Gonsalez ad Petron. p.* 271. 97. cerulea *P.* scutulata aut *pω:* scutula aut *P.* galbina *SP:* galbana *pω.* *Post u.* 98 *exciderunt nonnulla.* 99. ʿgestamen, *σκῆπτρον ὡς Ἰουβενάλιος*ʾ *adscripsit Pithoeus; non inuenio apud Labbaeum.* 100. *Seruius ad Verg. buc. pr. p.* 96 *L.:* ʿ*Sic Iuuenalis:* Actoris Aurunci spolium. *nam Vergilii uersum de hasta dictum figurate ad speculum transtulit.* Arunci ς.

nimirum summi ducis est occidere Galbam
et curare cutem, summi constantia ciuis
Bebriaci campo spolium affectare Palati
et pressum in faciem digitis extendere panem,
quod nec in Assyrio pharetrata Semiramis orbe,
maesta nec Actiaca fecit Cleopatra carina.
hic nullus uerbis pudor aut reuerentia mensae,
hic turpis Cybeles et fracta uoce loquendi
libertas, et crine senex fanaticus albo
sacrorum antistes, rarum ac memorabile magni
gutturis exemplum conducendusque magister.
quid tamen exspectant, Phrygio quos tempus erat iam
more superuacuam cultris abrumpere carnem?
quadringenta dedit Gracchus sestertia dotem
cornicini, siue hic recto cantauerat aere:
signatae tabulae, dictum "feliciter": ingens
cena sedet, gremio iacuit noua nupta mariti.
o proceres, censore opus est an haruspice nobis?
scilicet horreres maioraque monstra putares,
si mulier uitulum uel si bos ederet agnum?
segmenta et longos habitus et flammea sumit,
arcano qui sacra ferens nutantia loro
sudauit clipeis ancilibus. o pater urbis,
unde nefas tantum Latiis pastoribus? unde
haec tetigit, Gradiue, tuos urtica nepotes?

106. Bebriaci campo *PωΣ*: Bebriaci in campo *ς*, Bebriacis campis *S*. 107. faciem *Pς*: facie *pω*. 108. Semiramis *pω*: Sameramis *PSh*. Assyria — urbe *H. Valesius*. 109. moecha *Heinrich*. 111. Cybele est et *cod. Vimariensis Henninius*. 112. alto *Wakefield silu. crit. II p.* 117 *Ruperti. Valla*: 'alto, *alte presso. in multis est* albo.' 115 *sq.* Phrygio — abrumpere carnem *Seruius ad Verg. Aen. IX*, 620. 116. abscidere *ς Oudendorp. ad Apul. met. IV p.* 260. 117. quadraginta *ς*. Graccus *ς*. 118. cantauerit *ς*. 120. cena, sedet: gremio *Pithoeus*. cena, sed et gremio *Lipsius epistt. quaestt. IV*, 25 *Muretus uar. lectt. IX*, 8. 124. segmenta — habitus *Seruius ad Verg. Aen. I*, 654. flammea *PSς*: flamea *ω*. 126. clypeis *PS*. et pater *cod. Cantabrigiensis*, en pater *Wakefield ad Lucret. III*, 1104.

traditur ecce uiro clarus genere atque opibus uir:
nec galeam quassas, nec terram cuspide pulsas,
nec quereris patri? uade ergo et cede seueri
iugeribus campi, quem neglegis. "officium cras
primo sole mihi peragendum in ualle Quirini."
quae causa officii? "quid quaeris? nubit amicus,
nec multos adhibet." liceat modo uiuere, fient,
fient ista palam, cupient et in acta referri.
interea tormentum ingens nubentibus haeret,
quod nequeant parere et partu retinere maritos.
sed melius, quod nil animis in corpora iuris
natura indulget; steriles moriuntur, et illis
turgida non prodest condita pyxide Lyde,
nec prodest agili palmas praebere luperco.
uicit et hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi,
lustrauitque fuga mediam gladiator harenam
et Capitolinis generosior et Marcellis
et Catuli Paulique minoribus et Fabiis et
omnibus ad podium spectantibus, his licet ipsum
admoueas, cuius tunc munere retia misit.

130 *sq.* ***Priscian. XVIII,*** 19, 150 p. 1164: ‘***Queror te et tibi pro apud te. Iuuenalis in I:*** nec quereris patri nec terram cuspide quassas.’ ***XVIII,*** 25, 239 *p.* 1190: ‘***Similiter nostri queror tibi et te. Iuuenalis in I:*** nec quereris patri nec terram cuspide quassas.’ nec tempora cuspide *cod. apud* ***Lipsium epistt. quaestt. II,*** 9. nec parmam ***Plathner. Slothouwer actt. soc. Rheno Traiect. III*** *p.* 191 *sq.*, nec gerram ***Heinrich.*** 131. quaereris ***P.*** 133. in colle Quirini ***Bentleius ad Hor. carm. I,*** 2, 46. ***coni. Ruperti.*** ‘In ualle colle Quirini’ ***schol.*** 134. ***Priscian. XI,*** 3, 14 *p.* 918: ‘***Et contra uituperationis causa possum dicere ut Iuuenalis in II:*** nubit amicus, ***et nuptus uir.***’ 138. nequeant ***P:*** nequeunt *ω*. 139. di melius *cod. Vlmensis.* in corpora ***Pω N. Heinsius ad Ouid. am. I,*** 1, 5: in corpore *ς*. 140. moriuntur ***P:*** morientur *ω*. 141. condita pyxide Lide ***Pω:*** in pyxide condita lide *aut* condita in pyxide lide *ς*. lite ***Bachmann.*** 146. Catuli Paulique ***P:*** Catulis Paulisque *pω*. Paulique *em.* ***Lipsius epistt. quaestt. IV,*** 25. Fabiis *pω:* Fab*is ***P.*** et omnibus — spectantibus ***Seruius ad Verg. Aen. V,*** 340. 147. ad *pω:* at ***P.*** 148. munera retia pulsant *ex cod.* ***Scheghius ad Vell. Pat. I,*** 13.

Esse aliquos manes et subterranea regna,
Cocytum et Stygio ranas in gurgite nigras,
adque una transire uadum tot milia cumba,
nec pueri credunt, nisi qui nondum aere lauantur,
sed tu uera puta. Curius quid sentit et ambo
Scipiadae, quid Fabricius manesque Camilli,
quid Cremerae legio et Cannis consumpta iuuentus,
tot bellorum animae, quotiens hinc talis ad illos
umbra uenit? cuperent lustrari, si qua darentur
sulpura cum taedis et si foret umida laurus
illic. heu, miseri traducimur! arma quidem ultra
litora Iubernae promouimus et modo captas
Orcadas ac minima contentos nocte Britannos,
sed quae nunc populi fiunt uictoris in urbe,
non faciunt illi, quos uicimus. et tamen unus
Armenius Zalaces cunctis narratur ephebis
mollior ardenti sese indulsisse tribuno.
aspice quid faciant commercia: uenerat obses.
hic fiunt homines; nam si mora longior urbem
indulsit, pueris non umquam deerit amator,

149. *Seruius ad Verg. Aen. VI*, 140. *Liutprand antap. V*, 8: ‘Esse aliquos manes et subterranea regna, *in quibus periuria puniantur,* Cocitum *etiam* et Stygio ranas in gurgite nigras, *qui usque modo somniasti re ipsa quam mox experire.*’ aliquid *cod. Vimariensis. Burmann. ad anth. Lat. II p.* 41. *Prop. IV*, 7, 1. 150. Cocytum *Liutprand l. l.*: ****tum **P**, et contum *pω*Σ, et pontum **S** *Pithoeus,* porthmeaque **N.** *Heinsius ad Verg. Aen. VI*, 302. *Burmann ad anth. Lat. II p.*41, et cantum *Sterke actt. soc. Rheno Trai. I p.*172 *sqq.* 151. cumba **Pg**: cimba *p.* 152. *Eutychius de disc. coni. II*, 16 *p.*2186. 156 *sqq.* quotiens — laurus *Seruius ad Verg. Aen. VI*, 741. 157. 158. *Seruius ad Verg. Aen. VI*, 229. 158. sulpura **Pg.** umida **P**: humida *p.* 159. illic *abcdgς*: ‘illic, *in aliis legitur* illuc’ *Valla*, ill*c **P**, illuc *pω.* quid ς *Valla, Achaintre.* 160. Iubernae **Sς**: ****** **P**, Iuuernae *pω.* 161. et minima — Britannos *Seruius ad Verg. Aen. VI*, 265. ac **Pω**: et ς *Seruius.* conten*tos **P.** 162. si *Achaintre.* 164. Zalaces **Pω**: Zelaces *aut* Zelates *aut* Zalates ς. ephoebis **P.** 166. commertia **Pg.** hospes ς. 167. sic *cod. H. Iunii, C. Valesius.* 168. nonnunquam **Pς.**

mittentur bracae cultelli frena flagellum:
sic praetextatos referunt Artaxata mores.

SATVRA III.

Quamuis digressu ueteris confusus amici
laudo tamen, uacuis quod sedem figere Cumis
destinet adque unum ciuem donare Sibyllae.
ianua Baiarum est et gratum litus amoeni
secessus. ego uel Prochytam praepono Suburae.
nam quid tam miserum, tam solum uidimus, ut non
deterius credas horrere incendia, lapsus
tectorum adsiduos ac mille pericula saeuae
urbis et Augusto recitantes mense poetas?
sed dum tota domus reda componitur una,
substitit ad ueteres arcus madidamque Capenam.
in uallem Egeriae descendimus et speluncas
dissimiles ueris; quanto praesentius esset
numen aquae, uiridi si margine cluderet undas
herba, nec ingenuum uiolarent marmora tofum!
hic, ubi nocturnae Numa constituebat amicae,
nunc sacri fontis nemus et delubra locantur
Iudaeis, quorum cophinus faenumque supellex —
omnis enim populo mercedem pendere iussa est

169. bracae ς: bra⋆ce *P*.

Sat. III. Quare Vmbricius urbem deserat *Pb*.
3. Sibille *P*. 4. Suburae *pω*: Subu⋆rae *P*. 6. miserum et tam ς. 8. saeue *P*. 11. matidamque *S*. *In codd.* 16—20 *leguntur ante u.* 12—15. 12. in ualle megeiae *P*. egeriae *p*. et speluncas dissimiles ueris *Seruius ad Vergili georg. II*, 469. atque speluncas ς. 13. praesentius *Grangaeus, N. Heinsius ad Ouid. met. XIII*, 757: pres⋆ntius *P*, prestantius *pω*, praestantius isset flumen *Wakefield ad Lucret. I*, 231. 14. cluderet *P*ς: clauderet *pω*. 16. hinc *Ruperti*. constertebat *Dorleans ad Tac. ann. I p.* 180.

arbor, et eiectis mendicat silua Camenis —
hic tunc Vmbricius "quando artibus" inquit "honestis
nullus in urbe locus, nulla emolumenta laborum,
res hodie minor est, here quam fuit, atque eadem cras
deteret exiguis aliquid, proponimus illuc
ire, fatigatas ubi Daedalus exuit alas,
dum noua canities, dum prima et recta senectus,
dum superest Lachesi quod torqueat, et pedibus me
porto meis nullo dextram subeunte bacillo.
cedamus patria. uiuant Artorius istic
et Catulus, maneant qui nigrum in candida uertunt,
quis facile est aedem conducere flumina portus,
siccandam eluuiem, portandum ad busta cadauer,
et praebere caput domina uenale sub hasta.
quondam hi cornicines et municipalis harenae
perpetui comites notaeque per oppida buccae
munera nunc edunt, et uerso pollice uulgus
quem iubet occidunt populariter, inde reuersi
conducunt foricas, et cur non omnia? cum sint
quales ex humili magna ad fastigia rerum
extollit, quotiens uoluit Fortuna iocari.
quid Romae faciam? mentiri nescio, librum,
si malus est, nequeo laudare et poscere, motus
astrorum ignoro, funus promittere patris

20. electis *a* [*corr.* eiectis] *v codex Dousae ad Lucil. fr.* **XXX**, 31. 21. h** ***P***, hic *pω*. Vmbricius *Pω*: Vmbritius *ς*. 23. 24. ***Priscian. XV***, 3, 14 p. 1011. 25. irae ***Pd***. dedalus ***P***. 29. artorius ***PS***: arturius *uel* arcturius *ω*. 30. maneant — uertant ***schol. Pers. I***, 110. 32. luuiem ***S***. 33. aut — domino ***Heinrich***. asta ***Sbc***. 34. muncipalis *pω*: muncipales ***PS***. 36. uulgus *Pω*: uulgi *ς*. 37. quem *pω*: qum ***P***, quod *bc*, cum *ς*. iubet ***Ph***: lubet *pa*, libet *ω*. *'quos ante populus iubebat id est imperabat occidi.' schol.* uulgus quem iubet *correxit* ***C. F. Hermann spicil. annott. p.*** 12. ***Kempfius obss. p.*** 34, cum — iubet ***Cramerus ad schol. p.*** 75. 38. foricas *Σω*: poricas ***P***, phoricas *v*. 39. 40. ***schol. Lucani VI***, 7. summa ad ***schol. Luc***. ad *pω*: at ***P***. 40. locari ***Se***.

nec uolo nec possum, ranarum uiscera numquam
inspexi, ferre ad nuptam quae mittit adulter,
quae mandat, norunt alii, me nemo ministro
fur erit, adque ideo nulli comes exeo, tamquam
mancus et exstinctae corpus non utile dextrae.
quis nunc diligitur, nisi conscius, et cui feruens
aestuat occultis animus semperque tacendis?
nil tibi se debere putat, nil conferet umquam,
participem qui te secreti fecit honesti;
carus erit Verri, qui Verrem tempore quo uult
accusare potest. tanti tibi non sit opaci
omnis harena Tagi quodque in mare uoluitur aurum,
ut somno careas ponendaque praemia sumas
tristis et a magno semper timearis amico!
Quae nunc diuitibus gens acceptissima nostris
et quos praecipue fugiam, properabo fateri,
nec pudor obstabit. non possum ferre, Quirites,
Graecam urbem. quamuis quota portio faecis Achaei?
iam pridem Syrus in Tiberim defluxit Orontes,
et linguam et mores et cum tibicine chordas
obliquas nec non gentilia tympana secum
uexit et ad circum iussas prostare puellas:
ite quibus grata est picta lupa barbara mitra!
rusticus ille tuus sumit trechedipna, Quirine,
et ceromatico fert niceteria collo!
hic alta Sicyone, ast hic Amydone relicta,
hic Andro, ille Samo, hic Trallibus aut Alabandis

46. norint ς. 48. exstincta — dextra *Eremita*, *Markland ad Stat. silu. II*, 2, 139. 55. tangi *S*. 56. horrendaque *Schrader*. 58. quae nunc *ω*: quae n** *P*, quae non *pdgvς*. 60 *sq*. non — Achaei *schol. Lucani I*, 284. 61. grecam *P*. fecis *P*. achaei *schol. Lucani*, *degς*: achaeae *Pω*, achiuae *aς*. 62. Syrus in Tiberim *Pς*: in Tiberim Syrus *ω*. 63. linguam *P*: lingua *pe*. tibicine *pω*: **ibicine *P*, thibicine *S*. cordas *pωS*: *ordas *P*. 67. trae*aedipna *P*, rachaedipna *p*, rechedipna *ω Probus*, rechedimna *uel* recedimna ς. 68. feret *P*. 70. trallibus *pω*: tralibus *P*.

Esquilias dictumque petunt a uimine collem,
uiscera magnarum domuum dominique futuri.
ingenium uelox, audacia perdita, sermo
promptus et Isaeo torrentior. ede, quid illum
esse putes? quem uis hominem secum attulit ad nos,
grammaticus rhetor geometres pictor aliptes
augur schoenobates medicus magus, omnia nouit
Graeculus esuriens, in caelum, iusseris, ibit;
in summa, non Maurus erat neque Sarmata nec Thrax,
qui sumpsit pinnas, mediis sed natus Athenis.
horum ego non fugiam conchylia? me prior ille
signabit fultusque toro meliore recumbet,
aduectus Romam quo pruna et cottona uento?
usque adeo nihil est, quod nostra infantia caelum
hausit Auentini baca nutrita Sabina?
quid quod adulandi gens prudentissima laudat
sermonem indocti, faciem deformis amici,
et longum inualidi collum ceruicibus aequat
Herculis Antaeum procul a tellure tenentis,
miratur uocem angustam, qua deterius nec
ille sonat, quo mordetur gallina marito.
haec eadem licet et nobis laudare, sed illis
creditur. an melior, cum Thaida sustinet, aut cum

72. *Priscian. VII*, 6, 27 *p.* 744. uiscera magnarum domuum *Seruius ad Verg. Aen. II*, 445. *Cledonius p.* 1903. *Pompeius p.* 219. 75. esse iubes *Heinrich.* 76. rethor *P.* 77. omnia nobis *Heinrich.* 78. iusseris *pω*: **seris *P*, si iusseris *ς*. 79. in summa *PS*: ad summam *pω*. trax *P*. 80. pinnas *P*: pennas *pω*. athenis *P*: ahiuis *p*. 81. conchylia *p*: concylia *PS*. 82. signauit *abcegς*, coenabit *Dorleans ad Tac. ann. II p.* 188. recumbet *P*: recumbit *pς*. 83. cottona *Pς*: coctana *pω*, cottana *aς*. 85. Auentinum *ς Wakefield ad Lucret. II*, 1038. baca *ς*: ba*ca *P*. 89. anteum *P*. 90. deterius *pω*: deteriu *P*, deterior *ς*. 91. illa sonat cum *Clauerius, Iacobs in Matthiae miscell. phil. I p.* 81. illa sonat, qua mordetur gallina a marito *aut* deterior nec ille sonus, quo *Bredenkamp Magaz. f. Schulen I*, 2 *p.* 439 *sq.* cui mordetur *Ruperti*. 92. illi *Schrader*. 93. hic melior *Schrader*. taida *PS*.

uxorem comoedus agit uel Dorida pullo
cultam palliolo? mulier nempe ipsa uidetur,
non persona loqui, uacua et plana omnia dicas
infra uentriculum et tenui distantia rima.
nec tamen Antiochus, nec erit mirabilis illic
aut Stratocles aut cum molli Demetrius Haemo,
natio comoeda est. rides, maiore cachinno
concutitur; flet, si lacrimas conspexit amici,
nec dolet; igniculum brumae si tempore poscas,
accipit endromidem; si dixeris 'aestuo', sudat.
[non sumus ergo pares: melior, qui semper et omni]
nocte dieque potest aliena sumere uultum
a facie, iactare manus, laudare paratus,
si bene ructauit, si rectum minxit amicus,
si trulla inuerso crepitum dedit aurea fundo.
praeterea sanctum nihil est nec ab inguine tutum,
non matrona laris, non filia uirgo, neque ipse
sponsus leuis adhuc, non filius ante pudicus;
horum si nihil est, auiam resupinat amici.
scire uolunt secreta domus atque inde timeri.
et quoniam coepit Graecorum mentio, transi
gymnasia atque audi facinus maioris abollae.

94. comedus *P*. *Priscian. III*, 7, 41 *p*. 617: '*Pallium, palliolum. Iuuenalis in I:* Dorida nullo cultam palliolo.' pullo *Buchnerus, C. Barthius, M. Haupt:* nullo *PSω*, molli *Plathnerus.* 97. *Priscian. III*, 5, 29 *p*. 611. 'rima, *γυναικεία φύσις*' *gloss. H. Steph. p*. 187. 98. tantum *cod. Norimbergens.* 3. *Schrader.* antiochus *S:* anthiochus *p*, Anthiocus *P*. 100. comeda *S.* meliore *e cod. Cantabrigiensi Wakefield ad Lucret. I*, 918. *V*, 706. 104 *spurius est. habent codd. Ioannes Saresber. policr. III*, 4. *Petrus Bles. ep*. 77. 105. aliena *P, ut uoluit Markland:* alienum *pω*. 107. lectum *Ian. Parrhasius de rebus per ep. quaes*. 36. *C. Valesius.* 109. nihil est nec ab *p Vratislauiensis:* nihil ab *P*, nihil aut ab *abcdegς*, nihil atque ab *h*, nihil est et ab *ω*. tutum est *bc*. 112. auiam *PΣh* [?]: aulam *pω*. 113 *spurium iudicant Pinzger de uss. spur. p*. 9 *et Heinrich, post* 115 *transposuit Rigaltius.* esse uolunt *Schrader.* 114. grecorum *P*.

stoicus occidit Baream, delator amicum
discipulumque senex, ripa nutritus in illa,
ad quam Gorgonei delapsa est pinna caballi.
non est Romano cuiquam locus hic, ubi regnat
Protogenes aliquis uel Diphilus aut Hermarchus,
qui gentis uitio numquam partitur amicum,
solus habet; nam cum facilem stillauit in aurem
exiguum de naturae patriaeque ueneno,
limine summoueor, perierunt tempora longi
seruitii; nusquam minor est iactura clientis.

Quod porro officium, ne nobis blandiar, aut quod
pauperis hic meritum, si curet nocte togatus
currere, cum praetor lictorem impellat et ire
praecipitem iubeat, dudum uigilantibus orbis,
ne prior Albinam et Modiam collega salutet?
diuitis hic serui cludit latus ingenuorum
filius; alter enim quantum in legione tribuni
accipiunt donat Caluinae uel Catienae,
ut semel aut iterum super illam palpitet, at tu,
cum tibi uestiti facies scorti placet, haeres
et dubitas alta Chionen deducere sella.
da testem Romae tam sanctum, quam fuit hospes
numinis Idaei, procedat uel Numa uel qui
seruauit trepidam flagranti ex aede Mineruam:
protinus ad censum, de moribus ultima fiet
quaestio, 'quot pascit seruos? quot possidet agri

118. pinna *PS:* penna *pω.* caballi *pω*: caualli *PS.* 120. hermarcus *P*, erimarcus *aut* erimachus *aut* erimanthus *ω.* 124. limine submoueor *Seruius ad Verg. Aen. VII*, 579. 126. Quo *Eremita.* 130. ne *pω:* nec *PS.* et modiam *P:* aut modiam *pdeς.* 131. cludit *Pdeh:* claudit *ω.* 133. Cati⋆enae *P*, catilinae *h.* 134. aut *Pb*: atque *ω.* 135. heres *P.* 136. arcta *Chimentellius de hon. bisell.* 24 *p.* 133. Chionen *Pς:* Chionem *ω.* cella *Pignorius de seruis* 16 *p.* 137, *Farnabius, Muretus opp. IV p.* 141. 138. Idaei *pω:* Idae *P.* 139. tepidam *Nic. Loensis epiph. IX*, 2. 141. agri *pω:* agr⋆ *P.*

iugera? quam multa magnaque paropside cenat?'
quantum quisque sua nummorum seruat in arca,
tantum habet et fidei. iures licet et Samothracum
et nostrorum aras, contemnere fulmina pauper
creditur adque deos, dis ignoscentibus ipsis.
quid quod materiam praebet causasque iocorum
omnibus hic idem, si foeda et scissa lacerna,
si toga sordidula est et rupta calceus alter
pelle patet, uel si consuto uulnere crassum
adque recens linum ostendit non una cicatrix.
nil habet infelix paupertas durius in se,
quam quod ridiculos homines facit. 'exeat', inquit,
'si pudor est, et de puluino surgat equestri,
cuius res legi non sufficit, et sedeant hic
lenonum pueri quocumque in fornice nati,
hic plaudat nitidi praeconis filius inter
pinnirapi cultos iuuenes iuuenesque lanistae;
sic libitum uano, qui nos distinxit, Othoni'.
quis gener hic placuit censu minor adque puellae
sarcinulis impar? quis pauper scribitur heres?
quando in consilio est aedilibus? agmine facto
debuerant olim tenues migrasse Quirites!
haut facile emergunt, quorum uirtutibus opstat
res angusta domi, sed Romae durior illis
conatus, magno hospitium miserabile, magno
seruorum uentres et frugi cenula magno.

142. iugera *om.* **P**, *add. in marg. p.* paropside **P** *Valla:* parapside *pω*, parobside *g*, parabside *ς*. 143 *sq.* quantum — fidei *schol. Cruq. Hor. carm. I*, 35, 22. 144. iuret *ς* **H.** *Valesius.* 147. iocorum **P**: locorum *p*. 149. alte *Schrader.* 154. est et de puluino *pω*: est **** puluino **P**, est de se p. **S**. 156. quocumque * fornice **P**, quocumque in fornice *p*. quocumque e fornice noti *Lachmann.* 158. iuuenesque **P***ς*: iuuenemque *pω*. 159. *Seruius ad Verg. Aen. II*, 80. *XI*, 715. 164. emergunt *pω*: mergunt **P**. 167 *in margine adscriptum habet* **P**.

fictilibus cenare pudet, quod turpe negabis
translatus subito ad Marsos mensamque Sabellam
contentusque illic ueneto duroque cucullo.
pars magna Italiae est, si uerum admittimus, in qua
nemo togam sumit nisi mortuus. ipsa dierum
festorum herboso colitur si quando theatro
maiestas tandemque redit ad pulpita notum
exodium, cum personae pallentis hiatum
in gremio matris formidat rusticus infans,
aequales habitus illic similesque uidebis
orchestram et populum, clari uelamen honoris
sufficiunt tunicae summis aedilibus albae.
hic ultra uires habitus nitor, hic aliquid plus
quam satis est interdum aliena sumitur arca.
commune id uitium est, hic uiuimus ambitiosa
paupertate omnes. quid te moror? omnia Romae
cum pretio. quid das, ut Cossum aliquando salutes,
ut te respiciat clauso Veiento labello?
ille metit barbam, crinem hic deponit amati,
plena domus libis uenalibus. accipe et istud
fermentum tibi habe: praestare tributa clientes
cogimur et cultis augere peculia seruis.
Quis timet aut timuit gelida Praeneste ruinam,
aut positis nemorosa inter iuga Volsiniis, aut
simplicibus Gabiis, aut proni Tiburis arce?
nos urbem colimus tenui tibicine fultam

168. negabis *Σ H. Valesius:* negauit *Pω*, negabit *Ferrarius electt. II*, 9. 170. contectus *Schrader.* culullo *H. Valesius.* 173. colitur, si quando, theatro *Wyttenbach ad Plut. cons. ad Apoll. p.* 113 *A.* 177. similemque *ς.* 178. orchestram *pω:* orcestram *PS.* 184. praecio *S.* 185. cluso *d.* 186. amatus *Ruperti.* deponit, amati *Francke uerisim. spec. p.* 24 *sqq.* 187. libis *ς Valla:* libris *PSω*, libris *eraso* r *adh*, libis *add.* r *c.* uenalibus *Pω:* genialibus *Grangaeus*, uernalibus *Francke l. l.* 188. praestare *Sς:* praesta** *P*, praestant *pω.* 193. *schol. Lucani VII*, 404 *ubi* incolimus *et* fidicine.

magna parte sui; nam sic labentibus obstat
uilicus et, ueteris rimae cum texit hiatum,
securos pendente iubet dormire ruina.
uiuendum est illic, ubi nulla incendia, nulli
nocte metus. iam poscit aquam, iam friuola transfert
Vcalegon, tabulata tibi iam tertia fumant,
tu nescis; nam si gradibus trepidatur ab imis,
ultimus ardebit, quem tegula sola tuetur
a pluuia, molles ubi reddunt oua columbae.
lectus erat Codro Procula minor, urceoli sex,
ornamentum abaci, nec non et paruulus infra
cantharus et recubans sub eodem marmore Chiron,
iamque uetus Graecos seruabat cista libellos,
et diuina opici rodebant carmina mures.
nil habuit Codrus, quis enim negat? et tamen illud
perdidit infelix totum nihil; ultimus autem
aerumnae est cumulus, quod nudum et frusta rogantem
nemo cibo, nemo hospitio tectoque iuuabit.
si magna Asturici cecidit domus, horrida mater,
pullati proceres, differt uadimonia praetor;
tunc gemimus casus urbis, tunc odimus ignem.
ardet adhuc, et iam accurrit qui marmora donet,

195. uilicus *P:* uillicus *pω*, ᶜuillicus, *οἰκονόμος, ἐνοικολόγος*᾽ *gloss. H. Steph. p.* 225. cum texit *Padeghς:* contexit *ω*. 197. uiuendum illic *P*. multa — multi *Schrader*. 200. crepitatur *Marshall.* 203 *sq.* lectus — abaci *Priscian. VI*, 5, 27 *p.* 689. Codro Procula minor urceoli sex *om. P add. p.* Codro *pω:* Cordo *h. Valla, Pithoeus.* 204. abagi *PS*, ᶜabaci, *delfica, μινιστέριον ὡς* ᾽*Ιουβενάλιος*,᾽ *gloss. H. St. p.* 1. 205. cantarus *PS*. sub eo de marmore *C. Valesius.* echinus *Manso verm. Abhdlgen p.* 222. 207. opici *Σω:* opi⁎i *P*, opizi *p Laurentianus pl. XXXIV*, 39, opifici *S*, ᶜapicus, *ὀππικιστὴς ὡς* ᾽*Ιουβενάλιος*᾽ *gloss. H. Steph. p.* 18, epici *Is. Vossius apud Burmann. ad anth. Lat. I p.* 357. 208. Codrus *Pω:* cordus *ph. Valla, Pithoeus.* 210. est *P: om. ω*. frusta *dς Dorleans ad Tac. ann. XIII p.* 683: frustra *Pω*, ᶜ*aut sine causa aut panem petentem*᾽ *schol.* 212. asturici *SPh:* asturi *pω*, arturi *ς*, Ostorii *Pulmannus.* 214. tum *S*. gemimus *Sω:* geminus *Peghς*. 215. accurrit *ς:* ⁎⁎currit *P*, occurrit *pω Oudendorp. ad Suet. Calig.* 26.

conferat impensas; hic nuda et candida signa,
hic aliquid praeclarum Euphranoris et Polucliti,
hic Asianorum uetera ornamenta deorum,
hic libros dabit et forulos mediamque Mineruam,
hic modium argenti: meliora ac plura reponit
Persicus orborum lautissimus et merito iam
suspectus, tamquam ipse suas incenderit aedes.
si potes auelli circensibus, optima Sorae
aut Fabrateriae domus aut Frusinone paratur,
quanti nunc tenebras unum conducis in annum.
hortulus hic, puteusque breuis nec reste mouendus
in tenuis plantas facili defunditur haustu.
uiue bidentis amans et culti uilicus horti,
unde epulum possis centum dare Pythagoreis.
est aliquid, quocumque loco, quocumque recessu
unius sese dominum fecisse lacertae.

Plurimus hic aeger moritur uigilando; sed ipsum
languorem peperit cibus inperfectus et haerens
ardenti stomacho, nam quae meritoria somnum
admittunt? magnis opibus dormitur in urbe,
inde caput morbi; redarum transitus arto
uicorum inflexu et stantis conuicia mandrae
eripient somnum Druso uitulisque marinis.

217. poluclyti ***PS***, policleti *ω*. *cf.* ***VIII,*** 103. 218. haec asianorum ***PS***, *cod.* ***Vimariensis***, fecasianorum *pω*, phaecasianorum *ς* ***Burmann.*** *ad anth.* ***Lat. I*** *p.* 608, phaecasiatorum ***Roth.*** 220. et *ς*. 227. ***Seruius*** *ad* ***Verg. georg. IV,*** 115. tenuis ***Pς:*** tenues *pω*. defunditur ***PShς:*** diffunditur *ω* ***Seruius.*** 228. uilicus ***P:*** uillicus *pω*. horti ***P:*** orti *pbc*. 229. ***Phocas*** 4, 4 *p.* 1706. pytagoreis ***PS.*** 231. lacertae ***PSω:*** lacernae uel lacertae *d*, lacertae uel lacenae *b*, lacerti ***N. Heinsius*** *aduerss.* ***IV,*** 8 *p.* 618. *ad* ***Ouid.*** *fast.* ***II,*** 578, tabernae ***Ruperti.*** 232 *sqq.* plurimus — stomacho ***Priscian. XVIII,*** 6, 62 *p.* 1136. plurimus — imperfectus ***Priscian.*** ***VIII,*** 9, 44 *p.* 809. ***VIII,*** 13, 71 *p.* 824. ipsum ***Pω:*** illum *ς* ***Priscian.*** 233. herens ***P.*** 234. quem ***H. Valesius.*** 236. ɴraedarum ***P.*** 237. conuitia ***S.*** 238. eripiunt *ς*, eripiant *edd.* urso ***Britannicus.*** uitulisue ***Iacobs*** *in* ***Matthiae*** *misc. phil.* ***I*** *p.* 82. uetulisque maritis ***H. Valesius.***

Si uocat officium, turba cedente uehetur
diues et ingenti curret super ora liburna
adque obiter leget aut scribet uel dormiet intus,
namque facit somnum clausa lectica fenestra,
ante tamen ueniet. nobis properantibus obstat
unda prior, magno populus premit agmine lumbos
qui sequitur, ferit hic cubito, ferit assere duro
alter, at hic tignum capiti incutit, ille metretam;
pinguia crura luto: planta mox undique magna
calcor, et in digito clauus mihi militis haeret.
nonne uides, quanto celebretur sportula fumo?
centum conuiuae, sequitur sua quemque culina.
Corbulo uix ferret tot uasa ingentia, tot res
impositas capiti, quas recto uertice portat
seruulus infelix et cursu uentilat ignem.
scinduntur tunicae sartae modo, longa coruscat
serraco ueniente abies, adque altera pinum
plaustra uehunt, nutant alte populoque minantur.
nam si procubuit qui saxa Ligustica portat
axis et euersum fudit super agmina montem,
quid superest de corporibus? quis membra, quis ossa
inuenit? obtritum uulgi perit omne cadauer
more animae. domus interea secura patellas
iam lauat et bucca foculum excitat et sonat unctis

240. liburna *Sh*: liburno *Pω*. 242 *spurium habent Pinzger de uss. spur. p.* 9. *et Heinrich.* 244. praemit *P*. 245. ‘asseres, *δοκίδες ὡς Ἰουβενάλιος*’ *gloss. H. Steph. p.* 21. *cf. VII,* 132. 246. ad *P*. tignum *Pω*: lignum *pς*. 248. heret *P*. 250. conuiue *P*. 251. uix corbita ferat *Gesner, Hamburger verm. Bibl. I,* 2 *p.* 171 *ss. thes. s. v.* ‘*corbita.*’ 252. quot *edd.* 254 *sq.* scinduntur tunicae sartae *Seruius arte gr. p.* 525 *Lind.* longa — abies *Seruius ad Verg. Aen. I,* 164. 255. serraco *Pbς*: sarraco *ω Seruius*, soraco *Casaubonus ad Aen. tact.* 30, *Meursius exerc. cr. II,* 5 *p.* 117 *sq.* 256. alte *PSς*: altae *ω*. 259. de corporibus *pω*: e corporibus *Ph*. 260. uulgo *Eremita.* 261. morte *e cod. Cantabrig. Wakefield ad Lucret. III,* 102. 262. un*tis *P*.

striglibus et pleno componit lintea guto.
haec inter pueros uarie properantur, at ille
iam sedet in ripa taetrumque nouicius horret
porthmea, nec sperat cenosi gurgitis alnum
infelix, nec habet quem porrigat ore trientem.
Respice nunc alia ac diuersa pericula noctis,
quod spatium tectis sublimibus, unde cerebrum
testa ferit, quotiens rimosa et curta fenestris
uasa cadant, quanto percussum pondere signent
et laedant silicem. possis ignauus haberi
et subiti casus inprouidus, ad caenam si
intestatus eas: adeo tot fata, quot illa
nocte patent uigiles te praetereunte fenestrae.
ergo optes uotumque feras miserabile tecum,
ut sint contentae patulas defundere pelues.
ebrius ac petulans, qui nullum forte cecidit,
dat poenas, noctem patitur lugentis amicum
Pelidae, cubat in faciem, mox deinde supinus.
ergo non aliter poterit dormire? quibusdam
somnum rixa facit. sed quamuis improbus annis
adque mero feruens cauet hunc, quem coccina laena
uitari iubet et comitum longissimus ordo,
multum praeterea flammarum et aenea lampas.
me, quem luna solet deducere uel breue lumen
candelae, cuius dispenso et tempero filum,
contemnit. miserae cognosce prooemia rixae,

263. striglibus et pleno *acdgς*: strigibus ***Probus***, strigilibus et pleno ***Pbhω***, strigilibus pleno *cod. Vimar.* ς. lintea guto ***pegS***: linte acuto ***P***. ‘gutum, *λεκύθιον* [*ληκύθιον*] *Ἰουβεναλίῳ*’ *gloss. H. Steph. p.* 105. 264. uariae ***Ph***. 265. sedet ***pSω***: sed⋆t ***P***. te⋆trum ***P***. 266. port⋆mea ***P***, portamea ***pS***. 269. cerebro ***S***. 271. cadant ***Paghς***: cadent ***pdeς***, cadunt ***ω***. pondere findant ***Schrader***. 273. inprobidus ***P***. 274. quod ***P***. 277. defundere ***Padehς***: diffundere ***ω***, effundere ***ς***. 280. paelide ***P***. 281 ***spurium habet Heineke animm. p.*** 31, ***defendit Pinzger de uss. spur. p.*** 14. 285. atque ***ς***. 288. pr⋆⋆mia ***P***, premia ***pς***.

si rixa est, ubi tu pulsas, ego uapulo tantum.
stat contra starique iubet. parere necesse est,
nam quid agas, cum te furiosus cogat et idem
fortior? 'unde uenis?' exclamat 'cuius aceto,
cuius conche tumes? quis tecum sectile porrum
sutor et elixi ueruecis labra comedit?
nil mihi respondes? aut dic, aut accipe calcem!
ede, ubi consistas! in qua te quaero proseucha?'
dicere si temptes aliquid tacitusue recedas,
tantumdem est, feriunt pariter, uadimonia deinde
irati faciunt; libertas pauperis haec est:
pulsatus rogat et pugnis concisus adorat,
ut liceat paucis cum dentibus inde reuerti.
nec tamen haec tantum metuas, nam qui spoliet te
non deerit, clausis domibus postquam omnis ubique
fixa catenatae siluit compago tabernae;
interdum et ferro subitus grassator agit rem.
armato quotiens tutae custode tenentur
et Pomptina palus et Gallinaria pinus,
sic inde huc omnes tamquam ad uiuaria currunt.
qua fornace graues, qua non incude, catenae?
maximus in uinclis ferri modus, ut timeas, ne
uomer deficiat, ne marrae et sarcula desint.
felices proauorum atauos, felicia dicas
saecula, quae quondam sub regibus atque tribunis
uiderunt uno contentam carcere Romam.

290. stat — iubet *Priscian. XIV*, 1, 5 *p.* 976. *XIV*, 3, 34 *p.* 990. 293. conche *S:* conch* *P*, concha *pω*. 294. et — comedit *Priscian. V*, 6, 36 *p.* 655. uerbecis *P*. 296 *ante* 295 *ponit Pinzger de uss. spur. p.* 14. 297. seu *Schrader*. 300. contusus *Domitius Calderinus*. 302. hoc ς. 304. catenatae siluit *ω:* catenaluit *P*, catenata siluit *p*. catenatae̅ *S*. 307. pontina ς. 310. modus est, timeas nunc *e cod. Cantabrig. Wakefield ad Lucret. III*, 255. 311. marrae *pω:* marra *P*. 312. prauorum *Bahrdt*. dicas *P:* dicis *p*.

His alias poteram et pluris subnectere causas,
sed iumenta uocant, et sol inclinat, eundum est;
nam mihi commota iandudum mulio uirga
adnuit. ergo uale nostri memor, et quotiens te
Roma tuo refici properantem reddet Aquino,
me quoque ad Heluinam Cererem uestramque Dianam
conuerte a Cumis; saturarum ego, ni pudet illas,
adiutor gelidos ueniam caligatus in agros."

SATVRA IIII.

Ecce iterum Crispinus, et est mihi saepe uocandus
ad partes, monstrum nulla uirtute redemptum
a uitiis; aegrae solaque libidine fortes
deliciae, uiduas tantum spernatur adulter.
quid refert igitur, quantis iumenta fatiget
porticibus, quanta nemorum uectetur in umbra,
iugera quot uicina foro, quas emerit aedes?
nemo malus felix, minime corruptor et idem
incestus, cum quo nuper uitiata iacebat

317. ian dudum *P*, iam dudum *p*. *Anall. gramm. p.* 458 *not. k:* '*Iuuenalis correpte:* mulio consul.' 318. adnuit *Pω:* innuit *Sς*. et — Aquino *Priscian VIII*, 7, 34 *p.* 802. 319. refi⋆ci *P*. 320. Heluinam *pςS*: Heuinam *P*, Eluinam *ω*. uestramque *ω:* ues⋆tamque *P*. 321. conuerte *P:* conuelle *ω*. saturarum *f:* sat⋆rarum *P*, satirarum *pω*. 322. adiutor *pω:* ad⋆⋆tor *P*, auditor *fv*.

Sat. IIII. De piscis magnitudine *P*.

1. et est *Pcfgh:* adest *ω*. 2. ad partes *Σpω:* ad patres *PS*. 3. aegrae *S:* aegr⋆ *P*, aeger *pω*. fortes *PSf:* fortis *ω*. 4. deliciae *PS:* delicias *ω*. uiduas *Pv*. delicias uiduas *N. Heinsius prob. Graeuio epp. IV p.* 721. uiduae *ω*, uetulae *Ruperti*. spernatur *PS prob. Doederlino synon. II p.* 215. *III p.* 323: spernatus *fv*, aspernatur *ω*, aspernatus *e*. 5. quid *pω:* qui *PS*. 7. quot *pω:* quod *Pς*. 8. hymenis corruptor *e cod. Schegk. ad Vell. Pat. I*, 13, mimae corruptor *Scioppius uerisim. IV*, 10. *art. crit. p.* 71 *sq.* correptor *N. Heinsius epp. IV p.* 143 *cf. p.* 151. 155. 721. 723. 9. uitiata *S:* uittata *Pω*.

sanguine adhuc uiuo terram subitura sacerdos.
sed nunc de factis leuioribus — et tamen alter
si fecisset idem, caderet sub iudice morum,
nam quod turpe bonis, Titio Seioque, decebat
Crispinum — quid agas, cum dira et foedior omni
crimine persona est? mullum sex milibus emit,
aequantem sane paribus sestertia libris,
ut perhibent qui de magnis maiora loquuntur.
consilium laudo artificis, si munere tanto
praecipuam in tabulis ceram senis abstulit orbi;
est ratio ulterior, magnae si misit amicae,
quae uehitur cluso latis specularibus antro.
nil tale exspectes, emit sibi. multa uidemus,
quae miser et frugi non fecit Apicius. hoc tu
succinctus patria quondam, Crispine, papyro,
hoc pretio squamam! potuit fortasse minoris
piscator, quam piscis, emi; prouincia tanti
uendit agros, sed maiores Apulia uendit.
quales tunc epulas ipsum gluttisse putamus
induperatorem, cum tot sestertia partem
exiguam et modicae sumptam de margine cenae

11 *sq.* et — morum ***Priscian. XII,*** 5, 21 *p.* 945. 13. ***Io. Saresber. I,*** 4. Seioque ***Dom. Calderinus:*** Serioque ***Pω.*** Seio Titioque ***Io. Saresb.*** decebit ***Io. Saresb. Heinrich.*** 15. mullum ***pω:*** multum ***P,*** mulum ***ς.*** 16. is sane ***f,*** insane ***N. Heinsius ad Petron. I p.*** 250. ***Graeuius epp. IIII p.*** 723. sestertia ***pω:*** setertia ***P.*** 17. peribent ***PS.*** locuntur ***abcefgh.*** 18. si munere ***PSafς:*** in munere ***pbcdegς,*** si in munere ***cod. Gaibacensis*** 1. 21. cluso ***Pς:*** clauso ***ω.*** luso — auro ***Schrader.*** 22. ***Seruius ad Vergil. Aen. VI,*** 104. 23. haec c. ***Markland. ep. crit. p.*** 152. 24. Pharia quondam ***Markland. l. l. cf. Schrader obseruu. p.*** 19. 25. praetio ***PS:*** pretium ***ω.*** 'S. piscem' ***schol.*** 'squamam ***autem pro pisce dicit' Valla.*** squamam ***Cramerus ad schol. p.*** 124: squamae ***Pω,*** squamas ***Dorleans ad Tacit. ann. XIV p.*** 762. ***Ruperti.*** 26. prouintia ***Pe.*** 27. apros ***H. Valesius, Henninius.*** et ***Henninius.*** maioris ***cod. Monacensis*** 260 ***Σ.*** sed maioris Aurelia ***Ferrarius electt. I,*** 18. 28. nunc ***ς.*** aepulas ***PS.*** putamus ***Pω:*** putemus ***ς.*** 29. endoperatorem ***cod. Vimariensis.***

purpureus magni ructarit scurra Palati,
iam princeps equitum, magna qui uoce solebat
uendere municipes fracta de merce siluros.
incipe Calliope! licet et considere; non est
cantandum, res uera agitur. narrate puellae
Pierides! prosit mihi uos dixisse puellas.
Cum iam semianimum laceraret Flauius orbem
ultimus et caluo seruiret Roma Neroni,
incidit Adriaci spatium admirabile rhombi
ante domum Veneris, quam Dorica sustinet Ancon,
impleuitque sinus; nec enim minor haeserat illis,
quos operit glacies Maeotica ruptaque tandem
solibus effundit torrentis ad ostia Ponti
desidia tardos et longo frigore pingues.
destinat hoc monstrum cumbae linique magister
pontifici summo. quis enim proponere talem
aut emere auderet, cum plena et litora multo
delatore forent? dispersi protinus algae
inquisitores agerent cum remige nudo,
non dubitaturi fugitiuum dicere piscem
depastumque diu uiuaria Caesaris, inde
elapsum, ueterem ad dominum debere reuerti.

31. ructarit *Pς*: ructaret *ω*. 33. fracta de merce *Σω*: facta de merce *P Ioannes a Ianua s. u.* ‘*silurus*,’ Pharia de merce *Muretus, Salmas. ad Solin. p.* 1314. *Eremita*, farcta de merce *C. Barth aduu. mss. CLX*, 2. *Heinrich*, pacta de merce *Marshall*, pacta cum merce *Schrader*, parta de merce *u. d. Hall. Litt. Ztg.* 1814 *n.* 223 *p.* 235, fricta de merce *Manso verm. Abhdlgen p.* 227, pacta mercede *N. Heinsius ad Phaedr. IIII*, 21, 5. *epp. IIII, p.* 723. 725, facta mercede *u. d. l. l.*, fracta mercede *Achaintre.* 34. licet et *Pς*: licet e *f*, licet hic *ω*. 37. semianimem *ς*. 38. et — Neroni *Seruius ad Verg. Aen. IV*, 215. 41. impleuitque sinus *Spω*: impleuit sinus *P*. nec *Pfhς*: neque *ω*. 43. effundit *Pω*: effudit *p*. torrentis *S Eremita*: torrentes *f*, torpentis *Pω*. hostia *ω*. hostia Nili *ς*. 45. cumbae *Pdfh*: cymbae *ω*. 48. alni *Graeuius*, alti *uel* alto *uel* aulae *Ruperti*.

si quid Palfurio, si credimus Armillato,
quidquid conspicuum pulchrumque est aequore toto,
res fisci est, ubicumque natat; donabitur ergo,
ne pereat. iam letifero cedente pruinis
autumno, iam quartanam sperantibus aegris,
stridebat deformis hiems praedamque recentem
seruabat; tamen hic properat, uelut urgueat auster.
utque lacus suberant, ubi quamquam diruta seruat
ignem Troianum et Vestam colit Alba minorem,
obstitit intranti miratrix turba parumper;
ut cessit, facili patuerunt cardine ualuae,
exclusi spectant admissa obsonia patres.
itur ad Atriden. tum Picens "accipe", dixit,
"priuatis maiora focis, genialis agatur
iste dies, propera stomachum laxare saginae,
et tua seruatum consume in saecula rhombum.
ipse capi uoluit." quid apertius? et tamen illi
surgebant cristae; nihil est quod credere de se
non possit, cum laudatur dis aequa potestas.
sed deerat pisci patinae mensura. uocantur
ergo in consilium proceres, quos oderat ille,
in quorum facie miserae magnaeque sedebat
pallor amicitiae. primus, clamante Liburno:
"currite, iam sedit!" rapta properabat abolla
Pegasus attonitae positus modo uilicus urbi.

53. quit *PS*. Palfurio *PSς*: Palphurio *bcς*, Parfurio *ω*. 54. ex aequore toto est *ω*. 56 *sq*. iam — autumno *Seruius ad Verg. Aen. VI*, 309. 60. superant *ς*, superat *Marcilius ad Pers. II*, 60. *Eremita, Lindenbrog, Markland ad Stat. silu. I*, 1, 36. ubi — minorem *schol. Lucani I*, 199. 61. ac *ς*. 63. ut *PS*: et *ω*. excessit *Schmidt*. ualuae et *Iacobs* (*Matthiae misc. phil. I p.* 81). 64. spectant *Pabcghς*: exspectant *ω*. 65. Atriden *Pω*: Atridem *pς*. 67. saginae *scripsi*: 'SAGINAM. alii SAGITTIS. — legitur et SAGINIS' *schol.*, saginas *P*, saginis *pω*, sagittis *f*. 71. possint *P*. aeque *S*.

anne aliud tunc praefecti? quorum optimus adque
interpres legum sanctissimus omnia quamquam
temporibus diris tractanda putabat inermi
iustitia. uenit et Crispi iucunda senectus,
cuius erant mores qualis facundia, mite
ingenium. maria ac terras populosque regenti
quis comes utilior, si clade et peste sub illa
saeuitiam damnare et honestum adferre liceret
consilium? sed quid uiolentius aure tyranni,
cum quo de pluuiis aut aestibus aut nimboso
uere locuturi fatum pendebat amici?
ille igitur numquam direxit bracchia contra
torrentem, nec ciuis erat, qui libera posset
uerba animi proferre et uitam inpendere uero:
sic multas hiemes adque octogensima uidit
solstitia, his armis illa quoque tutus in aula.
proximus eiusdem properabat Acilius aeui
cum iuuene indigno, quem mors tam saeua maneret
et domini gladiis tam festinata. sed olim
prodigio par est cum nobilitate senectus,
unde fit ut malim fraterculus esse gigantis.
profuit ergo nihil misero, quod comminus ursos
figebat Numidas Albana nudus harena
uenator. quis enim iam non intellegat artes
patricias? quis priscum illud miratur acumen,

78. praefecti hic quorum *dς*, praefecti quorum hic *aefς*. praefecti? procerum optimus ***Hanow disp. de Iuu. IIII, 77 sqq.*** ***Grueneberg.*** 1844. atque hic ***cod. Berolinensis*** 39. 78 ***spurium iudicat Heinrich.*** 79. quamquam *pωΣ:* quamque ***P.*** 82. mitae ***PS.*** 83. terras *pω:* terra ***P.*** gerenti ***P.*** 89. bracchia ***PS.*** 91. animo ***Ruperti.*** 92. octoginsima ***P.*** 93. his annis ***H. Valesius.*** 96. tam festinata ***P:*** iam destinata *ω*, iam designata ***R. Stephanus, Lipsius epistt. quaestt. IV***, 25. 97. est cum nobilitate ***Pithoeus:*** est ** nobilitate ***P***, est in nobilitate *pω*. 98 ***Priscian. III***, 5, 26 *p.* 610. nolim ***Ruperti.*** gigantis ***PSω:*** gigantum *bcς*. 101. intelligit *vς*. 102. miretur *ς*.

Brute, tuum? facile est barbato inponere regi.
nec melior uultu, quamuis ignobilis, ibat
Rubrius, offensae ueteris reus atque tacendae,
et tamen inprobior saturam scribente cinaedo.
Montani quoque uenter adest abdomine tardus,
et matutino sudans Crispinus amomo,
quantum uix redolent duo funera, saeuior illo
Pompeius tenui iugulos aperire susurro,
et qui uulturibus seruabat uiscera Dacis
Fuscus, marmorea meditatus proelia uilla,
et cum mortifero prudens Veiento Catullo,
qui numquam uisae flagrabat amore puellae;
grande et conspicuum nostro quoque tempore monstrum,
caecus adulator dirusque a ponte satelles,
dignus Aricinos qui mendicaret ad axes
blandaque deuexae iactaret basia redae.
nemo magis rhombum stupuit, nam plurima dixit
in laeuam conuersus, at illi dextra iacebat
belua. sic pugnas Cilicis laudabat et ictus
et pegma et pueros inde ad uelaria raptos.
non cedit Veiento, set ut fanaticus oestro
percussus, Bellona, tuo diuinat et "ingens
omen habes", inquit, "magni clarique triumphi.
regem aliquem capies, aut de temone Britanno
excidet Aruiragus. peregrina est belua, cernis
erectas in terga sudes?" hoc defuit unum
Fabricio, patriam ut rhombi memoraret et annos.

106. saturam *S*: satyram *P*. cinedo *PS*. 107. *Seruius ad Verg. Aen. II*, 19. 111. dachis *P*. 113. ueiento *pω schol. ad u.* 119. 123: uel lento *P*, lento *S*, uegento *ς*. 116. e ponte *N. Heinsius ad Ouid. Ib.* 420, ac sponte *H. Valesius*. dignusque in ponte *Ruperti*, dignus qui a ponte *M. Haupt*. 117. Aricinas — arces *Ruperti*. 120. laeuam *ςΣ*: laeuo *P*, laeuum *pω*. 122. puma *S*. ᶜuelaria, *ὀθόνια*᾽ *onomast. Vulcanii*. 123. ueiento *Σω*: ue*lento *P*. set *P*. 125. clari magnique *dς*. 126. britanno *S*: brittanno *P*. 127. excidit *aegvς*. ᶜbritannorum rex arbila᾽ *schol.*

'quidnam igitur censes? conciditur?' "absit ab illo dedecus hoc!" Montanus ait, "testa alta paretur,
quae tenui muro spatiosum colligat orbem;
debetur magnus patinae subitusque Prometheus.
argillam atque rotam citius properate! sed ex hoc
tempore iam, Caesar, figuli tua castra sequantur."
uicit digna uiro sententia; nouerat ille
luxuriam inperii ueterem noctesque Neronis
iam medias aliamque famem, cum pulmo Falerno
arderet. nulli maior fuit usus edendi
tempestate mea; Circeis nata forent an
Lucrinum ad saxum Rutupinoue edita fundo
ostrea, callebat primo depraendere morsu,
et semel aspecti litus dicebat echini.
surgitur, et misso proceres exire iubentur
consilio, quos Albanam dux magnus in arcem
traxerat attonitos et festinare coactos,
tamquam de Catthis aliquid toruisque Sycambris
dicturus, tamquam et diuersis partibus orbis
anxia praecipiti uenisset epistula pinna.
adque utinam his potius nugis tota illa dedisset
tempora saeuitiae, claras quibus abstulit urbi
inlustresque animas impune et uindice nullo!
sed periit, postquam cerdonibus esse timendus
coeperat; hoc nocuit Lamiarum caede madenti.

131. testa illa *adefς*. 133. prometeus *P*. 134. properare *Casaubonus ad Pers. III*, 23. *Rantzow, Wolfii anall. I p.* 511 *sq.* 135. figuli *P*: tegulae *pabcdς*. 137. ingluuiem *cod. Basileensis in mg.* 138. famam *S*. 141. Rutupinoque *adfς*. 142. depraehendere *P*, deprehendere *aς*. 143. echini *pω*: echeni *P*. 144. proceres *pω*: properes *P*. exire *pω*: exibere *P*. 145. consilio *Padfω*: concilio *ς*. 147. Catthis *S Valla, Pithoeus*: ****is *P*, getis *pω*. tortisque *Valla e ms. Ramirez ad Martial. spect.* 4, 9 *p.* 7. Sycambris *Pahς*: Sicambris *ω*, sigambris *bcgς*. 148. tamquam et diuersis *P*: tamquam diuersis *ω*, tamquam a diuersis *aς*. 149. praecipiti* uenis sed *P*, set *p*. epistula *P*: epistola *Sω*. pinna *PS*: penna *ω*. 150. ille *ς*.

SATVRA V.

Si te propositi nondum pudet adque eadem est mens,
ut bona summa putes aliena uiuere quadra,
si potes illa pati, quae nec Sarmentus iniquas
Caesaris ad mensas nec uilis Gabba tulisset,
quamuis iurato metuam tibi credere testi.
uentre nihil noui frugalius; hoc tamen ipsum
defecisse puta, quod inani sufficit aluo:
nulla crepido uacat? nusquam pons et tegetis pars
dimidia breuior? tantine iniuria cenae?
tam ieiuna fames cum possit honestius illic
et tremere et sordes farris mordere canini.
primo fige loco, quod tu discumbere iussus
mercedem solidam ueterum capis officiorum.
fructus amicitiae magnae cibus, inputat hunc rex,
et quamuis rarum tamen inputat. ergo duos post
si libuit menses neglectum adhibere clientem,
tertia ne uacuo cessaret culcita lecto,
"una simus" ait. uotorum summa, quid ultra
quaeris? habet Trebius, propter quod rumpere somnum
debeat et ligulas dimittere, sollicitus ne
tota salutatrix iam turba peregerit orbem,

Sat. V. In parasitos de cenis contumeliosis *P.*

1. Sic *Lubinus.* adque eandem *S.* est *om.* ς. 2 *Seruius ad Verg. Aen. VII,* 115. 3. sic *Lubinus.* 4. ad *pω:* at *P,* ac *f.* gabba *PSd cod. Vimariensis:* Galba *ω.* 8 *Augustin. de gramm. p.* 1976. 9. de media *P,* dimedia *p.* tantine — fames *spuria censet Heinrich.* 10. cum possit *Pfς:* cum possis *ω,* quin possis *cod. Gothanus* 2, quae possit *Manso verm. Abhdlgen p.* 232, cum pol sit *Ruperti,* quin poscis? *Lubinus, Graeuius epp. IIII p.* 193. *Heusinger obss. antibarb. p.* 363 *sq.,* possis cum *Heinecke anim. p.* 82. *Heinrich.* 12. finge ς. 15. raro *adevς.* 17. ne *pω:* nec *PS.* culcita *Pω:* culcitra ς. 19. sōnum *P.* 21. peregerit *ω:* perregeret *S,* per*egeret *P.*

sideribus dubiis aut illo tempore, quo se
frigida circumagunt pigri serraca Bootae.
qualis cena tamen? uinum, quod succida nolit
lana pati, de conuiua Corybanta uidebis.
iurgia proludunt, sed mox et pocula torques
saucius et rubra deterges uulnera mappa,
inter uos quotiens libertorumque cohortem
pugna Saguntina feruet commissa lagona.
ipse capillato diffusum consule potat
calcatamque tenet bellis socialibus uuam,
cardiaco numquam cyathum missurus amico;
cras bibet Albanis aliquid de montibus aut de
Setinis, cuius patriam titulumque senectus
deleuit multa ueteris fuligine testae,
quale coronati Thrasea Heluidiusque bibebant
Brutorum et Cassi natalibus. ipse capaces
Heliadum crustas et inaequales berullo
Virro tenet phialas; tibi non committitur aurum,
uel si quando datur, custos adfixus ibidem,
qui numeret gemmas, ungues obseruet acutos.
da ueniam, praeclara illi laudatur hiaspis;
nam Virro, ut multi, gemmas ad pocula transfert

22. aut — Bootae *schol. Stat. Theb. IIII*, 655. 22. 23 *ponit Schurzfleisch post* 19. 23. serraca *PSω*: sarraca *ς schol. Stat.* 24. quod *pω*: quo *P*. succida *Pω*: sucida *ς*. nollet *deς*. 25. te e conuiua *H. Valesius*. 26. *Priscian. VIIII*, 9, 50 *p.* 870: '*In* geo *desinentia* l *uel* r *antecedentibus* geo *in* si *conuersa faciunt praeteritum perfectum ut* — tergeo tersi — *Iuuenalis in I*: sed mox — mappa.' 27. deterges *Pω Priscian.*: detergis *S cod. Norimbergensis* 3. map*pa *P*. 29. lagona *P*: lagena *ω*. 33. uiuit *S*. aliquit *P*. 35. ueteris *pω*: uetaris *P*. 36. solebant *ς*. 38. Aeliadum *Paf*, eliadum *ς*, Beliadum *Probus*. berullo *S*: ber*llos *P*, berillos *pω*, beryllo *Salmas. ad Solin. p.* 197. 758, beryllis *H. Valesius*. 39. phialas *pω*: phiala *P*. 41. unges obseruit *P*. acutos *Pω*: amicos *fς N. Heins. ad Ouid. a. a. I*, 585. *trist. I*, 8, 65, aduncos *cod. Mediceus pl. XXXIIII*, 39 *Valla*. 42. illi *Pς*: illic *ω*. hiaspis *PS*. 43. ut *pω*: et *Pς*.

mullus erit domini, quem misit Corsica uel quem
Tauromenitanae rupes, quando omne peractum est
et iam defecit nostrum mare, dum gula saeuit,
retibus adsiduis penitus scrutante macello
proxima, nec patimur Tyrrhenum crescere piscem.
instruit ergo focum prouincia, sumitur illinc
quod captator emat Laenas, Aurelia uendat.
Virroni muraena datur, quae maxima uenit
gurgite de Siculo; nam dum se continet Auster,
dum sedet et siccat madidas in carcere pinnas,
contemnunt mediam temeraria lina Charybdim.
uos anguilla manet longae cognata colubrae
aut glacie aspersus maculis Tiberinus et ipse
uernula riparum, pinguis torrente cloaca
et solitus mediae cryptam penetrare Suburae.
Ipsi pauca uelim, facilem si praebeat aurem.
"nemo petit, modicis quae mittebantur amicis
a Seneca, quae Piso bonus, quae Cotta solebat
largiri (namque et titulis et fascibus olim
maior habebatur donandi gloria), solum
poscimus ut cenes ciuiliter; hoc face et esto,
esto, ut nunc multi, diues tibi, pauper amicis."
Anseris ante ipsum magni iecur, anseribus par
altilis, et flaui dignus ferro Meleagri

92. domino *fς*. 93. tauromenitanae ***PSς***: tauromenitanae *ω*. 94. defecit ***Pω***: deficit *p*. 96. patimur ***Padegω***: patitur ***pbchς***. 97. instruit — prouincia *schol. Lucan. I*, 338. illic *bς*. 98. ***Priscian. V***, 4, 22 *p*. 649: 'Est *etiam* Lenâs, *quod differentiae causa in fine circumflectitur. Iuuenalis in I*: quod captator emat Lenâs, Aurelia uendat.' Lenas ***Pω***. 99. murena ***P***, murrena *egς*. 101. pinnas ***Pf***: pennas *pω*. 102. caribdim ***PSς***. 104. glanii *uel* gladii ***H. Valesius***. 'aspersus, *εἶδος ἰχθύος κατασττίκτου*' *gloss. H. Steph. p*. 19. 105. torpente ***Rutgers. uarr. lectt. II***, 17. ***Eremita***. 110. titulis et fascibus ***pω***: titulis fascibus ***P***. 115. ualidi *uel* gnaui *seu* naui ***N. Heinsius ad Ouid. med. fac.*** 85. ferro dignus flaui *efhς*.

fumat aper, post hunc tradentur tubera, si uer
tunc erit et facient optata tonitrua cenas
maiores. "tibi habe frumentum" Alledius inquit,
"o Libye, disiunge boues, dum tubera mittas."
structorem interea, ne qua indignatio desit,
saltantem spectes et chironomunta uolanti
cultello, donec peragat dictata magistri
omnia; nec minimo sane discrimine refert,
quo gestu lepores et quo gallina secetur.
duceris planta uelut ictus ab Hercule Cacus,
et ponere foris, si quid temptaueris umquam
hiscere, tamquam habeas tria nomina. quando propinat
Virro tibi sumitue tuis contacta labellis
pocula? quis uestrum temerarius usque adeo, quis
perditus, ut dicat regi "bibe"? plurima sunt, quae
non audent homines pertusa dicere laena.
quadringenta tibi si quis deus aut similis dis
et melior fatis donaret homuncio, quantus
ex nihilo, quantus fieres Virronis amicus!
"da Trebio! pone ad Trebium! uis, frater, ab ipsis
ilibus?" o nummi, uobis hunc praestat honorem,
uos estis fratres. dominus tamen et domini rex

116. fumat *pω*: spumat ***PS*** *cod. Monacensis* 408. tradentur ***P***: traduntur *codd. Altorfinus Vlmensis*, raduntur *bcegω*, radentur *adhς*. post huic radentur *N. Heinsius l. l. aduerss. II*, 1 *p.* 202. 118. Alledius ***P***: Aledius *bcdeghω*, Alidius *afς*, Atidius *cod. Dresdensis D* 153, *Ruperti*. 119. libiae ***P***, libie ς, libia ω. 121. spectis ***P***, spectas *pω*, uideas *vς*. chironomunta ***PSa*** *codd. Vallae*: cheironomunta *cod. Vimariensis*, chironomonta ω, chironomanta *pς*.

126. foris ***Pω***: foras *egς*, foris *bcdς*. 127 *sq.* quando — tibi *Eutych. II*, 10 *p.* 2180. quamquam ς. 128. sumitue ***Paf***, *Iacobs* (*Matthiae misc. phil. I p.* 82): sumetue *h*, sumitque ω. 132. quadringenta ***PSω***: quadraginta ς. 134. fieres quantus ς. 135 *sq.* uis frater ab ipsis ilibus *Seruius ad Verg. ecl. VII*, 26. *Aen. VII*, 499. ipsis ***Pω***: istis ς, illis ς. sis — illis ilibus *Plathner*. 137. frater *cod. Parisinus* 8291, *Markland ad Stat. silu. II ep. p.* 73.

si uis tu fieri, nullus tibi paruolus aula
luserit Aeneas nec filia dulcior illo.
[iucundum et carum sterilis facit uxor amicum]
set tua nunc Mycale pariat licet et pueros tres
in gremium patris fundat semel, ipse loquaci
gaudebit nido, uiridem thoraca iubebit
adferri minimasque nuces assemque rogatum
ac mensam, quotiens parasitus uenerit infans.
uilibus ancipites fungi ponentur amicis,
boletus domino, set quales Claudius edit
ante illum uxoris, post quem nil amplius edit.
Virro sibi et reliquis Virronibus illa iubebit
poma dari, quorum solo pascaris odore,
qualia perpetuus Phaeacum autumnus habebat,
credere quae possis subrepta sororibus Afris;
tu scabie frueris mali, quod in aggere rodit
qui tegitur parma et galea metuensque flagelli
discit ab hirsuta iaculum torquere capella.
forsitan impensae Virronem parcere credas;
hoc agit, ut doleas; nam quae comoedia, mimus
quis melior plorante gula? ergo omnia fiunt,
si nescis, ut per lacrimas effundere bilem
cogaris pressoque diu stridere molari.

138. uis tu fieri *ω*: uis *** fieri **P**, uis tunc fieri *g cod. Dresdensis* **D**. 153. 139. luserit *pω*: luserat **P**. 140 *spurius est.* 141. mycale *pdfς*: mygale **PS**, micale *abceghω*, migale *Σ Doruille ad Charit. p.* 247. 142. semel **P**: simul *pω*. 143. uiridem cito rhaga *L. Jan*, *Gymnas. Zeitg.* 1842 *p.* 238. 144. adferri **Pf**: afferri *ω*, auferri *edd.* 145. ac **P**: ad *ω*. 146. ponentur *pω*: portentur **S**, po⋆entur **P**. 147. dominos et *p*. quales **P***ω*, qualis *p*, qualem *ς*. boletus domino, fungi ponentur amicis uilibus ancipites, seu quales *Schurzfleisch.* 148. post quem *pω*: postquam **P** *cod. Gaybacensis* 2. 146 — 148 *spurios habet Heinecke anim. p.* 32. 151. pheacum **P**. 152. subrepta **Pf**: surrepta *pω*. 154. tegitur parma *pω*: tegi parma **P**. 155. yrsuto *bc*, hirsuto — Capella *Yuo Villiom. animm. VII*, 3. *Eremita*, *Lindenbrog.* 156. quaeras *v*. 157. comedia **P**. 158. plorante gula melior *deς*.

tu tibi liber homo et regis conuiua uideris;
captum te nidore suae putat ille culinae,
nec male coniectat. quis enim tam nudus, ut illum
bis ferat, Etruscum puero si contigit aurum
uel nodus tantum et signum de paupere loro?
spes bene cenandi uos decipit. "ecce dabit iam
semesum leporem adque aliquid de clunibus apri;
ad nos iam ueniet minor altilis." inde parato
intactoque omnes et stricto pane tacetis.
ille sapit, qui te sic utitur. omnia ferre
si potes, et debes; pulsandum uertice raso
praebebis quandoque caput, nec dura timebis
flagra pati his epulis et tali dignus amico.

161. regis conuiua uideris *ω*: regis uideris conuiua ***PS.*** 166. caenandi *p*: canendi ***P.*** 168. ad uos ***Markland ad Stat. silu. IV,*** 9, 34. ***Oudendorp. misc. obss. X*** *p.* 465. ad nostram ueniet mensam altilis ***Francke uerisim. spec. p.*** 31 ***sq.*** 169. iacetis ***Lubinus.***

Iun. Iuu. Saturarum liber I explicit. Incipit liber II. Feliciter ***P.***

D. JUNJJ JVVENALIS·S·L·B·I·EXPLICIT·FELICIT̃
JNCIP·L·B·II·L·F·VRSEDIO POSTVMO
LEGJ EGO NICEVS AIUD [apud] M·SERBIŪ ROME·ET·EM̃DAVI

ita legitur in a.

D. IVNII IVVENALIS
SATVRARVM

LIBER SECVNDVS.

SATVRA VI.

Credo Pudicitiam Saturno rege moratam
in terris uisamque diu, cum frigida paruas
praeberet spelunca domos ignemque laremque
et pecus et dominos communi clauderet umbra,
siluestrem montana torum cum sterneret uxor
frondibus et culmo uicinarumque ferarum
pellibus, haut similis tibi, Cynthia, nec tibi, cuius
turbauit nitidos extinctus passer ocellos,
sed potanda ferens infantibus ubera magnis
et saepe horridior glandem ructante marito.
quippe aliter tunc orbe nouo caeloque recenti
uiuebant homines, qui rupto robore nati
compositiue luto nullos habuere parentes.
multa pudicitiae ueteris uestigia forsan

Sat. VI. De aetatibus mundi *p.* '*In uno uet. cod. Cadurc. haec satyra inscripta est* L. FVRSEDIO POSTVMO' *Pithoeus.*

4 *schol. Stat. Theb. I,* 586. communis *schol. Stat. cod. Gaybacensis* 2 *prob. Wakefield ad Lucret. V,* 954. 5. montanorum *v.* 7. non similis tibi Cynthia *Priscian. XVIII,* 2, 26 *p.* 1125. haut *pω:* aut *Pf.* chyntia *P.* 8. turbauit *ω:* turbabit *PSf,* turpauit *Schurzfleisch, Schrader.* 13. compositiue *Pithoeus*: compositi** *P,* compositique *pω,* conpositi *f.*

aut aliqua exstiterint et sub Ioue, set Ioue nondum
barbato, nondum Graecis iurare paratis
per caput alterius, cum furem nemo timeret
caulibus et pomis et aperto uiueret horto.
paulatim deinde ad superos Astraea recessit
hac comite, adque duae pariter fugere sorores.
anticum et uetus est alienum, Postume, lectum
concutere adque sacri genium contemnere fulcri;
omne aliud crimen mox ferrea protulit aetas,
uiderunt primos argentea saecula moechos.
conuentum tamen et pactum et sponsalia nostra
tempestate paras, iamque a tonsore magistro
pecteris et digito pignus fortasse dedisti.
certe sanus eras. uxorem, Postume ducis?
dic, qua Tisiphone, quibus exagitare colubris?
ferre potes dominam saluis tot restibus ullam,
cum pateant altae caligantesque fenestrae,
cum tibi uicinum se praebeat Aemilius pons?
aut si de multis nullus placet exitus, illud
nonne putas melius, quod tecum pugio dormit,
pugio, qui noctu non litigat, exigit ex te
nulla iacens illic munuscula, nec queritur quod
et lateri parcas nec quantum iussit anheles?

15. ⋆e⋆ sub *P*. nondum *pω*: nonsum *P*. 16. grecis *P*. 18. et pomis *Pbc*: ac pomis *adefghvω*, aut pomis *ς*. sed aperto *C. Barth. aduu.* ***XXII***, 7, et operto *Ruperti*. orto *bcg*. 19. astrea *PS*, 'Astraea, *παρθένος Δικαιοσύνη ὡς 'Ιουβενάλιος' gloss. H. Steph. p.* 21. 21. anticum *P*. 22. fulcri *ω*: fulchri *pf*, pulchri *PS*. 23. 24 *transposuit Schrader emendatt.* 9 *p.* 139 *sq.* 23 *spurium iudicat Heinecke anim. p.* 33. aliut *P*. 24. mechos *P*. 25. et sponsalia *pω*: et *om. P*. 26. tonsore ministro *H. Valesius*, tonsore machaera *Heinrich*. 28. ducis *Pω*: duces *paefgς*. 29. thisipone *P*. exagitare, *om.* quibus, *sed spatio relicto, P*. exagitere *cς*, exagitate *H. Valesius*. 31. caliginantes *P*. 34. putes *deς*. pugio *f Valla*: 'PUNGIO a facto nomen' *schol.* pu⋆⋆io *P*, pygio *Rutgers. uarr. lectt. II*, 17, pusio *pω*. 35. pugio *f*: pu⋆⋆io *P*, pusio *pω*. exigit ex te *scripsi*: exigit ⋆⋆te *P*, exigit a te *pω*. 36. quaeritur *P*.

sed placet Vrsidio lex Iulia, tollere dulcem
cogitat heredem, cariturus turture magno
mullorumque iubis et captatore macello.
quid fieri non posse putes, si iungitur ulla
Vrsidio, si moechorum notissimus olim
stulta maritali iam porrigit ora capistro,
quem totiens texit perituri cista Latini?
quid, quod et antiquis uxor de moribus illi
quaeritur. o medici, nimiam pertundite uenam!
delicias hominis! Tarpeium limen adora
pronus et auratam Iunoni caede iuuencam,
si tibi contigerit capitis matrona pudici.
paucae adeo Cereris uittas contingere dignae,
quarum non timeat pater oscula. necte coronam
postibus et densos per limina tende corymbos!
unus Hiberinae uir sufficit? ocius illud
extorquebis, ut haec oculo contenta sit uno.
magna tamen fama est cuiusdam rure paterno
uiuentis. uiuat Gabiis, ut uixit in agro,
uiuat Fidenis; et agello cedo paterno.
quis tamen adfirmat nil actum in montibus aut in
speluncis? adeo senuerunt Iuppiter et Mars?
Porticibusne tibi monstratur femina uoto
digna tuo, cuneis an habent spectacula totis
quod securus ames quodque inde excerpere possis?

38 *sq.* sed — heredem *Seruius ad Verg. Aen. IV*, 33. tollere — magno *Priscian. IX*, 9, 48 *p.* 869. *IX*, 10, 56 *p.* 874. *XI*, 4, 18 *p.* 921. *XI*, 7, 25 *p.* 926. 40. mullorumque *pω:* multorumque *P.* 41. putes *f.* 42. stultissimus *v*, turpissimus *Maittaire.* 43. porrigit *pω:* porrig** *P*, porrigat *cod. Dresdensis D* 153. 44. peritura, *corr.* perituri, *abd*, periturum *cod. Norimbergensis* 3. *prob. Marshall, Schrader, Heinrich*, periuri *H. Valesius, Heinrich olim comm. I p.* 33. 46. nimiam *Pbcf:* mediam *pω.* 50. ade*o *P.* 52. tende *ω:* necte *p* (*eraso longiore uocabulo*) *adς.* 53. hiberinae *Pabcdfω:* iberinae *ς.* 57. fidenis *pω:* fidens *PS.* ut agello *Manso verm. Abhdlgen p.* 235. 58. aut in *in rasura p.*

chironomon Ledam molli saltante Bathyllo,
Tuccia uesicae non imperat, Apula gannit
sicut in amplexu subito et miserabile, longum
attendit Thymele; Thymele tunc rustica discit.
ast aliae, quotiens aulaea recondita cessant,
et uacuo clusoque sonant fora sola theatro,
adque a plebeis longe Megalesia, tristes
personam thyrsumque tenent et subligar acne.
urbicus exodio risum mouet Atellanae
gestibus Autonoes, hunc diligit Aelia pauper,
soluitur his magno comoedi fibula, sunt quae
Chrysogonum cantare uetent, Hispulla tragoedo
gaudet: an exspectas ut Quintilianus ametur?
accipis uxorem, de qua citharoedus Echion
aut Glaphyrus fiat pater Ambrosiusque choraules.
longa per angustos figamus pulpita uicos,
ornentur postes et grandi ianua lauro,
ut testudineo tibi, Lentule, conopeo
nobilis Eurÿalum myrmillonem exprimat infans.
nupta senatori comitata est Eppia ludium
ad Pharon et Nilum famosaque moenia Lagi,
prodigia et mores urbis damnante Canopo.
inmemor illa domus et coniugis adque sororis

63. chironomo *Marcilius ad Pers. I*, 19. *Meursius opp. V p.* 269. *Heinrich obss. in auctt. uett. p.* 109. laeda* molli* *P.* batyllo *PS.* 64. tuccia *Pω:* tuscia *bdς.* 'ganit, *λαγνεύει*' *gloss. H. Steph. p.* 100, ganit *Hildebrand ad Apulei. I p.* 187. 65. subito *P:* subitum *pω,* subat *C. Barth aduu. XXVII,* 5. *Burmann ad anth. Lat. I p.* 629. et *del. Dobree aduu. II p.* 387. 66. thymele *pω:* thymle *P,* thymelen *ς codd. Vallae.* 69. plebeis *Pfς.* 70 *gloss. Max. Victorini de finalibus p.* 460. 'SVBLIGAR ACNE, uestem tragoedi' *schol.* acne *P,* actu *p,* Acci *gloss. Max. Victor. ω,* Accii *adgv,* Actii *eς.* 73. comedia *S.* 74. uetant *ς.* 75. exspectes *v.* 76. citharoedus *pω:* citaroedus *P.* 77. laphyrus *dgς.* Ambrosiusue *h H. Valesius.* 78. figantur *H. Valesius.* 80. Postume *Marshall.* 81. auryalum myrmilionem *P,* Euryalum aut mirmillonem *pωΣ.* et mirmillonem *ς.* 82. Eppia *P:* Ippia *ω,* Hippia *edd.* ludium *ς:* ludum *Pω.*

nil patriae indulsit, plorantisque inproba natos,
utque magis stupeas, ludos Paridemque reliquit.
sed quamquam in magnis opibus plumaque paterna
et segmentatis dormisset paruula cunis,
contemsit pelagus; famam contemserat olim,
cuius apud molles minima est iactura cathedras.
Tyrrenos igitur fluctus lateque sonantem
pertulit Ionium constanti pectore, quamuis
mutandum totiens esset mare. iusta pericli
si ratio est et honesta, timent pauidoque gelantur
pectore, nec tremulis possunt insistere plantis:
fortem animum praestant rebus, quas turpiter audent.
si iubeat coniunx, durum est conscendere nauem;
tunc sentina grauis, tunc summus uertitur aer:
quae moechum sequitur, stomacho ualet. illa maritum
conuomit, haec inter nautas et prandet et errat
per puppem et duros gaudet tractare rudentis.
qua tamen exarsit forma, qua capta iuuenta
Eppia quid uidit, propter quod ludia dici
sustinuit? nam Sergiolus iam radere guttur
coeperat et secto requiem sperare lacerto;
praeterea multa in facie deformia, sicut
attritus galea mediisque in naribus ingens
gibbus et acre malum semper stillantis ocelli.
sed gladiator erat: facit hoc illos Hyacinthos;
hoc pueris patriaeque, hoc praetulit illa sorori

86. plorantisque inproba *f:* plorantesque improba ***Pω***. 87. reliquid ***PS***. 89 ***Seruius ad Verg. Aen. I***, 654. 90. contemsit ***p***: contemset ***P***. 92. tyrrenos ***P***. sonorum ***Bentleius ad Horat. epod.*** 10, 19. 96. possint ***fς***. plantis ***pω***: planis ***P***. 98. nauem ***PSbdfς***: nauim ***pω***. 102. puppem ***PSf***: puppim ***pω***. rudentis ***P***: rudentes ***pω***. 103. iuuenta ***Phς***: iuuenta est ***abcdfgω***. 104. Elipia ***P***, Elppia ***p***, Ippia ***ω***, *cf.* 82. 114. 106. fesso ***cod. Norimbergensis*** 1. 108. galeae ***H. Valesius***. 109. semper ***Pω***: saepe ***bcdfς***, foede ***Iacobs*** (***Matthiae misc. phil. I p.*** 82). 110. hyachintos ***PS***.

adque uiro. ferrum est, quod amant: hic Sergius idem
accepta rude coepisset Veiento uideri.

Quid priuata domus, quid fecerit Eppia, curas?
respice riuales diuorum, Claudius audi
quae tulerit. dormire uirum cum senserat uxor,
ausa Palatino tegetem praeferre cubili,
sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos,
linquebat comite ancilla non amplius una,
et nigrum flauo crinem abscondente galero
intrauit calidum ueteri centone lupanar
et cellam uacuam adque suam. tunc nuda papillis
prostitit auratis titulum mentita Lyciscae,
ostenditque tuum, generose Britannice, uentrem,
excepit blanda intrantis adque aera poposcit,
et resupina iacens multorum absorbuit ictus.
mox lenone suas iam dimittente puellas
tristis abit, et, quod potuit, tamen ultima cellam
clausit adhuc ardens rigidae tentigine uoluae,

112 *sq.* hic — uideri *Priscian. VII*, 14, 70 *p.* 767. 113. Veiento *ω Priscian.*: uelento *P*, Vegento *ahς*. 114. Eppia *PSb*: Ippia *pω*. 115. respice riuales diuorum *Seruius ad Verg. Aen. V*, 45. 116. senserit *cς*. 118. sumens *Manso verm. Abhdlgen p.* 239, *qui* 118 *et* 119 *transposuit*. 119 *post* 116 *poni iussit Schurzfleisch.* 119. inde ibat *uel* atque ibat *Heinecke anim. p.* 85. 120 *Seruius ad Verg. Aen. IV*, 698. et *adfω Seruius*: sed *Pbcghς*. galeno *S.* 121 *Priscian. VII*, 12, 62 *p.* 763. 122. capillis *h*, *C. Valesius, Baluzius ad Cyprian. p.* 387. 123. prostitit *PSς*: constitit *ω*. ornatis *Schegk. praemess. ep.* 5. Lycissae *ς*. 124. offenditque *C. Barthius aduu.* XXX, 2. *ablegm. critt. II*, 2. Brittannice *PS*. 124 *post* 126 *posuit Rigaltius*, 124 *et* 125 *transposuit Achaintre*. 126 *non habent Pω*, *reposuit ex antiquo libro primus Pulmannus post* 129, *in uetustis codicibus post* 128 *inuenit Io. Cuspinianus uit. Sigismundi Caes. p.* 400, *eo loco quo nunc legitur posuit Henninius. paulum mutatus*: continueque iacens cunctorum absorbuit ictus *legitur hoc loco in codd. Gothano* 2 *Dresdensi D* 155. *margini cod. Perizoniani ita adscriptus est*: continueque iacens multorum absorbuit ictus. 128. sed *ς*. 129. rigidae tentigine *pω*: rigid****tigine *P*. e tentigine *S*. uoluae *PSf*.

et lassata uiris nec dum satiata recessit,
obscurisque genis turpis fumoque lucernae
foeda lupanaris tulit ad puluinar odorem.
hippomanes carmenque loquar coctumque uenenum
priuignoque datum? faciunt grauiora coactae
imperio sexus minimumque libidine peccant.

Optima set quare Censennia teste marito?
bis quingena dedit: tanti uocat ille pudicam,
nec pharetris Veneris macer est aut lampade feruet;
inde faces ardent, ueniunt a dote sagittae.
libertas emitur, coram licet innuat adque
rescribat, uidua est, locuples quae nupsit auaro.

Cur desiderio Bibulae Sertorius ardet?
si uerum excutias, facies, non uxor amatur.
tres rugae subeant, et se cutis arida laxet,
fiant obscuri dentes oculique minores,
"collige sarcinulas", dicet libertus, "et exi!
iam grauis es nobis et saepe emungeris, exi
ocius et propera!" sicco uenit altera naso.
interea calet et regnat poscitque maritum
pastores et ouem Canusinam ulmosque Falernas —
quantulum in hoc! — pueros omnes, ergastula tota,
quodque domi non est sed habet uicinus ematur.
mense quidem brumae, quo iam mercator Iason

130. lassata *pωS:* lasata *P.* sed non *uet. cod. Cadurc. apud Pithoeum.* 136. optimas et *P.* censennia *PSabdfς:* Cesennia *uel* Caesennia *uel* Caesonia *ω.* 137. quingena *PS:* quingenta *pω.* 138. pharetris Veneris *Pω:* Veneris pharetris *ς.* lampadae *P.* feruet *e rasura p.* 142. Bibulae *pω:* uibulae *P.* 146. dicit *adfς.* 147 *om. af.* ut saepe *N. Heinsius ad Claudian. in Stilich. II*, 327. *Burmann. ad Petron. I. p.* 279. emunceris *S.* 151. quantulum enim hoc *C. F. Hermann* (*Rhein. Mus. N. F. II p.* 581 *sq.*). 152. sed *Paς:* et *ω.* 153. brumae] '*liber Iunii* Numae. *annotatur ibidem, ita Februarium dictum, quem Februo i. e. Plutoni consecrarit Numa.*' *Pulmannus.* quo *P:* cum *ω.* Iason *pω:* Iasum *PS.*

clausus et armatis opstat casa candida nautis,
grandia tolluntur crystallina, maxima rursus
myrrhina, deinde adamas notissimus et Bernices
in digito factus pretiosior; hunc dedit olim
barbarus incestae, dedit hunc Agrippa sorori,
obseruant ubi festa mero pede sabbata reges,
et uetus indulget senibus clementia porcis.

Nullane de tantis gregibus tibi digna uidetur?
sit formosa decens diues fecunda, uetustos
porticibus disponat auos, intactior omni
crinibus effusis bellum dirimente Sabina,
rara auis in terris nigroque simillima cycno,
quis feret uxorem, cui constant omnia? malo,
malo Venusinam, quam te, Cornelia mater
Gracchorum, si cum magnis uirtutibus adfers
grande supercilium et numeras in dote triumphos.
tolle tuum, precor, Hannibalem uictumque Syphacem
in castris et cum tota Carthagine migra!
"parce, precor, Paean, et tu dea pone sagittas;
nil pueri faciunt, ipsam configite matrem!"
Amphion clamat, sed Paean contrahit arcum.
extulit ergo greges natorum ipsumque parentem,
dum sibi nobilior Latonae gente uidetur

154. opstat *P.* obstant uada *Slothouwer (actt. soc. Trai. III p.* 192). 155. splendida *Wakefield silu. crit. V p.* 33. chrystallina *PS.* 156. myrrhina *PS.* adamans *PSf.* bernices *PSf:* Beronices $a\varsigma$, Beronicis *pbcdg*ω, Berenices ς. 158. hunc *p*ω*S:* hoc *P.* 159. mero ω: nudo *suprascr.* mero *P.* reces *S.* 162. formonsa *f.* 163 *sq. schol. Lucani I,* 118. sit castior *Markland ad Stat. silu. II,* 3, 74, *cf. Schrader animm. ad Mus.* 10 *p.* 204 *sq.* 165. cycno *P:* cygno *S*ω. 166. quis — omnia *Seruius ad Verg. Aen. III,* 518. ferat ς *Seruius.* 168. Graccorum ς. 169. triumphos *S:* triumfos *P.* 170 *Seruius ad Verg. Aen. VI,* 843. praecor *P,* procul *Burmann ad anth. Lat. II p.* 699. Siphacem *PS*ς. 172—174 *mythogr. Vatic. I,* 156. praecor *P.* tu dea pone *Graeuius epp. IIII p.* 188. 723: tu depone *P*ω. 173 *schol. Stat. Theb. II,* 305. Anphion *PSf.* 175. ipsamque ς. 176. gente *p*ω: gentem *P.*

adque eadem scrofa Niobe fecundior alba.
quae tanti grauitas, quae forma, ut se tibi semper
inputet? huius enim rari summique uoluptas
nulla boni, quotiens animo corrupta superbo
plus aloes quam mellis habet. quis deditus autem
usque adeo est, ut non illam, quam laudibus effert,
horreat inque diem septenis oderit horis?

Quaedam parua quidem, sed non toleranda maritis.
nam quid rancidius, quam quod se non putat ulla
formosam, nisi quae de Tusca Graecula facta est,
de Sulmonensi mera Cecropis? omnia Graece,
cum sit turpe magis nostris nescire Latine.
hoc sermone pauent, hoc iram gaudia curas,
hoc cuncta effundunt animi secreta. quid ultra?
concumbunt Graece. dones tamen ista puellis,
tune etiam, quam sextus et octogensimus annus
pulsat, adhuc Graece? non est hic sermo pudicus
in uetula. quotiens lasciuum interuenit illud
ζωὴ καὶ ψυχή, modo sub lodice relictis
uteris in turba; quod enim non excitet inguen
uox blanda et nequam? digitos habet. ut tamen omnes

177 *schol. Stat. Theb. I*, 715. 178. inputet *f*: imputet *P*. rarisumique *P*, rarisimique *f*. 183. diem *Pbcdς*: dies *aefω*, die *ς*. 184 *om. cod. Gaybacensis 2 prob. Heinrich.* parua tamen *vς*, parua loquar *e cod. Pontanus ad Macrob. Sat. III*, 10. 185. num *Heinrich.* putet *ς*. 187. maera *P*. grece *P*. 188 *om. cod. Gaybacensis 2, spurium iudicarunt C. Barthius aduu. XXIV*, 5, *Cramerus, Pinzger de uss. spur. p.* 10, *Paldamus (Zeitschr. f. Alterth. Wiss.* 1838 *p.* 1140 *sq.*). quo sit *H. Stephanus de bene instituendis Graecae linguae studiis p.* 92. turpe minus *Lubinus.* miscere Latina *Io. Cannegieter ad Vlpian. p.* 43. latinae *P*. 191. grece *P*. 192. tunc etiam *Sς*. 196 *sq.* quod — habet *schol. Pers. I*, 21. quod *Pω*: quid *pbς*. excitat *cgς*. *totum locum sic contraxit Heinrich:* pulsat adhuc Graece? toties interseris illud ζωὴ καὶ ψυχή? quod enim non excitet inguen 197. digitos ualet *Heinrich.* et tamen omnes subsident pennae *uel* penes *H. Valesius*, at tamen omnis subsidat penis *Ieuer ad Lucan. I*, 302. attamen *Heinecke anim. p.* 88.

subsidant pinnae, dicas haec mollius Haemo
quamquam et Carpophoro, facies tua conputat annos.
Si tibi legitimis pactam iunctamque tabellis
non es amaturus, ducendi nulla uidetur
causa, nec est quare cenam et mustacea perdas,
labente officio crudis donanda, nec illud,
quod prima pro nocte datur, cum lance beata
Dacicus et scripto radiat Germanicus auro.
si tibi simplicitas uxoria, deditus uni
est animus, summitte caput ceruice parata
ferre iugum: nullam inuenies quae parcat amanti;
ardeat ipsa licet, tormentis gaudet amantis
et spoliis. igitur longe minus utilis illi
uxor, quisquis erit bonus optandusque maritus.
nil umquam inuita donabis coniuge, uendes
hac opstante nihil, nihil, haec si nolet, emetur;
haec dabit affectus, ille excludatur amicus
iam senior, cuius barbam tua ianua uidit.
testandi cum sit lenonibus adque lanistis
libertas et iuris idem contingat harenae,
non unus tibi riualis dictabitur heres.
"pone crucem seruo." "meruit quo crimine seruus
supplicium? quis testis adest? quis detulit? audi,
nulla umquam de morte hominis cunctatio longa est."
"o demens, ita seruus homo est? nil fecerit, esto:
hoc uolo, sic iubeo, sit pro ratione uoluntas."

198. pinnae *Sf*: pennae *Pω*. aemo *P*. 199. carphoporo *PS*. conputat *Pf*. 202. mustacia *bcdς*, mustatia *fgς*. 205. Dacius *fς*. scutilo *Pontanus ad Macrob. Sat. III*, 10 *cf. Iusti spec. obss. critt. p.* 50 *sq.* 207. si est *Iacobs* (*Matthiae misc. phil. I p.* 82). summitte *pω*: summittite *P*. 208. amanti *pω*: amantes *P*. 213. opstante *PS*. nolet emetur *abceς*: nolle temetur *P*. nollet *fς*, nollit *p*, nolit *dω*. 214. ille — uidit *Seruius ad Verg. Aen. XI*, 537. excludetur *ς*. 218. ditabitur *cod. Vimariensis*. 220. qui detulit *fς*. 221. nulli *N. Heinsius ad Ouid. met. VII*, 453. 222. feceris *abdgς*. 223. Sic uolo *ς*.

Imperat ergo uiro, set mox haec regna relinquit
permutatque domos et flammea conterit, inde
auolat et spreti repetit uestigia lecti.
ornatas paulo ante fores, pendentia linquit
uela domus et adhuc uirides in limine ramos.
sic crescit numerus, sic fiunt octo mariti
quinque per autumnos, titulo res digna sepulchri.
Desperanda tibi salua concordia socru.
illa docet spoliis nudi gaudere mariti,
illa docet missis a corruptore tabellis
nil rude nec simplex rescribere, decipit illa
custodes aut aere domat. tunc corpore sano
aduocat Archigenen onerosaque pallia iactat;
abditus interea latet et secretus adulter,
inpatiensque morae pauet et praeputia ducit.
scilicet exspectas ut tradat mater honestos
adque alios mores quam quos habet? utile porro
filiolam turpi uetulae producere turpem.
Nulla fere causa est, in qua non femina litem
mouerit. accusat Manilia, si rea non est.
conponunt ipsae per se formantque libellos,
principium adque locos Celso dictare paratae.
Endromidas Tyrias et femineum ceroma
quis nescit? uel quis non uidit uulnera pali?
quem cauat adsiduis sudibus scutoque lacessit,

225. permultaque *S*, permu*tatque *P*. flammea *Sω*: flamea *Pς*. 226. auolat *Pω*: auolet *f*, aduolat *ς*. spraeti *P*. *post* 230 *in cod. Norimbergensi* 3 *inseruntur*: si fierent comites citius quam nuberet uxor. 231 *Priscian. VI*, 8, 43 *p.* 697. 237. latet et secretus *pω*: latet secretus *P*, latet et securus *ς*, latet accersitus *Marshall*, arcessitus *Henninius*. 238. 'Hic uersiculus in quibusdam codd. non est, inquit Probus.' *Valla*. mora *S*. pauet *ωΣ*, *N. Heinsius ad Sil. Ital. XVI*, 432. *aduu. IIII*, 4 *p.* 591: pallet *f*, silet *Pς*. ducit *Pω*: discit *pcdgς*. 239. exspectes *ς*. 240. aut alios *afς*. 247. uel quis *Pς*: aut quis *ω*. 248. sudibus *ω* *Pithoeus*: *udibus *P*, cudibus *p*, rudibus *f* *Lipsius mil. Rom. V*, 14.

adque omnes implet numeros, dignissima prorsus
florali matrona tuba, nisi si quid in illo
pectore plus agitat ueraeque paratur harenae.
quem praestare potest mulier galeata pudorem,
quae fugit a sexu, uires amat? haec tamen ipsa
uir nollet fieri; nam quantula nostra uoluptas!
quale decus rerum, si coniugis auctio fiat,
balteus et manicae et cristae crurisque sinistri
dimidium tegimen! uel si diuersa mouebit
proelia, tu felix ocreas uendente puella!
hae sunt quae tenui sudant in cyclade, quarum
delicias et panniculus bombycinus urit.
aspice quo fremitu monstratos perferat ictus,
et quanto galeae curuetur pondere, quanta
poplitibus sedeat quam denso fascia libro,
et ride, positis scaphium cum sumitur armis.
dicite uos neptes Lepidi caeciue Metelli,
Gurgitis aut Fabii, quae ludia sumserit umquam
hos habitus? quando ad palum gemat uxor Asyli?
Semper habet lites alternaque iurgia lectus,
in quo nupta iacet; minimum dormitur in illo.
tunc grauis illa uiro, tunc orba tigride peior,
cum simulat gemitus occulti conscia facti,
aut odit pueros, aut ficta pellice plorat,

251. agitat *dς*: agitet *PSω*. 252. ‘quem seruare potest mulier galeata pudorem *inquit Celsus*’ *schol. Lucani VIII*, 76. 255. fiet *fς*. 256. balteus et tunicae et cristae *Seruius ad Verg. Aen. X*, 494. manicae *PSω*. cru⋆risque *P*. 257. tegimen *Pbdfς*: tegmen *ω*. 259 *sq. Priscian. III*, 7, 39 *p.* 616: ‘*Notandum etiam* pannus, *quod* panniculus *facit. Iuuenalis in II*: quarum delicias etiam bombycinus urit panniculus.’ 261. gemitu *Markland. ad Stat. silu. III*, 3, 79. 264. ridet *abgΣ*. strophium *Manso verm. Abhdlgen p.* 241. 265. caeciue *ω*: ceciue *PSf*, caecique *ς*, Creteiue *cod. Pulmanni apud N. Heinsium ad Ouid. met. VII*, 224. 267. gemit *ς*. 270. tunc grauis *abcdfgω*: tum grauis *ς*, cum grauis *Pς*. 271. cum *Pω*: tunc *ς*. 272. flicta paelice *P*, ficta pelice *ω*, ficto pollice *Lindenbrogius*.

uberibus semper lacrimis semperque paratis
in statione sua, adque exspectantibus illam,
quo iubeat manare modo. tu credis amorem,
tu tibi tunc Vruca places fletumque labellis
exorbes, quae scribta et quot lecture tabellas,
si tibi zelotypae retegantur scrinia moechae.
sed iacet in serui complexibus aut equitis. dic,
dic aliquem, sodes, hic, Quintiliane, colorem.
haeremus, dic ipsa. "olim conuenerat" inquit
"ut faceres tu quod uelles, nec non ego possem
indulgere mihi. clames licet et mare caelo
confundas, homo sum." nihil est audacius illis
deprensis, iram atque animos e crimine sumunt.

Vnde haec monstra tamen uel quo de fonte requiris?
praestabat castas humilis fortuna Latinas
quondam, nec uitiis contingi parua sinebant

274. atque spectantibus *acdfgς*, atque ipsis spectantibus *uel* atque ipsis exspectantibus *uel* atque illis spectantibus *ς*, nec non spectantibus *cod. Puteaneus apud Achaintre.* illas ***H. Valesius,*** illa ***Huschke*** *epist. crit. p.* 78. 276. tunc uruca ***PS.*** 'uruca, *χάμπη*' ***gloss. H. Steph.*** *p.* 229, 337: huruca ***Valla,*** curuca ***abfgω,*** curruca ***chς,*** 'curruca, *ὑπολαΐς*' ***uetus onomasticon B. Vulcanii,*** coruca ***uel*** corruca *ς*, cucur^{u}ca *d cum schol.*: 'curuca auicula, quae alienos foetus educat. hanc dicunt esse linofam. unde hoc loco maritum curucam uocat irrisorie, qui alienos filios ex sua uxore natos nutrit. fertur autem cuculus curuca absente oua eius sorbere et sua oua illic deponere et abire. at curuca putans quod sua sint fouet illa, sed postquam pulli adulti fuerint curucam nutricem suam comedunt et de nido recedunt.' cucura ***aut*** cucurruca ***Casaubonus*** (***Casaubboniana*** *p.* 59), cucuruca ***Sturzius opp. p.*** 185, cucurra ***Lindenbrogius,*** urica ***Salmasius exerc. Plin. p.*** 893. ***ad Tertull. de pall. p.*** 187, urtica ***aut*** eruca ***Alciatus parerg. iur. VII,*** 3. 277. exorbes ***Pf:*** exsorbes *pω.* scribta ***P.*** quot ***Pω:*** quod *fς*, quas *ς*. lecture *pω:* lectur* ***P,*** lectura *b.* 278. zelotype legantur ***P.*** moech* ***P,*** moeche *p.* 280. dic Quintiliane *dfghς.* hic aliquem — dic ***Heinrich.*** 281. heremus ***P.*** 282. possum ***P, cod. Monacensis*** 408. 285. animos e crimine ***posui:*** animos * crimine ***P*** *spatio minore quam pro littera* a, animos a crimine *ω.* 287 — 295 perit ***Augustinus*** *ep.* 138 ***II*** *p.* 316. 287 ***schol. Lucani*** *I,* 550. seruabat castas ***Augustinus, schol. Lucani.*** 288. sinebant ***Pω:*** sinebat ***dfghς.***

tecta labor somnique breues et uellere Tusco
uexatae duraeque manus ac proximus urbi
Hannibal et stantes Collina turre mariti.
nunc patimur longae pacis mala, saeuior armis
luxuria incubuit uictumque ulciscitur orbem.
nullum crimen abest facinusque libidinis, ex quo
paupertas Romana perit, hinc fluxit ad Indos
et Sybaris colles, hinc et Rhodos et Miletos
adque coronatum et petulans madidumque Tarentum.
prima peregrinos obscena pecunia mores
intulit, et turpi fregerunt saecula luxu
diuitiae molles. quid enim Venus ebria curat?
inguinis et capitis quae sint discrimina, nescit,
grandia quae mediis iam noctibus ostrea mordet,
cum perfusa mero spumant unguenta Falerno,
cum bibitur concha, cum iam uertigine tectum
ambulat et geminis exsurgit mensa lucernis.
i nunc et dubita qua sorbeat aera sanna
308 Maura Pudicitiae ueterem cum praeterit aram,
307 *Tullia, quid dicat notae conlactia Maurae.*
noctibus hic ponunt lecticas, micturiunt hic
effigiemque deae longis siphonibus implent,
inque uices equitant ac luna teste mouentur,
inde domos abeunt: tu calcas luce reuersa

291. in turre ς. 294 *sq.* nullum — perit *schol. Lucani I*, 163. faciesque *Vonck lectt. Latin. I*, 2 *p.* 12. 295. Indos *P:* Istros *bdω*, ystros *c*, istro *fg*, histros *uel* hystros ς, istos *ah* [?] *Nogarola apud Ian. Parrhasium epist.* 28, *Balbus ad Val. Flacc. III*, 555, *Pithoeus, Schrader emendd. p.* 8, hirtos *Paldamus* (*Zeitschr. f. Alt. Wiss.* 1843 *p.* 1035). 296. et hrodos *Pf.* Rhodon et Mileton *I. A. Thuanus apud Pithoeum.* Mitylene *G. Fabricius ad Hor. epp. I*, 11 *p.* 138. 298 *sqq.* prima — molles *schol. Lucani I*, 161. 301 *schol. Cruq. Horat. c. I*, 8, 10. 302 *Seruius ad Verg. georg. I*, 207. 304. uertice *P.* 305. inunguet *S.* 307 *et* 308 *transponunt ceteri codd. praeter Gaybacensem* 2 *et* 2 *Parisienses Achaintrii, cf. Maduig opp. II p.* 196 *sq.* 308 *om. P* 3 *codd. Parisienses apud Achaintre, add. p.* conlactia *f:* collactea *ω*. 310. implet *P.*

coniugis urinam magnos uisurus amicos.
nota bonae secreta deae, cum tibia lumbos
incitat et cornu pariter uinoque feruntur
attonitae crinemque rotant ululantque Priapi
maenades. o quantus tunc illis mentibus ardor
concubitus! quae uox saltante libidine! quantus
ille meri ueteris per crura madentia torrens!
lenonum ancillas posita Saufeia corona
prouocat ac tollit pendentis praemia coxae,
ipsa Medullinae fluctum crisantis adorat:
palmam inter dominas uirtus natalibus aequat.
nil ibi per ludum simulabitur, omnia fient
ad uerum, quibus incendi iam frigidus aeuo
Laomedontiades et Nestoris hirnea possit.
tunc prurigo morae impatiens, tum femina simplex,
ac pariter toto repetitus clamor ab antro:
"iam fas est; admitte uiros!" iam dormit adulter,
illa iubet sumpto iuuenem properare cucullo;
si nihil est, seruis incurritur; apstuleris spem
seruorum, uenit et conductus aquarius; hic si

315. intrat *Marcilius ad Pers. I*, 21. 316. ululantque Priapi ***PS***: ululantque Priapo *h*, *cod. Vossianus* 2, ***Bahrdt***, ululantque Priapum ***Ruperti***, ***Heinrich***, ululante Priapo *ω*. 317. menades ***P***. 318. saliente ***Markland ad Stat. silu. IV***, 6, 91. 319. crura⋆ ***P***. 320. ᶜAVTFETA aut certe SAVFEIAᵓ *schol.*, ⋆au⋆feica ***P***, saufegᵃa *f*, Laufela *pς*, Laufella *ω*. 321. ac tollit *reposui*: attollit ***Pς***, et tollit *ω*. 322. fluctum ***Sf***, ***N. Heinsius apud Burmannum ad anth. Lat. I*** p. 622, ***Wakefield ad Lucret. IV***, 1264, ***Boissonade ad Nicet. Eugen. II*** p. 92 *sq.*: f⋆uctum ***P***, fructum *pbcgh*, frictum *ω* ***Oudendorp. ad Apul. met. II*** p. 132, rictum ***C. Valesius***. crisantis ***PSacdghς***: crissantis *ω*. frictum — adulat ***N. Heinsius apud Burmannum ad anth. Lat. II*** p. 496. 323 *spurium iudicat* ***Dobree aduu. II*** p. 387. palma ***S***. uirus ***Schrader***, ***Bahrdt***. 326. Laumedontiades *ς*. hirnea ***P***: hernia *ω*. 327. urigo ***Pricaeus ad Apul. met.*** p. 471. tum ***Pς***: tunc *ω*. 328. ac ***P***: et *ω*, it *ς*. pariter toto ***Pgς***: toto pariter *ω*. repetitur *edd.* 329 *sq.* ***Priscian. VIII***, 7, 37 p. 804. iam dormit ***Pithoeus***: si ⋆⋆⋆ dormit ***P***, si iam dormit ***S***, dormitat *ω* ***Priscianus***. 331. a⋆stuleris ***P***, abstuleris *pω*. 332. uenit et ***PS***: ueniet *ω*, ueniat *ς*.

quaeritur et desunt homines, mora nulla per ipsam,
quominus imposito clunem summittat asello.
adque utinam ritus ueteres et publica saltem
his intacta malis agerentur sacra! sed omnes
nouerunt Mauri adque Indi, quae psaltria penem
maiorem, quam sunt duo Caesaris Anticatones,
illuc, testiculi sibi conscius unde fugit mus,
intulerit, ubi uelari pictura iubetur,
quaecumque alterius sexus imitata figuram est.
et quis tunc hominum contemptor numinis? aut quis
simpuuium ridere Numae nigrumque catinum
et Vaticano fragiles de monte patellas
ausus erat? sed nunc ad quas non Clodius aras?
audio quid ueteres olim moneatis amici.
"pone seram, cohibe." sed quis custodiet ipsos
custodes? cauta est et ab illis incipit uxor.
iamque eadem summis pariter minimisque libido,
nec melior, silicem pedibus quae conterit atrum,
quam quae longorum uehitur ceruice Syrorum.
Vt spectet ludos, conducit Ogulnia uestem,
conducit comites sellam ceruical amicas
nutricem et flauam, cui det mandata, puellam.

335 *et* 336 *spurios habet Heinrich.* 337. penen *PSb.* 338. Caesaris *ω:* caesares *PS.* 339. testiculi⋆ *P,* testiculis *S.* inde *P.* 341. figuram est *pω:* figuram *P.* 342. numinis *pω:* numin⋆s *P.* 343. simpuuium *PSω:* sympuuium *ς,* simpulum *pS,* simpullum *Ruben. electt. II,* 8. Numae *p:* Num⋆ *P.* nigrumque *Pω:* nigrumue *acς,* priscumque *H. Iunius animaduu. II,* 1., Tuscumue cod. *Dempsteri Etrur. reg. I p.* 427, *Müller Etrusk. II p.* 243. 345. Clodius *S:* Cl⋆dius *P,* Claudius *pωΣ Rutgers. uarr. lectt. II,* 17. 'Probus *autem legit:* sed non ad quas nunc lodius aras' *Valla.* 347. cohibe *ω:* prohibe *P.* 350 *Priscian. V,* 6, 36 *p.* 655. 352. ogulnia *Pς:* oculnia *ω.* 353 *Seruius de ult. syll. p.* 1803. *Maximus Victorinus de finalibus p.* 458. *Metrorius Maximinus art. metr. p.* 506 (*Mai auctt. class. III*). conducit *PSω:* conducunt *Seruius, Maxim. Victorinus, Metr. Maximinus.* sellam et *Metr. Maximinus.* 354. faueam *I. Scaliger ad Propert. p.* 279 (*ed. a.* 1600). *B. Vulcanius ad gloss. p.* 39 *cl. gloss.:* 'fauea, *παιδίσκη.* faueus, *παῖς.*' fabiam *Wouweren ad Petron.* 126.

haec tamen argenti superest quodcumque paterni
leuibus athletis et uasa nouissima donat;
multis res angusta domi, sed nulla pudorem
paupertatis habet, nec se metitur ad illum,
quem dedit haec posuitque modum. tamen utile quid sit,
prospiciunt aliquando uiri, frigusque famemque
formica tandem quidam expauere magistra:
prodiga non sentit pereuntem femina censum.
ac uelut exhausta rediuiuus pullulet arca
nummus et e pleno tollatur semper aceruo,
non umquam reputant quanti sibi gaudia constent.

Sunt quas eunuchi inbelles ac mollia semper
oscula delectent et desperatio barbae,
et quod abortiuo non est opus; illa uoluptas
summa tamen, quod iam calida matura iuuenta
inguina traduntur medicis, iam pectine nigro.
ergo spectatos ac iussos crescere primum
testiculos, postquam coeperunt esse bilibres,
tonsoris damno tantum rapit Heliodorus.
conspicuus longe cunctisque notabilis intrat
balnea, nec dubie custodem uitis et horti
prouocat a domina factus spado. dormiat ille
cum domina, sed tu iam durum, Postume, iamque
tondendum eunucho Bromium committere noli.

356. et uasa *PSdfghς*: ac uasa *ω*. 357. domi est *fς*. 361 *Seruius ad Verg. Aen. IV*, 402. 362 *mythogr. Vatic. III p.* 254 *M.* 362 *post* 364 *ponendum censent Schurzfleisch et Heinrich.* 363. ac *Pω*: at *edd.*, sed *cod. Laurentianus pl.* 34, 39. exhausta *p*: exausta *Pf*. recidiuus *Scioppius uerisim. IV*, 10. *N. Heinsius ad Claudian. id. I*, 66. 364. tollatur semper *Pς*: semper tollatur *ω*. 365. non unquam *pω*: non*u*quam *P*, nonnumquam *f*. repetunt *adfgς*, reputat *Ascensius*. 367. delectant *ς*. 369. quando calida *Schrader*. 371. spectatos *Pς*: exspectatos *pω*. 372. bilibres *pω*: bilibros *P*. 373 *Abbo Floriacensis quaestt. gramm. p.* 334 (*Mai auctt. class. V*). tunsoris *S*. damno tantum *Pω*: damno Licini *Abbo, quod prob. Osannus Hall. Litt. Ztg.* 1836 *Erg. Bl. n.* 49 *p.* 387. 375. dubiae *P*. 378. tundendum *P*. moechae Bromium *Kempfius obss. p.* 47.

Si gaudet cantu, nullius fibula durat
uocem uendentis praetoribus, organa semper
in manibus, densi radiant testudine tota
sardonyches, crispo pulsantur pectine chordae,
quo tener Hedymeles operas dedit, hunc tenet, hoc se
solatur gratoque indulget basia plectro.
quaedam de numero Lamiarum ac nominis Appi
et farre et uino Ianum Vestamque rogabat,
an Capitolinam deberet Pollio quercum
sperare et fidibus promittere. quid faceret plus
aegrotante uiro, medicis quid tristibus erga
filiolum? stetit ante aram, nec turpe putauit
pro cithara uelare caput, dictataque uerba
pertulit, ut mos est, et aperta palluit agna.
dic mihi nunc, quaeso, dic, antiquissime diuum,
respondes his, Iane pater? magna otia caeli;
non est, quod uideo, non est quod agatur apud uos.
haec de comoedis te consulit, illa tragoedum
commendare uolet, uaricosus fiet aruspex.
Sed cantet potius, quam totam peruolet urbem
audax et coetus possit quae ferre uirorum
cumque paludatis ducibus praesente marito
ipsa loqui recta facie siccisque mamillis.
haec eadem nouit quid toto fiat in orbe,

382. sardonyches *S*: sardonyces *P*. pulsantur *Markland ad Stat. silu. III*, 5, 64: pulsanti *S*, numerantur *Pω*. 383. hedymeles *PS*: hidimeles *uel* hydymeles *ω*. operas *Pω*: operam *ς*. 385. Appi *f Pithoeus*: a‥i *P*, 'NOMINIS AP. Appiam significat' *schol.*, alti *pω*, Aili *N. Heinsius ad Ouid. fast. IIII*, 305. 386. et farre *P*: cum farre *ω*. 388. fidibus promittere *Priscian. XVIII*, 25, 247 p. 1192. 390. putabit *Pf*. 391. chitara *P*. 392. protulit *aς Dorleans ad Tac. Ann. I p.* 95. 395. quod uideo *P*: ut uideo *ω*. 396. comedis *P*. 399. posset *fgς*. quae *Pω*: quam *ς*. 401. siccisque *PSadfghω Probus*: strictisque *bcς*. 'pectoralis erat fascia, qua puellarum mammae stringebantur, ne nimium crescendo exuberescerent. ideo dicit siccis mamillis' *schol. in a d*, rectisque *uel* exertisque *C. Valesius*. 402. quit *Pf*.

quid Seres, quid Thraces agant, secreta nouercae
et pueri, quis amet, quis diripiatur adulter.
dicet quis uiduam praegnatem fecerit et quo
mense, quibus uerbis concumbat quaeque, modis quot.
instantem regi Armenio Parthoque cometen
prima uidet, famam rumoresque illa recentis
excipit ad portas, quosdam facit, isse Niphatem
in populos magnoque illic cuncta arua teneri
diluuio, nutare urbes, subsidere terras,
quocumque in triuio, cuicumque est obuia, narrat.

Nec tamen id uitium magis intolerabile, quam quae
uicinos humiles rapere et concidere loris
exorata solet. nam si latratibus alti
rumpuntur somni, "fustes huc ocius", inquit,
"adferte", adque illis dominum iubet ante feriri,
deinde canem. grauis occursu, taeterrima uultu,
balnea nocte subit, conchas et castra moueri
nocte iubet, magno gaudet sudare tumultu,
cum lassata graui ceciderunt brachia massa,
callidus et cristae digitos inpressit aliptes
ac summum dominae femur exclamare coegit.
conuiuae miseri interea somnoque fameque
urguentur; tandem illa uenit rubicundula, totum
oenophorum sitiens, plena quod tenditur urna
admotum pedibus, de quo sextarius alter
ducitur ante cibum, rabidam facturus orexim,
dum redit et loto terram ferit intestino.

403. traces *Pf.* 404. diripiatur *PSς:* decipiatur *ω.* 405. praegnatem *P:* praegnantem *ω.* 407. harmenio *P.* 408. recentis *Pf.* 409. Niphaten *ω*, nimphatem *S*, niphatem *P.* 410. arma *P.* 413. intollerabile *P.* quae *P:* quod *ω*, quo *Schrader.* 415. exorata *ω:* exortata *P*, exhortata *uetustissimus codex Vallae*, exornata *Eremita.* 417. atferte *Sf.* 425. urguentur *Pcfg.* 426. urnam *P.* 428. rapidam *adhς.* orexim *Pω:* orexin *bcdfgς Boissonade notic. et extr. XI, 2 p. 127.* 429. et loto terram *Pς:* et luto terram *ς*, et terram luto *acghς*, at-

marmoribus riui properant, aurata Falernum
peluis olet; nam sic, tamquam alta in dolia longus
deciderit serpens, bibit et uomit. ergo maritus
nausiat adque oculis bilem substringit opertis.
Illa tamen grauior, quae cum discumbere coepit,
laudat Vergilium, periturae ignoscit Elissae,
committit uates et comparat, inde Maronem
adque alia parte in trutina suspendit Homerum.
cedunt grammatici, uincuntur rhetores, omnis
turba tacet, nec causidicus nec praeco loquetur,
altera nec mulier: uerborum tanta cadit uis,
tot pariter pelues ac tintinnabula dicas
pulsari. iam nemo tubas, nemo aera fatiget;
una laboranti poterit succurrere lunae.
inponit finem sapiens et rebus honestis;
nam quae docta nimis cupit et facunda uideri,
crure tenus medio tunicas succingere debet,
caedere Siluano porcum, quadrante lauari.
non habeat matrona, tibi quae iuncta recumbit,
dicendi genus, aut curuum sermone rotato
torqueat enthymema, nec historias sciat omnes,
sed quaedam ex libris et non intellegat. odi
hanc ego, quae repetit uoluitque Palaemonis artem,
seruata semper lege et ratione loquendi,
ignotosque mihi tenet antiquaria uersus,

que luto terram *cod. Dresdensis D* 153 ς, et terramque luto *cod. Hauniensis* 2029 ς, ad terram luteo *cod. Hamburgensis.* rediit terramque luto *b.* 430. aurata ***PS***: aut lata ω, abluta *Schurzfleisch.* Falerno ς. 433. nausiat ***Pf***: nauseat pω. atque — opertis *schol. Hor. c. I,* 13, 4. 435. Vergilium ***PS***: Virgilium pω. 438. rethores ***Pf***. 439. loquetur ***P***ω: loquatur ς. 441. ac tintinnabula ***P***ω: et tintinnabula ς, tot tintinnabula *edd.* 442. nemo aera ***P***ς: atque aera ω. 444 *spurium iudicat Heinrich.* 445—447 *post* 456 *poni iubet Heinrich.* 445. nam que ***P***. 449. curuum ***P***ω: curtum gς *N. Heinsius ad Ouid. fast. II,* 408. 450. entymema ***PS***. 452. qua ***P***. Palemonis ***PSf***. arte ***S***.

nec curanda uiris opicae castigat amicae
uerba: soloecismum liceat fecisse marito.
Nil non permittit mulier sibi, turpe putat nil,
cum uirides gemmas collo circumdedit et cum
auribus extentis magnos commisit elenchos.
intolerabilius nihil est, quam femina diues.
ad moechum lota ueniunt cute. quando uideri
uult formonsa domi? moechis foliata parantur,
his emitur quidquid graciles huc mittitis Indi.
interea foeda aspectu ridendaque multo
pane tumet facies aut pinguia Poppaeana
spirat, et hinc miseri uiscantur labra mariti.
tandem aperit uultum et tectoria prima reponit,
incipit agnosci, adque illo lacte fouetur,
propter quod secum comites educit asellas,
exul Hyperboreum si dimittatur ad axem.
sed quae mutatis inducitur adque fouetur
tot medicaminibus coctaeque siliginis offas
accipit et madidae, facies dicetur an ulcus?
Est pretium curae penitus cognoscere, toto
quid faciant agitentque die. si nocte maritus
auersus iacuit, periit libraria, ponunt

455. uiris *Σω:* mihi *P.* 459. extentis *Pς:* extensis *ω.* committit *adfς.* 460 *spurium habent Paldamus (Zeitschr. f. Alterth. Wiss.* 1838 *p.* 1143) *et Heinrich. post* 460 *in codd. leguntur* 464, 465, 466, *suo loco repositi a Maduigio opp. II p.* 195 *sq. post* 470 *eos poni iussit Ruperti, post* 473 *Gonsalez ad Petron.* 23, *II p.* 121. *Dusaulx.* 461. lota ueniunt *Pabcdfghω:* ueniunt lota *ς.* MOECHVM. L. *S.* ueniunt *Σ*, ueniet *ς.* 462. formo*sa *P*, formonsa *f.* 463. huc *ω:* hic *PS.* 465. Poppeana *PSf.* 468. illo tunc lacte *Schmidt ad XIIII*, 49 *p.* 304. 469. centum comites *e cod. C. Barthius aduu. mss. CLXI*, 1. 471 *sqq.* sed — ulcus *Augustin. de gramm. p.* 1976. quid *Augustinus.* 473. accipit et madidae facies *abcdfghω Augustinus:* accipite facies madidae *P*, ACCIPITE. F. *S*, accipit et facies madidae *ς.* haec facies *Eremita.* 474. est operae pretium *adgς.* penitus cogitur cognoscere *P.* est operae, curas penitus cognoscere *Schurzfleisch.*

cosmetae tunicas, tarde uenisse Liburnus
dicitur et poenas alieni pendere somni
cogitur, hic frangit ferulas, rubet ille flagello,
hic scytica, sunt quae tortoribus annua praestent.
uerberat adque obiter faciem linit, audit amicas
aut latum pictae uestis considerat aurum
et caedit, longi relegit transuersa diurni
et caedit, donec lassis caedentibus "exi!"
intonet horrendum iam cognitione peracta.
praefectura domus Sicula non mitior aula.
nam si constituit solitoque decentius optat
ornari et properat iamque exspectatur in hortis
aut apud Isiacae potius sacraria lenae,
disponit crinem, laceratis ipsa capillis,
nuda umero Psecas infelix nudisque mamillis.
"altior hic quare cincinnus?" taurea punit
continuo flexi crimen facinusque capilli.
quid Psecas admisit? quaenam est hic culpa puellae,
si tibi displicuit nasus tuus? altera laeuum
extendit pectitque comas et uoluit in orbem.
est in consilio materna admotaque lanis

479. flagello *Pabcgς*: flagellis *pdω*. 480. scytica *PS*: scutica *pω*. sunt — praestent *et* 484 donec — exi *transponit Schurzfleisch et* 480. 485. 486. 481. 483. 482. 484. *hoc ordine posuit.* 483. et caedens *dς*, adsidue *Schrader*, stare iubens *Withof coni. I p.* 112 *sqq.* transacta *dς*. 484. et caedi *Withof l. l.* cedentibus *P*. 486. praefectura domus *PSς uetustissimus codex Vallae*: profectura domo *ω*, processura domo *Schurzfleisch*. 487. quod si *Schurzfleisch*. 489 *Priscian. V*, 2, 10 *p.* 643. 490. disponit *PSς*: componit *ω*. 491. umero *PSf*: humero *ω*, humeros *ς Oudendorp ad Apul. met. VIII p.* 579. *obss. misc. III p.* 136. nudo humero *Ruperti Heinrich.* psecas *pς*: PS. *S*, ψεκας *bcdf*, φεhac *cod. Dresdensis* 153, phecas *ς*, pecas *P*. 493. fluxi *C. Barthius aduu. mss. CLXI*, 1. crinem *P*. 494 *Priscian. VIII*, 7, 37 *p.* 804. 496. plectitque *Rubenius electt. II*, 26, flectitque *Almeloueen*. 497. materna *PΣbcfghς*: matrona *adω*. amotaque *sched. Cadurc. apud Pithoeum.*

emerita quae cessat acu; sententia prima
huius erit, post hanc aetate adque arte minores
censebunt, tamquam famae discrimen agatur
aut animae. tanta est quaerendi cura decoris,
tot premit ordinibus, tot adhuc conpagibus altum
aedificat caput. Andromachen a fronte uidebis;
post minor est, credas aliam. cedo, si breue parui
sortita est lateris spatium breuiorque uidetur
uirgine Pygmaea, nullis adiuta cothurnis,
et leuis erecta consurgit ad oscula planta?
Nulla uiri cura interea nec mentio fiet
damnorum, uiuit tamquam uicina mariti,
hoc solo propior, quod amicos coniugis odit
et seruos, grauis est rationibus. ecce furentis
Bellonae matrisque deum chorus intrat et ingens
semiuir, obsceno facies reuerenda minori,
mollia qui rapta secuit genitalia testa
iam pridem, cui rauca cohors, cui tympana cedunt
plebeia et Phrygia uestitur bucca tiara.
grande sonat metuique iubet Septembris et Austri
aduentum, nisi se centum lustrauerit ouis
et xerampelinas ueteres donauerit ipsi,
ut quidquid subiti et magni discriminis instat,
in tunicas eat et totum semel expiet annum.

498. emerita — acu *Priscian. V*, 6, 33 *p.* 654. *VI*, 14, 75 *p.* 712. 501. tanta *PΣacfgω:* tanti *bdhς*. tanti anquirendi est *cod. Schegkii praem. epist.* 5. 502. praemit *P*. 504. aliam credas *ς*. cedo *pω:* credo *P*. 506. pygmea *P*. adiuncta *cod. Scioppii uerisim. IV*, 10. coturnis *P*. 509. marito *bς*. 510. coniugis *ω:* coniun*** *P*, coniungis *p*, coniugit *f*. 511. grauis est rationibus *ω:* graui rationibus *Pg*, grauis rationibus *p*. 513. reueranda *P*. 514. rapta *Pω:* rupta *ς*, fracta *Ramirez ad Martial. p.* 276 *at cf. eiusdem* πεντηκόνταρχος (*Antu.* 1612) 4 *p.* 63, rubra *H. Valesius*. 516. et — tiara *Seruius ad Verg. Aen. VII*, 247. frygia *P*. 518. nisi *om. Pf, add. p*. 519. uestes *ς*. igni *praeceptor G. Canteri nou. lectt. III*, 6 (*ed. Basil. a.* 1564) *H. Valesius cf. Voss. ad Catull. p.* 168.

hibernum fracta glacie descendet in amnem,
ter matutino Tiberi mergetur et ipsis
uerticibus timidum caput abluet, inde superbi
totum regis agrum nuda ac tremibunda cruentis
erepet genibus, si candida iusserit Io,
ibit ad Aegypti finem calidaque petitas
a Meroe portabit aquas, ut spargat in aedem
Isidis, antiquo quae proxima surgit ouili.
credit enim ipsius dominae se uoce moneri.
en animam et mentem, cum qua di nocte loquantur!
ergo hic praecipuum summumque meretur honorem,
qui grege linigero circumdatus et grege caluo
plangentis populi currit derisor Anubis.
ille petit ueniam, quotiens non abstinet uxor
concubitu sacris obseruandisque diebus,
magnaque debetur uiolato poena cadurco,
et mouisse caput uisa est argentea serpens.
illius lacrimae meditataque murmura praestant
ut ueniam culpae non abnuat ansere magno
scilicet et tenui popano corruptus Osiris.
cum dedit ille locum, cophino fenoque relicto
arcanam Iudaea tremens mendicat in aurem,
interpres legum Solymarum et magna sacerdos
arboris ac summi fida internuntia caeli.

524. uerticibus *Pω*: uorticibus *ς*. 526. erepet *ω*: ereptet *PSς*. 527. ibit *pωS*: ibi *P*. calidaque *Pg*: calidasque *ω*. 528. portabit *pω*: potabit *Pg*. 529. antiquo — ouili *Seruius ad Verg. ecl. I*, 34. 530 *spurium censet Paldamus (Zeitschr. f. Alterth. Wiss.* 1838 *p.* 1143). 531. loquuntur *ς*. 533. linigero *ahω N. Heinsius ad Ouid. a. a. I*, 77: lanigero *adscr.* linigero *P*, lanigero *a (ex corr.) cdfgς prob. Pithoeus*. grege *p*: grece *P*. 534 *Seruius ad Verg. Aen. IV*, 609. derosor *L. Pignorius expos. mensae Isiacae p.* 63. 537. cadurco *Pfg Probus cod. R. Stephani*: caduceo *ω cf. Pontan. ad Macrob. sat. I*, 21. *Oudendorp. ad Apul. met. XI p.* 776. 539. lacrimae *ω*: lacrime *P*, lacrimis *bcdς*. 541. popano *Pς*: pepono *abcdhω*. Osiris *pω*: O⁎i⁎s *P*, orisis *g*. 542. feno *f*: phano *Pg*, foeno *ωΣ*. 543. arcanum *Heinrich.*

implet et illa manum, set parcius; aere minuto
qualiacumque uoles Iudaei somnia uendunt.
spondet amatorem tenerum uel diuitis orbi
testamentum ingens calidae pulmone columbae
tractato Armenius uel Commagenus haruspex;
pectora pullorum rimabitur, exta catelli,
interdum et pueri; faciet, quod deferat ipse.
Chaldaeis set maior erit fiducia; quidquid
dixerit astrologus, credent a fonte relatum
Hammonis, quoniam Delphis oracula cessant
et genus humanum damnat caligo futuri.
praecipuus tamen est horum, qui saepius exul,
cuius amicitia conducendaque tabella
magnus ciuis obit et formidatus Othoni.
inde fides artis, sonuit si dextera ferro
laeuaque, si longo castrorum in carcere mansit.
nemo mathematicus genium indemnatus habebit,
sed qui paene perit, cui uix in cyclada mitti
contigit et parua tandem caruisse Seripho.
consulit ictericae lento de funere matris,
ante tamen de te Tanaquil tua, quando sororem
efferat et patruos, an sit uicturus adulter
post ipsam; quid enim maius dare numina possunt?
haec tamen ignorat quid sidus triste minetur
Saturni, quo laeta Venus se proferat astro,

546. manum set *p*: manus et ***P***. 547. iudaei somnia *pω*: iudaei omnia ***P***. 548. tenerum uel diuitis *pω*: tenerum diuitis ***P***. 550. harmenius ***PSg***. 551. rimabitur ***Pg***: rimatur *p*, rimatur et *ω*. 553. caldeis ***P***. set ***P***: et *fg*. fidutia ***P***. 554. fonte *cfς*: fronte ***P***ω. 555. Ammonis *adfς*. 557. tamen horum hic est *bcς*. sepius ***P***. 558. 559 *om. Pf a* 2 *m. add. pg*. 560. arti *adς*. 561. longa ***P***. 562 *mythogr. Vatic. III p.* 259. 563 *om. f*. uix *pω*: uis ***P***. cyclada ***PSg***: cyclade *pω*. 564. latuisse *Schrader*. 565. hictetrice ***P***, HIC TET. ***S***, hictericae *ω*. longo *vς*. 569. haec *pωΣ*: nec ***PS***ς. ignorat *ωΣ*: ignorant ***PΣfg***. minatur ς.

qui mensis damnis, quae dentur tempora lucro;
illius occursus etiam uitare memento,
in cuius manibus, ceu pinguia sucina, tritas
cernis ephemeridas, quae nullum consulit et iam
consulitur, quae castra uiro patriamque petente
non ibit pariter numeris reuocata Thrasylli.
ad primum lapidem uectari cum placet, hora
sumitur ex libro; si prurit frictus ocelli
angulus, inspecta genesi collyria poscit.
aegra licet iaceat, capiendo nulla uidetur
aptior hora cibo, nisi quam dederit Petosiris.
si mediocris erit, spatium lustrabit utrimque
metarum, et sortes ducet frontemque manumque
praebebit uati crebrum poppysma roganti.
diuitibus responsa dabit Phryx augur et inde
conductus, dabit astrorum mundique peritus
adque aliquis senior, qui publica fulgura condit.
plebeium in circo positum est et in aggere fatum.
quae nudis longum ostendit ceruicibus aurum,
consulit ante falas delfinorumque columnas,
an saga uendenti nubat caupone relicto.

Hae tamen et partus subeunt discrimen et omnis
nutricis tolerant fortuna urgente labores:
sed iacet aurato uix ulla puerpera lecto.
tantum artes huius, tantum medicamina possunt,

572. et iam *Pς*. 573. sucina *Pafg:* succina *ω*. 575. que *Pg*. patriamue *H. Valesius Iacobs* (*Matthiae misc. phil. I p.* 82). 576. thrasilli *PSς*. 577. conplacet *P*. 578. prurit *pω:* purit *P*. 579. gen*esi *P*. poscunt *c. gloss.* poscit *P*. 581. Petosiris *fghς:* Petosyris *PSω*. 582. lustrabit *pω:* lustrauit *P*. utrumque *ς*. 583. sortes *in litura p*. 584. poppysma *ς:* poppisma *Pω*. sonanti *Manso verm. Abhdlgen p.* 242. 585. dabit *fhς:* dabunt *Pω*, feret *cς*. inde *PΣω:* Indus *gς*. 589. nullis *Salmasius exercc. Plin. p.* 912. annum *Is. Vossius ad Catull. p.* 304, armum *Maduig opp. II p.* 198. 590 *Seruius ad Verg. Aen. IX*, 705. 591. saca *S*. 592—594 *om. g*. 592. hae *ω:* haec *PSς*.

quae steriles facit adque homines in uentre necandos
conducit. gaude, infelix, adque ipse bibendum
porrige quidquid erit; nam si distendere uellet
et uexare uterum pueris salientibus, esses
Aethiopis fortasse pater, mox decolor heres
inpleret tabulas numquam tibi mane uidendus.
transeo suppositos et gaudia uotaque saepe
ad spurcos decepta lacus, saepe inde petitos
pontifices, Salios Scaurorum nomina falso
corpore laturos. stat Fortuna inproba noctu
adridens nudis infantibus, hos fouet omnis
inuoluitque sinu, domibus tunc porrigit altis
secretumque sibi mimum parat, hos amat, his se
ingerit utque suos semper producit alumnos.
hic magicos adfert cantus, hic Thessala uendit
philtra, quibus ualeat mentem uexare mariti
et solea pulsare natis; quod desipis, inde est,
inde animi caligo et magna obliuio rerum,
quas modo gessisti. tamen hoc tolerabile, si non
et furere incipias, ut auunculus ille Neronis,
cui totam tremuli frontem Caesonia pulli
infudit: quae non faciet quod principis uxor?

596. sterilem *dς*. et quae *cod. Gaibacensis 2, Lubinus.*
601. inpleret ***S***. *post* 601 *leguntur in a:*
Semper aquam portes fimosa [rimosa] ad dolia, semper
istud onus subeas ipsis manantibus urnis,
quo rabidus nostro [rostro] Phalarim ede [de rege] dedisti.
iidem uss. post 614 *leguntur in h codd. Vallae Plathneri, tribus Achaintrii.* 603. lacus saepe *ghv codex Zwickauiensis apud Cortium ad Lucan. I,* 521: lacu sa*** ***P***, lacus atque *pω*.
604. Salios *pω*: alios ***P***, altos ***Ruperti.*** 605. inproba ***Pf***.
606. omnis ***Pf***: omnes *pω*, ulnis ***Markland ad Stat. silu. V,*** 3, 209. ***Dusaulx Heinrich.*** 609. atque *ς*. semper *Pω*: ridens *ς*.
611. ualeat *Pω*: ualeant *ς*. 612. natis ***P***: nates *pω*. desipis *e corr. p.* 614. tollerabile ***P***. 615. auunculus *pω*: auunculis ***Pg***.
616 *sq. myth. Vatic. III p.* 239. cui — infudit ***Seruius ad Verg. Aen. IV,*** 516. 617. quae — uxor ***Seruius ad Verg. Aen. VII,*** 581.
que ***P***.

ardebant cuncta et fracta conpage ruebant
non aliter quam si fecisset Iuno maritum
insanum. minus ergo nocens erit Agrippinae
boletus, siquidem unius praecordia pressit
ille senis tremulumque caput descendere iussit
in caelum et longa manantia labra saliua:
haec poscit ferrum atque ignes, haec potio torquet,
haec lacerat mixtos equitum cum sanguine patres.
tanti partus equae, tanti una uenefica constat.
Oderunt natos de pellice; nemo repugnet,
nemo uetet, iam iam priuignum occidere fas est.
uos ego, pupilli, moneo, quibus amplior est res,
custodite animas et nulli credite mensae;
liuida materno feruent adipata ueneno.
mordeat ante aliquis quidquid porrexerit illa
quae peperit, timidus praegustet pocula papas.
fingimus haec altum satura sumente cothurnum
scilicet, et finem egressi legemque priorum
grande Sophocleo carmen bacchamur hiatu
montibus ignotum Rutulis caeloque Latino.
nos utinam uani! set clamat Pontia "feci,
confiteor, puerisque meis aconita paraui,
quae depraensa patent. facinus: tamen ipsa peregi."

621. praessit *P*. 622. escendere *Hier. Groslotius Lislaeus (Goldasti philol. epp. cent. p.* 358), ascendere *Clauerius ad Claudian. p.* 126. *Gruterus suspic. II,* 16. 623. longa — saliua *PSfς*, longam — saliuam *ω N. Heinsius ad Ouid. met. VI,* 312. 626. partus *eque *P*. tanti *PSg*: quantum *abcfhω*, quanti *dς*. uenefica *pω*: benefica *Pg*. 627. pelice *Pς*. 629. eg*o *P*. 631. leuida *Probus*. 632. 633 *a 2 manu add. pg, om. P 6 codd. apud Achaintre. 'hi duo, inquit Probus, uersiculi in aliis non sunt.' Valla. eicit Paldamus (Zeitschr. f. Alterth. Wiss.* 1838 *p.* 1143). sorbeat *Schurzfleisch*. 634. satura *f*: satyra *Pω*. coturnum *Pfg*. 635. scilicet et finem egressi *Pfg*: scilicet egressi et finem *ω*, scilicet egressi finem *bς*. 638. uanis et *Pg*. 640. depraensa *P*. facinus tantum *Guietus Heinrich*, facinus calidum *Iacobs animm. anth. Gr. III,* 2 *p.* 8.

tune duos una, saeuissima uipera, cena?
tune duos? "septem, si septem forte fuissent."
credamus tragicis quidquid de Colchide torua
dicitur et Progne. nil contra conor; et illae
grandia monstra suis audebant temporibus, sed
non propter nummos. minor admiratio summis
debetur monstris, quotiens facit ira nocentem
hunc sexum; rabie iecur incendente feruntur
praecipites, ut saxa iugis abrupta, quibus mons
subtrahitur cliuoque latus pendente recedit.
illam ego non tulerim, quae conputat et scelus ingens
sana facit. spectant subeuntem fata mariti
Alcestim et, similis si permutatio detur,
morte uiri cupiant animam seruare catellae.
occurrent multae tibi Belides atque Eriphylae
mane, Clytaemnestram nullus non uicus habebit.
hoc tantum refert, quod Tyndaris illa bipennem
insulsam et fatuam dextra laeuaque tenebat;
at nunc res agitur tenui pulmone rubetae,
sed tamen et ferro, si praegustabit Atrides
Pontica ter uicti cautus medicamina regis.

641 *sq.* tune — duos ***Priscianus VII***, 6, 28 *p.* 745, ***XVII***, 1, 3 *p.* 1036, ***XVII***, 9, 59 *p.* 1064. 643. torua ***PSω***: saeua ς, tetra ***Burmannus ad anth. Lat. II*** *p.* 448. 644. progne ***PSω***: procne ς. 647. nocentem ***pω***: nocentes ***Pf***. 648. et rabie ***adς***. rabie ***pω***: rabiem ***Pf***. iecur inpendere ***Pf***. 652 *sq.* spectant — Alcesten ***schol. Stat. Theb. VI***, 380. subeuntem fata ***pω***: subeuntem et fata ***P***, subeuntem et fama *g*. 653. Alcestim ***PSfg***: Alcestem ***pω***. 654. cupiant ***Pafgς***: cupient *ω*. 656. Clytemestram ***P***. 658. inuisam ***dgς***. laeua dextraque ς. leuaque ***P***. 659. ad ***Pfg***. 660. praegustabit ***P***: praegustaret ***pω***, praegustarit ***Markland epist. crit.*** *p.* 139.

Iuni Iuu. Saturar. lib. II explicit. Incipit lib. III. Feliciter ***P***.

D. IVNII IVVENALIS
SATVRARVM

LIBER TERTIVS.

SATVRA VII.

Et spes et ratio studiorum in Caesare tantum.
solus enim tristes hac tempestate Camenas
respexit, cum iam celebres notique poetae
balneolum Gabiis, Romae conducere fornos
temptarent, nec foedum alii nec turpe putarent
praecones fieri, cum desertis Aganippes
uallibus esuriens migraret in atria Clio.
nam si Pieria quadrans tibi nullus in umbra
ostendatur, ames nomen uictumque Machaerae,
et uendas potius, commissa quod auctio uendit
stantibus, oenophorum tripodes armaria cistas,
Alcithoen Pacci, Thebas et Terea Fausti.

Sat. VII. De sterilitate studiorum *P.*

1. ce⋆sare *P.* tantum est ς. 2. hac *pω:* ac *Pgς.* 3. noti celebresque *dfς*, multi celebresque *bcς.* 4. ‘BALNEOLVM. G. in alio Gabiis’ *schol.* fornos *PSg:* furnos *pω.* 5. f⋆dum *P,* fedum *p.* 7. uallibus *pω:* ballibus *Pg.* 8. umbra *Pgh:* arca *ω.* 9. ame⋆s *P.* machere *P,* Magiri *Heinrich.* 10. commista *F. W. E. Rostius* (*programm. Lips.* 1805). 11. tripedes *Pg*, ripides *f Boissonade ad Herodian. p.* 118. 12. alcithoen *g Rutgersius uarr. lectt. II,* 17: alcitheon *P,* alchitheon *S*, Alcinoen *siue* Alchinoen *adfω*, Altionem *bc*, Alcionem ς. pacci *P:* P. *S,* Bacchi *pω*, Bassi *C. Valesius.*

hoc satius, quam si dicas sub iudice "uidi,"
quod non uidisti. faciant equites Asiani,
[quamquam et Cappadoces faciant equitesque Bithyni],
altera quos nudo traducit Gallia talo.
nemo tamen studiis indignum ferre laborem
cogetur posthac, nectit quicumque canoris
eloquium uocale modis laurumque momordit.
hoc agite, o iuuenes! circumspicit et stimulat uos
materiamque sibi ducis indulgentia quaerit.
si qua aliunde putas rerum exspectanda tuarum
praesidia, atque ideo crocea membrana tabella
impletur, lignorum aliquid posce ocius et quae
componis dona Veneris, Telesine, marito,
aut clude et positos tinia pertunde libellos.
frange miser calamos uigilataque proelia dele,
qui facis in parua sublimia carmina cella,
ut dignus uenias hederis et imagine macra.
spes nulla ulterior; didicit iam diues auarus
tantum admirari, tantum laudare disertos,
ut pueri Iunonis auem. sed defluit aetas
et pelagi patiens et cassidis atque ligonis.
taedia tunc subeunt animos, tunc seque suamque
Terpsichoren odit facunda et nuda senectus.

13 *sq.* hoc — uidisti ***Priscian. XV***, 4, 23 *p.* 1015. 14 *sq.* equites Bithyni — equitesque Asiani ***C. F. Hermannus de codd. Iuuenal. p.*** 19. 15. *post* quamquam ***distinxit Wakefield silu. crit. IV*** *p.* 78. 15 ***spurium iudicant Pinzger de uss. spur. p.*** 10. ***Heinrich.*** bitini ***PS.*** 16. Gallia *pω:* gallica ***PSgh Rigaltius.*** 18. cogetur *pω:* cogitur ***P.*** posthaec *adς.* canoris *pω:* canores ***P.*** 20. o iuuenes *pωS:* iuuenes ***P.*** uos ***Pfgς***, nos *ω.* 22. exspectanda *ω:* spectanda ***Pς.*** 23. crocea — tabella ***Pf:*** croceae — tabellae *ω*, croceae *p*, tabellae ***S.*** 24. impletur *pω:* implentur ***PS.*** 25. conscribis *acdς.* 26. clude ***PSfg***: claude *ω.* tinia ***Pg:*** tinea *pω.* 28. sella ***Valesius*** (***Valesiana*** *p.* 181). 30 *sq.* didicit — disertos ***Priscian. XIV***, 6, 54 *p.* 1002. 30. nam ς. 34. tedia ***PS.*** 35. terpsicoren ***Pω.*** nu⁎da ***P.***

Accipe nunc artes. ne quid tibi conferat iste,
quem colis et Musarum et Apollinis aede relicta,
ipse facit uersus atque uni cedit Homero
propter mille annos, et, si dulcedine famae
succensus recites, maculosas commodat aedes.
haec longe ferrata domus seruire iubetur,
in qua sollicitas imitatur ianua portas.
scit dare libertos extrema in parte sedentis
ordinis et magnas comitum disponere uoces.
nemo dabit regum, quanti subsellia constant
et quae conducto pendent anabathra tigillo
quaeque reportandis posita est orchestra cathedris.
nos tamen hoc agimus tenuisque in puluere sulcos
ducimus et litus sterili uersamus aratro.
nam si discedas, laqueo tenet ambitiosum
[consuetudo mali, tenet insanabile multos]
scribendi cacoethes et aegro in corde senescit.
sed uatem egregium, cui non sit publica uena,
qui nihil expositum soleat deducere, nec qui
communi feriat carmen triuiale moneta,
hunc, qualem nequeo monstrare et sentio tantum,
anxietate carens animus facit, omnis acerbi
inpatiens, cupidus siluarum auidusque bibendis

36. tunc ς. *post* artes *interpunxit Maduig opp. II p.* 176. 38. ipse *Pω:* ipsae *p.* 39. et *Pς:* at *bcgς*, aut *adfς*, sed ς, ac *hς*. fame *P.* 40. maculosas *Heinrich comm. I p.* 22 *sqq.:* 'M. alii sordibus dix. alii pictas' *schol.*, maculosos *f*, Maculonis *Pgς*, Maculonus *ω*. 41. haec *fgς:* ha*c *P*, ac *ω*. feriata *F. W. E. Rostius* (*progr. Lips.* 1805 *p.* 5). 45. quanti* subsella *P.* constant *Spcfghω:* constat *P*, constent ς. 46. anabathra *ω:* anab*tra *P*, anabatra *pς*, anabethra *Valesius Valesian. p.* 208. 48. tenuisque *scripsi:* tenui*que *P*, tenuique *ω*. 50. ambitiosum *scripsi:* ambitiosi *PSω*, *quod a correctore illatum est, postquam* 51, *quem spurium iudico, additus est.* 52. chacoetes *PS*, chachetes *pς*. aegroque ς. aegre *Graeuius.* 53. aegregium *PS.* 55. triuiale* *P.* 56 *Priscian. XVIII*, 29, 291 *p.* 1207. 58. inpatiens *Sg:* impaciens *Pf*. auidusque *S:* aptusque *Pω*. bibendis *pω:* uiuendis *P.*

fontibus Aonidum. neque enim cantare sub antro
Pierio thyrsumque potest contingere sana
paupertas adque aeris inobs, quo nocte dieque
corpus eget. satur est, cum dicit Horatius "euhoe!"
qui locus ingenio, nisi cum se carmine solo
uexant et dominis Cirrae Nysaeque feruntur
pectora uestra duas non admittentia curas?
magnae mentis opus nec de lodice paranda
attonitae, currus et equos faciesque deorum
aspicere et qualis Rutulum confundat Erinys.
nam si Vergilio puer et tolerabile deesset
hospitium, caderent omnes a crinibus hydri,
surda nihil gemeret graue bucina. poscimus ut sit
non minor antiquo Rubrenus Lappa cothurno,
cuius et alueolos et laenam pignerat Atreus.
non habet infelix Numitor quod mittat amico,
Quintillae quod donet habet, nec defuit illi
unde emeret multa pascendum carne leonem
iam domitum. constat leuiori belua sumptu
nimirum, et capiunt plus intestina poetae.
contentus fama iaceat Lucanus in hortis

60. Pierio ω: Plerio ***PS***. tyrsumque ***P***ς: thyrsumue ω. sana $\Sigma\omega$: saeua $f\varsigma$, maesta ***P***ς. 61. inobs ***P***. 62. ***Sidon. Apollin. epp. VIII***, 91: '***Quia forsitan satiricum illud de satirico non recordaris***: satur est cum dicit Horatius euohe.' oratius ***Pf***. euhoe ***Pg***ς ***Marcilius ad Pers. I***, 23. ***Mitscherlich ad Hor. c. II***, 19, 7: heuhoe ***af***ς, ohe ω, aehoe ***Toup emendd. in Hesych. III*** p. 383. 63. qui ***P***ς: quis $p\omega$. 64. Chyrre ***PS***. nisaeque ***P***. 65. uestra ***PSabcdfgh***: nostra ω. admitentia ***P***. 66. nec $p\omega$: ne ***P***. lodice $p\omega$: ⋆odice ***P***, codice Σ. 68. erynis ***P***, erinis ω. 69. Vergilio ***g***: V⋆rgilio ***P***, Virgilio $p\omega$. deesset ***P***: desit ω. 70. hospitium caderent $p\omega$: ospitium aderent ***P***. 71. bucina ***Pfg***ς: buccina ω. 72. Rabienus ***Dorleans ad Tac. ann. I*** p. 22. coturno ***PSfg***. 73. alueolos ***Pg***: alueolus ***f***, albiolos $p\omega$. lenam ***P***. Atreus ***Sp***ω: ⋆treus ***P***. 75. Quintillae $p\omega$: Quintilae ***PSf***. 75 *sqq.* nec — poetae ***Priscian. VII***, 13, 69 p. 766. 78. cupiunt ***cod. Norimbergensis*** 1. ***Heinrich animm. in auctt. uett.*** p. 109.

marmoreis, at Serrano tenuique Saleio
gloria quantalibet quid erit, si gloria tantum est?
curritur ad uocem iucundam et carmen amicae
Thebaidos, laetam cum fecit Statius urbem
promisitque diem: tanta dulcedine captos
adficit ille animos tantaque libidine uolgi
auditur; sed cum fregit subsellia uersu,
esurit, intactam Paridi nisi uendit Agauen.
ille et militiae multis largitus honorem
semenstri uatum digitos circumligat auro.
quod non dant proceres, dabit histrio. tu Camerinos
et Baream, tu nobilium magna atria curas?
praefectos Pelopea facit, Philomela tribunos.
haut tamen inuideas uati, quem pulpita pascunt.
quis tibi Maecenas, quis nunc erit aut Proculeius
aut Fabius, quis Cotta iterum, quis Lentulus alter?
tunc par ingenio pretium, tunc utile multis
pallere et uinum toto nescire Decembri.

Vester porro labor fecundior, historiarum
scriptores? petit hic plus temporis adque olei plus.

80. marmoreus ς *Gronouius obss. III*, 13. *Burmannus ad anth. Lat. II p.* 66. at *PSg*: et ω. serrano *PS*: Sarrano ω. saleio *Sg Valla*: Sal**o *P*, saltio *f*, salino *p* (*suprascr.* saleio) ωΣ. 82 *sq.* curritur — Thebaidos *Priscian. XVII*, 15, 90 *p.* 1077. iocundam *fς*. 83. cum fecit *Pω*: fecit cum *adς Santen ad Terent. Maur. p.* 262. uolgi *P*: uulgi *pω*. 87. ni *adς*. uendit *Pdfgh*: uendat ω. 88. moestis *Heinrich*. largitus *g Rubenius de re uestiaria I*, 15 *p.* 94. *Salmasius exerc. Plin. p.* 450. *Schrader*: largitur *Pω*. honorem et *Iacobs* (*Matthiae misc. phil. I p.* 81). 89. semestri uatum digitos ω, semenstri uatum digitos *p in marg.*: semenstri gitos uatum *P*, SEMENS. V. *S*, semenstri digitos uatum *p*. semestris *Salmasius exercc. Plin. p.* 450. *Masson uita Plin. p. XXXII ed. Arntz. Heinrich.*, semestrem *Rubenius de re uest. I*, 15 *p.* 94. 91. baream *PSf*: barea *g*, Bareas ω. 92. philomella *P*, Philomena ς. 93. haut *Pa*. inuidia sua** *P*. uati *p*. 94. mecenas *P*. 96. nunc utile *H. Valesius*. 97 *Priscian. VII*, 12, 61 *p.* 762. 99. *post* scriptores *interrogandi signum posuit Heinrich*.

nullo quippe modo millensima pagina surgit
omnibus et crescit multa damnosa papyro;
sic ingens rerum numerus iubet atque operum lex.
quae tamen inde seges, terrae quis fructus apertae?
quis dabit historico, quantum daret acta legenti?
"Sed genus ignauum, quod lecto gaudet et umbra."
dic igitur, quid causidicis ciuilia praestent
officia et magno comites in fasce libelli?
ipsi magna sonant, sed tum cum creditor audit
praecipue, uel si tetigit latus acrior illo,
qui uenit ad dubium grandi cum codice nomen.
tunc inmensa caui spirant mendacia folles
conspuiturque sinus; ueram depraendere messem
si libet, hinc centum patrimonia causidicorum,
parte alia solum russati pone lacernae.
consedere duces, surgis tu pallidus Aiax
dicturus dubia pro libertate bubulco
iudice. rumpe miser tensum iecur, ut tibi lasso
figantur uirides, scalarum gloria, palmae.
quod uocis pretium? siccus petasunculus et uas
pelamydum, aut ueteres, Maurorum epimenia, bulbi,
aut uinum Tiberi deuectum, quinque lagonae.

100 *Seruius ad Verg. Aen. IV*, 98. *schol. Lucani I*, 334. nullo quippe modo **P** *Seruius schol. Luc.*: nulla quippe modo *g*, nullo quidem modo *h*, namque oblita modi *ω*. millensima **P**. 101. multa crescit *ghς Cortius ad Lucan. I*, 395. 105. tuto *cdhς*. 106. praestent *Pg*: praestant *ω Wunderlich obss. Tibull. I*, 7, 21. 108. tum **P**: tunc *ω*. 109. acrior *ω*: ae*rior **P**, aecrior *p*. ille *Heinrich*. 110. quid **S**. 112 *sq*. ueram — libet *Seruius ad Verg. georg. IV*, 231. depraendere **P**. 114. solium *H. Valesius*. rus satipone *ω* ᶜsatip. p. n. uillaeᵓ *schol. cod. Dresd. D* 153. lacernae **PS**: lacertae *ω*. 115. surgis *pω*: surg** **P**, surges *cς*, surgit *f*. 116. Bubulco *Heinrich*. 119. ficus *cod. Canteri prob. Scriuerius*. 120. paelamidum **P**. aut *Pfg*: et *ω*. Maurorum *Pac*: Afrorum *ω*. bulbi *PSω*: bulli *ς*, ᶜbulli, *χρυσοκάνθαροι*ᵓ *gloss. H. Steph. p.* 27. *cf. Lipsius epistt. quaestt. IV*, 25. 121. lagonae *Pf*: lagunae *g*, lagenae *ω*.

si quater egisti, si contigit aureus unus,
inde cadunt partes ex foedere pragmaticorum.
Aemilio dabitur quantum licet, et melius nos
egimus. huius enim stat currus aeneus, alti
quadriiuges in uestibulis, adque ipse feroci
bellatore sedens curuatum hastile minatur
eminus et statua meditatur proelia lusca.
sic Pedo conturbat, Matho deficit, exitus hic est
Tongilii, magno cum rhinocerote lauari
qui solet et uexat lutulenta balnea turba
perque forum iuuenes longo premit assere Medos,
empturus pueros argentum murrina uillas;
spondet enim Tyrio stlattaria purpura filo.
et tamen est illis hoc utile, purpura uendit
causidicum, uendunt amethystina, conuenit illis
et strepitu et facie maioris uiuere census,
sed finem inpensae non seruat prodiga Roma.
fidimus eloquio? Ciceroni nemo ducentos
nunc dederit nummos, nisi fulserit anulus ingens.
respicit haec primum qui litigat, an tibi serui
octo, decem comites, an post te sella, togati
ante pedes. ideo conducta Paulus agebat

122. contingit *P.* 123. ex foedere *Pg:* in foedere *abcfhω*, in foedera *dvς.* 124. licet *Pabcς:* libet *gh Heinrich*, petet *dfω.* at *Cramerus, Ruperti.* 125. si egimus *Manso verm. Abhdlgen p.* 250. 128. statua⋆ *P.* 129. *Priscian. VIII*, 6, 31 *p.* 801: ‘*Iuuenalis in tertio:* sic Matho deficit.’ deiicit *Lubinus.* 130. Tongilii *scripsi:* tongil⋆⋆ *P*, tongilli *pω.* rinoceronte *P.* 132. praemit *P.* Moesos *Lipsius epistt. quaestt. IV*, 25. 133. murrina *Pfg:* mirrina *pω.* 134. splendet *gh.* stlattaria *Pς:* stlataria *ω* ‘stlataria, uestis piratica.’ *gloss. Isidori.* 138 *spurium indicat Heinrich.* 139 *sq. Priscian. XVIII*, 25, 244 *p.* 1191. fidimus eloquio *Pg Priscianus:* ut redeant ueteres *ω.* 140. anulus *fg:* annulus *ω.* 142. an post te sella *Pgς:* an posita sella *abcdfω*, posita an sit sella *ς Scioppius uerisim. IIII*, 10, post te an sit sella *ς. Agroetius de orthograph. p.* 2274 ‘*circum pedes sunt obsequia seruorum, antepedes amicorum. Iuuenalis:* togati antepedes.’ ‘antepedes, obsequia amicorum.’ *gloss. Isidori.*

sardonyche, adque ideo pluris quam Gallus agebat,
quam Basilus. rara in tenui facundia panno.
quando licet Basilo flentem producere matrem?
quis bene dicentem Basilum ferat? accipiat te
Gallia uel potius nutricula causidicorum
Africa, si placuit mercedem ponere linguae.
Declamare doces? o ferrea pectora Vetti,
cum peremit saeuos classis numerosa tyrannos!
nam quaecumque sedens modo legerat, haec eadem stans
perferet adque eadem cantabit uersibus idem.
occidit miseros crambe repetita magistros.
quis color et quod sit causae genus atque ubi summa
quaestio, quae ueniant diuersae forte sagittae,
nosse uelint omnes, mercedem soluere nemo.
"mercedem appellas? quid enim scio?" "culpa docentis
scilicet arguitur, quod laeua parte mamillae
nil salit Arcadico iuueni, cuius mihi sexta
quaque die miserum dirus caput Annibal inplet,
quidquid id est de quo deliberat, an petat urbem
a Cannis, an post nimbos et fulmina cautus
circumagat madidas a tempestate cohortes.
quantum uis stipulare, et protinus accipe, quid do,

144. Gallus *Pfgh:* Cossus *bcdω.* 146. flentem Basilo *abcω.* producere *Pg:* deducere *ω.* 147. feret *ς.* 148 *Priscianus de uss. Aen.* 9 *p.* 1262 *P.* 104 *L.* 149. ponere *P:* imponere *ω.* 150. Vetti *Pς:* Vecti *ω.* peremit *Pf.* 153. proferet *ς.* cantauit *P.* idem *scripsi:* isdem *Pω.* 154. crambe *ς Politianus misc.* 33*:* crambre *P,* grambre *f Valla,* cambre *ω.* 156. diuersae forte *P:* diuersae parte *fς,* diuersa parte *ω,* diuersa a parte *E. G. Weberus.* 157. uelint *Pithoeus:* uelunt *P,* uolunt *pω.* 158 *sqq.* culpa — salit *schol. Pers. II,* 53. 159 *sq. Fulgentius myth. II,* 9: 'Vnde *et Iuuenalis ait:* si laeua parte papillae nil salit Arcadico iuueni.' laeua *pω:* leue *P.* parta *Pgh:* in parte *ω schol. Persii.* 160. Arcadio *ς.* 161. quaque *pω:* quamque *P.* Annibal *P.* 162. deliberat *pω:* liberat *P.* 163. nymbos *P.* fulgura *g.* 165 *sq.* quantum — audiat *Priscian. XVIII,* 19, 149 *p.* 1164. accipe *pω:* accipere *P.* quid do *P Priscianus,* quiddo *f cum glossa* 'flagellum', quiddam *codd. antiquissimi Vallae,* quod do *pω,* quin do *Th. Mommsen,* 'quidum?' *Lachmann.*

ut totiens illum pater audiat." haec alii sex
uel plures uno conclamant ore sophistae,
et ueras agitant lites raptore relicto;
fusa uenena silent, malus ingratusque maritus,
et quae iam ueteres sanant mortaria caecos.
ergo sibi dabit ipse rudem, si nostra mouebunt
consilia, et uitae diuersum iter ingredietur,
ad pugnam qui rhetorica descendit ab umbra,
summula ne pereat, qua uilis tessera uenit
frumenti; quippe haec merces lautissima. tempta,
Chrysogonus quanti doceat uel Polio quanti
lautorum pueros, artem scindes Theodori.
balnea sescentis et pluris porticus, in qua
gestetur dominus, quotiens pluit — anne serenum
exspectet spargatque luto iumenta recenti?
hic potius, namque hic mundae nitet ungula mulae —,
parte alia longis Numidarum fulta columnis
surgat et algentem rapiat cenatio solem.
quanticumque domus, ueniet qui fercula docte
conponat, ueniet qui pulmentaria condiat.
hos inter sumptus sestertia Quintiliano,
ut multum, duo sufficient: res nulla minoris
constabit patri, quam filius. unde igitur tot
Quintilianus habet saltus? exempla nouorum
fatorum transi. felix et pulcher et acer,
felix et sapiens et nobilis et generosus
adpositam nigrae lunam subtexit alutae,
felix orator quoque maximus et iaculator

166. haec *Pg*: ast *pω*, ast haec *f*. 167. uel *PS*: et *ω*. 173. rethorica *P*. descendat *Heinrich*. 174. summula *ω*: summauia *PS*, submola *Σ*. 175. laetissima *Schurzfleisch*. 176. polio *P*. 177. scindes *correxi*: scindens *PSω*. 178. sescentis *PSfg*. 180. spargatue *Ruperti*. 181 *spurium censet Heinrich*. 185. componit *gς*. condiat *Lachmann*: condit *Pω*, condat *cgς*. 190. pulcher *p*, pulcer *P*. 192. alute *P*.

et, si perfrixit, cantat bene. distat enim quae
sidera te excipiant modo primos incipientem
edere uagitus et adhuc a matre rubentem.
si fortuna uolet, fies de rhetore consul;
si uolet haec eadem, fies de consule rhetor.
Ventidius quid enim? quid Tullius? anne aliud quam
sidus et occulti miranda potentia fati?
seruis regna dabunt, captiuis fata triumphum.
felix ille tamen coruo quoque rarior albo.
penituit multos uanae sterilisque cathedrae,
sicut Thrasymachi probat exitus atque Secundi
Carrinatis: et hunc inopem uidistis, Athenae,
nil praeter gelidas ausae conferre cicutas.
di, maiorum umbris tenuem et sine pondere terram
spirantisque crocos et in urna perpetuum uer,
qui praeceptorem sancti uoluere parentis
esse loco! metuens uirgae iam grandis Achilles
cantabat patriis in montibus, et cui non tunc
eliceret risum citharoedi cauda magistri.
sed Rufum adque alios caedit sua quemque iuuentus,
Rufum, quem totiens Ciceronem Allobroga dixit.
Quis gremio Celadi doctique Palaemonis adfert
quantum grammaticus meruit labor? et tamen ex hoc

194. perfrixit *Sω*, ᶜperfrixit, *περιεψύγη*ᵓ *gloss. H. Steph. p.* 157: perfrixit *P.* distat — uagitus *Seruius ad Verg. Aen. VI,* 129. *mythogr. Vatic. III p.* 201. 196. ex matre *cdς.* 198. fies *pω:* fiet *P.* 199. aliut *P.* 201. triumphum *Pς:* triumphos *ω.* 203. penituit *PSf.* uane *P.* 204. thrasymachi *Pω:* thresimachi *bcgh*, lisimachi *pf.* 205. Carrinatis *PSω:* Carinatis *ς. post* 205 *quaedam excidisse putat Heinrich.* 208. spirantisque *reposui:* spirandisque *PS*, spirantesque *pω.* det in urna *Wakefield silu. crit. II p.*58. 210. achilles *pSω:* acilles *P.* 211. patriis *pω:* patris *P.* nunc *fς. post* 211 *repetitur in P* 196 *postea deletus. etium in a hic est us. erasus.* 212. citharoedi *p:* citaroedi *P.* 213. cedit *P.* quemque *Pω:* quaeque *ς.* 214. quem *Pg Rostius (progr. Lips.* 1805 *p.*20): qui *pω.* ᶜAllobroga, Gallus Rufusᵓ *gloss. Isidori.* 215. Celadi *Pg:* Enceladi *pω.* palemonis *P.*

quodcumque est, minus est autem quam rhetoris aera,
discipuli custos praemordet ἀκοινώνητος,
et qui dispensat, frangit sibi. cede, Palaemon,
et patere inde aliquid decrescere, non aliter quam
institor hibernae tegetis niueique cadurci,
dummodo non pereat, mediae quod noctis ab hora
sedisti, qua nemo faber, qua nemo sederet,
qui docet obliquo lanam deducere ferro,
dummodo non pereat totidem olfecisse lucernas,
quot stabant pueri, cum totus decolor esset
Flaccus et haereret nigro fuligo Maroni.
rara tamen merces, quae cognitione tribuni
non egeat. sed uos saeuas inponite leges,
ut praeceptori uerborum regula constet,
ut legat historias, auctores nouerit omnes
tamquam ungues digitosque suos, ut forte rogatus,
dum petit aut thermas aut Phoebi balnea, dicat
nutricem Anchisae, nomen patriamque nouercae
Anchemoli, dicat quot Acestes uixerit annis,
quot Siculi Phrygibus uini donauerit urnas.
exigite ut mores teneros ceu pollice ducat,
ut si quis cera uoltum facit, exigite ut sit
et pater ipsius coetus, ne turpia ludant,
ne faciant uicibus. non est leue tot puerorum

217. est autem quam *pω*: est quam ***P***. rethoris *p*: retoris ***P***. 218. ἀκοινώνητος ***Grangaeus***: acoenonoetus ***PgΣ***, acoenetus *dfς*, acoenetus ipse *abcω*. 219. frangit *fghωΣ*, frangat ***P***ς, franget *abcd*ς. palemon ***P***. 222. medie ***Pf***. oram ***P***, ora *p*. 223. sederet ***P***: sedebat *ω*, sedebit *fg*. 226. quot *pω*: quod ***P***. 231. storias ***PS***. 232. ut forte *pω*: sit forte ***Pf***, si forte *gv*ς. 233. Pauli balnea ***G. Fabricius descr. urbis Romae*** 9 p. 185. 235. Anchemoli ς: Archemori ***PS***ω, Anchemori *g*. quot *p*: quod ***P***. annis ***P***: annos *pω*. 236. quot *p*: quod ***Pf***. Siculi *g* ***C. Valesius***: Siculis ***P***, Siculus *ω*. 238. uoltum ***P***: uultum *p*. 239. coetus *p*: cuetus ***P***. 240 *sq*. 'Hi duo uersiculi Iuuenalis non sunt' ***Valla.***

obseruare manus oculosque in fine trementis.
"haec," inquit, "cura; set cum se uerterit annus,
accipe, uictori populus quod postulat, aurum."

SATVRA VIII.

Stemmata quid faciunt? quid prodest, Pontice, longo
sanguine censeri, pictos ostendere uultus
maiorum et stantis in curribus Aemilianos
et Curios iam dimidios umerosque minorem
Coruinum et Galbam auriculis nasoque carentem?
quis fructus, generis tabula iactare capaci
[Coruinum, posthac multa contingere uirga]
fumosos equitum cum dictatore magistros,
si coram Lepidis male uiuitur? effigies quo

241. oculos — trementis *Seruius et Philargyrius ad Verg. ecl. III*, 8. *schol. Pers. I*, 18. trementis *Pς*: trementes *pω*, patrantes *Caselius uarr. lectt. I*, 9. 242. at uos: haec cura *Schurzfleisch.* cura sed *cod. Vimariensis*: curas et *Pω*, curas sed *vς*, cures et *ς*. 243. postulat aurum *pω*: postulaturum *P*.

Sat. VIII. De claritate natalium *Pb*.

1. Schemata *Alciatus parerg. II*, 30. 2. pictosque *ς*. 3. stantis *P*: stantes *p*. 4. diuiduos *Heinsius aduu. II*, 19 *p.* 361. umerosque minorem *P cod. Norimbergensis* 1: humeroque minorem *cod. Dresdensis D* 155, nasumque minorem *ω*. 5. Coruinum *P codd. Norimbergensis* 1. *Dresdensis D* 155. *ς*: Coruini *pω*. carentem *p*: caretem *P*. 5 *et* 6 *spurios censet C. F. Hermannus* (*Rhein. Mus. N. F. VI. p.* 454 *sqq.*). 7 *om. ω*, 2 *m. add. cd, exstat in PS codd. Vimar. Dresdensi D* 155. *Monac.* 260. *Norimb.* 15, *defendunt Lipsius epp. quaestt. IV*, 15. *Hand ad Stat. silu. I p.* 206. *Döderlein syn. IV p.* 202. 7 *ante* 5 *poni iubet Pinzger de uss. spur. p.* 15 *sqq. et ita codd. Monacensis* 260 *Dresdensis D* 155. 7 *uestigium duplicis recensionis seruare uidetur Paldamo* (*Zeitschr. f. Alterth. Wiss.* 1838 *p.* 1144 *s.*). Coruinum *Pfς*, Fabricium *codd. Dresdensis D* 155. *Monacensis* 280. *Parisinus* 8290 *et Argentoratensis apud Oberlinum ad Ouid. trist. p. XIIII sq. prob. Pinzger.* nomina tot, posse ac multa *Withofius coni. I p.* 114 *sqq.* deducere *cod. Schegkii ad Vell. Pat. I*, 13. *Hildebrand ad Apul. I p.* 779. 8. fumosos *Pf*: famosos *pω*.

tot bellatorum, si luditur alea pernox
ante Numantinos, si dormire incipis ortu
luciferi, quo signa duces et castra mouebant?
cur Allobrogicis et magna gaudeat ara
natus in Herculeo Fabius lare, si cupidus, si
uanus et Euganea quantumuis mollior agna,
si tenerum attritus Catinensi pumice lumbum
squalentis traducit auos, emptorque ueneni
frangenda miseram funestat imagine gentem?
tota licet ueteres exornent undique cerae
atria, nobilitas sola est adque unica uirtus.
Paulus uel Cossus uel Drusus moribus esto,
hos ante effigies maiorum pone tuorum,
praecedant ipsas illi te consule uirgas.
prima mihi debes animi bona. sanctus haberi
iustitiaeque tenax factis dictisque mereris,
agnosco procerem; salue, Gaetulice, seu tu
Silanus. quocumque alio de sanguine rarus
ciuis et egregius patriae contingis ouanti,
exclamare libet, populus quod clamat Osiri
inuento. quis enim generosum dixerit hunc, qui
indignus genere et praeclaro nomine tantum
insignis? nanum cuiusdam Atlanta uocamus,
Aethiopem cycnum, paruam extortamque puellam
Europen, canibus pigris scabieque uetusta
leuibus et siccae lambentibus ora lucernae
nomen erit pardus tigris leo, si quid adhuc est

11. ortu *Pf*: ortus *pω*, hortus *d*. 14. lare *in litura p*. 15 *schol. Lucani VII*, 192. euganea *pω*: eucanea *PS*. 16. attritus *pω*: attritis *P*. 17. traducit *PSfς*: producit *ω*, producat *dς*. 19. caere *P*. 21. paulus *pω*: palus *P*. es tu *H. Valesius*. 24. tibi *H. Valesius*. 26. adgnosco *Sf*. agnosco. procerum *Reisig gramm. Lat. p.* 137. 27. Silanus *Pf*: Sillanus *bcdω*, Syllanus *agς*. quorumue *Schrader*. 32. athlanta *P*. 33. cycnum *PSg*: cygnum *ω*. prauam *adfgς Burmannus ad Petron. I p.* 325. 34. scabie *pω*: caue *P*.

quod fremat in terris uiolentius. ergo cauebis
et metues ne tu sic Creticus aut Camerinus.
His ego quem monui? tecum est mihi sermo, Rubelli
Blande. tumes alto Drusorum stemmate, tamquam
feceris ipse aliquid, propter quod nobilis esses,
ut te conciperet quae sanguine fulget Iuli,
non quae uentoso conducta sub aggere texit.
"uos humiles," inquis, "uulgi pars ultima nostri,
quorum nemo queat patriam monstrare parentis.
ast ego Cecropides." uiuas et originis huius
gaudia longa feras! tamen ima plebe Quiritem
facundum inuenies; solet hic defendere causas
nobilis indocti; ueniet de plebe togata,
qui iuris nodos et legum aenigmata soluat.
hic petit Euphraten iuuenis domitique Bataui
custodes aquilas armis industrius; at tu
nil nisi Cecropides truncoque simillimus hermae.
nullo quippe alio uincis discrimine, quam quod
illi marmoreum caput est, tua uiuit imago.
dic mihi, Teucrorum proles, animalia muta
quis generosa putet, nisi fortia? nempe uolucrem
sic laudamus equum, facili cui plurima palma
feruet et exultat rauco uictoria circo.
nobilis hic, quocumque uenit de gramine, cuius
clara fuga ante alios et primus in aequore puluis;

37. fremat *Padfg*: fremit *ω*. 38. tu sic *H. Iunius*, *Schrader*: tu si *P*, tu sis *pω*, hic tu sis *Heinrich*. 39. quem *pω*: quae *P*. 40. Blande *PSω*: Blance *ς*, Plance *ς*, Plaute *Lipsius ad Taciti ann. XIII*, 19. stemmate *Pfg*: sanguine *ω*. 42. et te *Heinrich*. 43. sub aere *ς*. 45. quaeat *P*. 47. ima *in litura p*. 49. gente *abdς*. togatus *Scriuerius*, *Heinrich*. 51. eu⋆raten *P*, eufraten *pcg*. bataui *pω*: ⋆ataui *P*, uataui *S*. 53. herme *P*. 57. putet *Pgς*: putat *ω*. 58. facili *Pω*: facile *p*, facilis *Prateus*. 60 *sq*. cuius — puluis *Seruius ad Verg. Aen. XI*, 706. 61. puluis *pω*: cuius *P*, cursus *Scriuerius*.

sed uenale pecus Coryphaei posteritas et
Hirpini, si rara iugo Victoria sedit.
nil ibi maiorum respectus, gratia nulla
umbrarum; dominos pretiis mutare iubentur
exiguis, trito ducunt epiredia collo
segnipedes dignique molam uersare Nepotis.
ergo ut miremur te, non tua, priuum aliquid da,
quod possim titulis incidere praeter honores,
quos illis damus ac dedimus, quibus omnia debes.

Haec satis ad iuuenem, quem nobis fama superbum
tradit et inflatum plenumque Nerone propinquo;
rarus enim ferme sensus communis in illa
fortuna; sed te censeri laude tuorum,
Pontice, noluerim sic ut nihil ipse futurae
laudis agas. miserum est aliorum incumbere famae,
ne conlapsa ruant subductis tecta columnis.
stratus humi palmes uiduas desiderat ulmos.
esto bonus miles, tutor bonus, arbiter idem
integer. ambiguae si quando citabere testis
incertaeque rei, Phalaris licet imperet ut sis
falsus et admoto dictet periuria tauro:
summum crede nefas animam praeferre pudori
et propter uitam uiuendi perdere causas.
dignus morte perit, cenet licet ostrea centum
Gaurana et Cosmi toto mergatur aeno.

62. coryphaei *fh Schurzfleisch*: 'C. coryfeorum' *schol.*, Coryphaeae *Heinrich*, coryte *P*, corythe *p*, Corythae *ω*. 63. Harpinnae *Farnabius*. 66. trito ducunt *pbcdfhς*: et trito *P*, ducunt *cod. Vlmensis*, tritoque ducunt *agς*, tritoque trahunt *ω*. epiredia *ω*: ephiredia *PSb*, epirhedia *ς*. 67. nepotis *pω*: nepotes *Pbfg*. 68. priuum *Salmasius exercc. Plin. p.* 61. *cf. Oudendorp ad Apul. III p.* 184. *Doederlein Syn. IIII p.* 343: primum *Pω*. 70. ac *Pω*: et *ς*. dabimus *Markland ad Stat. silu. I*, 3, 62. 71. stemma *Iacobs* (*Matthiae misc. phil. I p.* 83). 72. plenumque *pω*: plerumque *Pbfg*. 74. censeri *pω*: cen**** *P*. 80. si *pω*: st *P*. 85 *Priscian. XVIII*, 2, 31 *p.* 1127. tantum *uel* secum *Schrader*, nequam *Withofius coni. I p.* 117 *sq.* 86. Cosmi *pω*: Cosmo *PS*.

expectata diu tandem prouincia cum te
rectorem accipiet, pone irae frena modumque,
pone et auaritiae, miserere inopum sociorum.
ossa uides rerum uacuis exucta medullis.
respice quid moneant leges, quid curia mandet,
praemia quanta bonos maneant, quam fulmine iusto
et Capito et Numitor ruerint damnante senatu,
piratae Cilicum. sed quid damnatio confert?
96 praeconem, Chaerippe, tuis circumspice pannis,
95 cum Pansa eripiat quidquid tibi Natta relinquit,
iamque tace; furor est post omnia perdere naulon.
non idem gemitus olim neque uulnus erat par
damnorum sociis florentibus et modo uictis.
plena domus tunc omnis, et ingens stabat aceruos
nummorum, Spartana chlamys, conchylia Coa,
et cum Parrasii tabulis signisque Myronis
Phidiacum uiuebat ebur, nec non Polycliti
multus ubique labor, rarae sine Mentore mensae.
inde Dolabellae adque hinc Antonius, inde
sacrilegus Verres referebant nauibus altis
occulta spolia et plures de pace triumphos.
nunc sociis iuga pauca boum, grex paruus equarum

88. accipiet ω: accipiat *P*. 90. uidens *H. Valesius*. rerum *Pg*: regum ω. exucta *PSad*ς *Heinsius ad Ouid. met. XIIII*, 208. *aduu. IIII*, 1 *p.* 559 *sq.*: exaucta *g*, exsuta *f*ς, exusta *bc*ω, exhausta ς. 91. mandat *P*. 93. Numitor *PS*ς: tutor $\omega\Sigma$. 94. pirate *P*. 95. 96 *hoc ordine ponunt P*ω, *uulgo transponuntur*. 95. cherippe *P*. 96. planta *f*. Natta $p\omega$: nata *Pdfg*ς. reli*quid *P*, reli*quit *d*, reliquit ω. 97. naul** *P*, naulom *f*, naulum $p\omega$. 98. nec *cfgh*ς. 100. aceruos *b*: aceru*s *P*, aceruus $p\omega$. 101. chlamis *P*ς. co*cilia *P*, comcilia *S*, conchilia *p*. 102. Parrasii *P*. 103. fidiacum *P*. polycliti *Pg*: polycleti $p\omega$. 104. multus $p\omega$: multos *PS*. labor sine *P spatio relicto*, rarae *add. p.* laborae sine *f*. raro ς. 105. Dolabellae adque *Ruperti*, Dolabella est adque *P*, Dolabella atque ω, Dolabellas atque *Scaliger*, Dolabellae statuae hinc *Munso verm. Abhdlgen p.* 245, Dolabellae atque inde *Döllenius Beitr. p.* 132, Dolabellae atque dehinc *Lachmann*. Dolobella ς.

et pater armenti capto eripiatur agello,
ipsi deinde lares, si quod spectabile signum.
[si quis in aedicula deus unicus. haec etenim sunt
pro summis, nam sunt haec maxima. despicias tu]
forsitan inbellis Rhodios unctamque Corinthon
despicias merito; quid resinata iuuentus
cruraque totius facient tibi leuia gentis?
horrida uitanda est Hispania, Gallicus axis
Illyricumque latus; parce et messoribus illis,
qui saturant urbem circo scenaeque uacantem.
quanta autem inde feres tam dirae praemia culpae,
cum tenues nuper Marius discinxerit Afros?
curandum inprimis ne magna iniuria fiat
fortibus et miseris. tollas licet omne quod usquam est
auri adque argenti, scutum gladiumque relinques.
[et iaculum et galeam, spoliatis arma supersunt.]
quod modo proposui, non est sententia, uerum est;
credite me uobis folium recitare Sibyllae.
si tibi sancta cohors comitum, si nemo tribunal
uendit acersecomes, si nullum in coniuge crimen,
nec per conuentus et cuncta per oppida curuis
unguibus ire parat nummos raptura Celaeno,
tu licet a Pico numeres genus, altaque si te
nomina delectant, omnem Titanida pugnam

109. eripiatur **P**: eripietur ω. 111 *et* 112 *spurios iudicat* ***Manso*** *verm.* ***Abhdlgen*** *p.* 246. unus ***Heinecke*** *anim. p.* 34 ***Heinrich***, *qui* haec — maxima *eiciunt.* haecce tamen ***Pinzger*** *de uss. spur. p.* 17 *sq.* 112 *sq.* pro summis. bellos Rhodios unctamque *omissis quae interposita leguntur* ***C. F. Hermannus*** (***Rhein. Mus. N. F. VI*** *p.* 457 *sq.*). 113. inbellis *f*: inbell*s **P**, inbelles *p*. corinthon $f\varsigma$: chorinton **P**, chorinthon $pd\varsigma$, chorinto **S**, corintho *g*. 117. Illyricique ***N. Heinsius ad Ouid. her. XII***, 27. 118. turbam ***Dorleans ad Tacit. ann. XIV*** *p.* 730. 122. tollas $p\omega$: tolla* **P**. usquam ω: umquam **P**. 123. relinques *acdfg*ω: relinquens $P\varsigma$, relinquas ***Sb***. 124 *spurium esse uidit* ***Lachmann***. iaculum $P\varsigma$: iacula $p\omega$. 125. uerum est ***Pfgh***: est *om.* ω. sententia nostra *e cod. Scriuerii* ***Pinzger*** *de uss. spur. p.* 4. 126. Sybillae ***PS***. 131. tu ***PSgh***ς: lu *f*, tunc ω, tum $p\varsigma$.

inter maiores ipsumque Promethea ponas,
de quocumque uoles proauum tibi sumito libro.
quod si praecipitem rapit ambitio adque libido,
si frangis uirgas sociorum in sanguine, si te
delectant hebetes lasso lictore secures,
incipit ipsorum contra te stare parentum
nobilitas claramque facem praeferre pudendis.
omne animi uitium tanto conspectius in se
crimen habet, quanto maior qui peccat habetur.
quo mihi te solitum falsas signare tabellas
in templis quae fecit auus statuamque parentis
ante triumphalem? quo, si nocturnus adulter
tempora Santonico uelas adoperta cucullo?
Praeter maiorum cineres adque ossa uolucri
carpento rapitur pinguis Lateranus, et ipse,
ipse rotam astringit multo sufflamine consul,
nocte quidem, sed luna uidet, sed sidera testes
intendunt oculos. finitum tempus honoris
cum fuerit, clara Lateranus luce flagellum
sumet et occursum nusquam trepidabit amici
iam senis, ac uirga prior annuet adque maniplos
soluet et infundet iumentis hordea lassis.
interea dum lanatas robumque iuuencum
more Numae caedit Iouis ante altaria, iurat
solam Eponam et facies olida ad praesepia pictas.

133. ponas *bcς*: po⋆nas ***P***, pingas *padfghω*. 135. ambitus *ς*. 139. preferre ***P***. pudendis *pω*: puendis ***P***. 140. tanto *pω*: tanta ***P***. 142 ***Priscian. XVIII***, 30, 292 *p.* 1208. signare tabellas *pω* ***Priscian.***: signa⋆⋆bellas ***P***. 147. Lateranus ***PSgh***: Damasippus *pω* ‘Lateranus siue Damasippus’ *schol.* 167. ‘Damasippus scilicet’ *schol.* 179. 151. lateranus ***Pg***: Damasippus *ω*. 152. nusquam *dfς*: numquam ***Pω***. 154. ordea *fgς*. 155. robumque ***S***: rubumque *gh*, probumque *f*, toruumque ***Pω***, ‘*uetustissimi codd. habent* rursusque iuuencum’ *Valla*. 157. Eponam ***Sfg***: ⋆ponam ***P***, yponam *pbcdω*, iponam *ahς*, hiponam *ς*. facies *pω*: facie⋆ ***P***.

sed cum peruigiles placet instaurare popinas,
obuius adsiduo Syrophoenix udus amomo
currit, Idumaeae Syrophoenix incola portae,
hospitis adfectu dominum regemque salutat,
et cum uenali Cyane succincta lagona.
defensor culpae dicet mihi "fecimus et nos
haec iuuenes." esto. desisti nempe, nec ultra
fouisti errorem. breue sit quod turpiter audes,
quaedam cum prima resecentur crimina barba,
indulge ueniam pueris. Lateranus ad illos
thermarum calices inscriptaque lintea uadit
maturus bello Armeniae Syriaeque, tuendis
amnibus et Rheno atque Istro; praestare Neronem
securum ualet haec aetas. mitte ostia, Caesar,
mitte, sed in magna legatum quaere popina.
inuenies aliquo cum percussore iacentem,
permixtum nautis et furibus ac fugitiuis,
inter carnifices et fabros sandapilarum
et resupinati cessantia tympana galli.
aequa ibi libertas, communia pocula, lectus
non alius cuiquam, nec mensa remotior ulli.

159 *post* 160 *ponit b.* obuius adsiduo Syrophoenix incola portae *f codd. Gaibacensis* 2. *Gothanus* 1. *omissis ceteris. prob. C. F. Hermannus de codd. Iuuen. p.* 19. adsiduo⋆ *P*, Assyrio *Dorleans ad Tacit. ann. II p.* 287. *C. Valesius.* udus *ω*: u⋆us *P*, unctus *pςv cf. N. Heinsius ad Ouid. a. a. I*, 76. *fast. V*, 340. 160. Idumaeae *ω*: ydimee *PSd*, Idimeae *gh*. 162. cyane *pω*: cyan⋆ *P*. logona *P*, laguna *gh*, laguena *f*, lagoena *p*, lagena *ω*. 163. dicet *pω*: dic⋆t *P*, dicit *dhς*. 165. fouisti⋆ *P*. 167. lateranus *PSg* 'Lateranus, *in quibusdam legitur* Damasippus.' *Valla*: Damasippus *ωΣ*. 168. thermarum *pω*: termarum *P*. inscriptaque *pω*: scriptaque *Pcς*. 170. hreno *P*. histro *Pfghς*. prestare *P*. 171. haec ostia *ahς*, hostia *Pbdgς*. 174. aut — aut *adω*. 175. 'si SANDALIORVM sutores — si SARDANAPALLOS infamis hominis nomen est, si SANDAPILARVM' *schol.* '*sunt qui legant* fabrum sardanapallum' *Valla*. flabros *Bon. Vulcanius ex glossa Isidori*: 'flabri, fabulosi, uentosi, perfecti.'

quid facias talem sortitus, Pontice, seruum?
nempe in Lucanos aut Tusca ergastula mittas.
at uos, Troiugenae, uobis ignoscitis, et quae
turpia cerdoni, Volesos Brutumque decebunt.
Quid si numquam adeo foedis adeoque pudendis
utimur exemplis, ut non peiora supersint?
consumptis opibus uocem, Damasippe, locasti
sipario, clamosum ageres ut phasma Catulli;
Laureolum uelox etiam bene Lentulus egit,
iudice me dignus uera cruce. nec tamen ipsi
ignoscas populo; populi frons durior huius,
qui sedet et spectat triscurria patriciorum,
planipedes audit Fabios, ridere potest qui
Mamercorum alapas. quanti sua funera uendant,
quid refert? uendunt nullo cogente Nerone,
nec dubitant celsi praetoris uendere ludis.
finge tamen gladios inde atque hinc pulpita poni,
quid satius? mortem sic quisquam exhorruit, ut sit
zelotypus Thymeles, stupidi collega Corinthi?
res haut mira tamen citharoedo principe mimus
nobilis. haec ultra quid erit, nisi ludus? et illic
dedecus urbis habes, nec myrmillonis in armis,

179. Regule *g*, ‘Regule, *sunt qui legant* Pontice.’ ***Valla***, regulae *suprascr.* ‘potentiae’ *h*. 182. Volesos *ω*: Volsos ***P***, Volusos *ς* *cf.* ***N. Heinsius ad Ouid. epp. III***, 2, 105. 183. quid *pω*: quod ***P***. 186. sipario ***PS***: siphario *ω*. 187 ***Priscian. III***, 7, 41 *p.* 617. uelox etiam *pω* ***Priscian.***: uelox iam ***P***. 190. triscurria ***PSgω***: triscuria *dfhς*, trascurria ***I. Scaliger de emend. tempp. V*** *p.* 449. ***ad Catull.*** *p.* 14. ***Eremita***, strictoria ***Is. Vossius ad Catull.*** *p.* 55 *sq.* ‘strictoria, *στιχάρια*’ ***gloss. H. Steph.*** *p.* 203, tricharia ***Petitus ad legg. Att.*** *p.* 329. spectans discrimina ***Withofius coni. I*** *p.* 119 *sq.* patri⋆ciorum ***P***. 192. munera ***Dobree aduu. II*** *p.* 387. 194 ***spurium censet Ruperti***, *cf.* ***Pinzger de uss. spur.*** *p.* 18. Celsi *ς*. praetores *fv*, praetores cernere ***Iacobs*** (***Matthiae misc. phil. I*** *p.* 83 *sq.*). 195. poni ***P Sterke actt. soc. Traiect. I*** *p.* 174 *sq.* ***Ruperti***: pone *pω*. 196. si *dfgς*. 198. haut *pω*: aut ***PSfς***. mimus ***PΣfg***: natus *ω* ***Io. Saresberiensis policr. I***, 7. 199. illic ***Pω***: illuc *afς*, illud *ς*. ludus et illic ***Arndt progr. Raceburg.*** *a.* 1826 *p.* ***VIII***. at illud ***Heinrich***. 200. de⋆decus ***P***. et illud — habus? ***Heinrich secundis curis***. myrmillonis ***Pf***: mirmillonis ***Sω***.

nec clipeo Gracchum pugnantem aut falce supina.
damnat enim tales habitus, et damnat et odit,
nec galea faciem abscondit. mouet ecce tridentem,
postquam uibrata pendentia retia dextra
nequiquam effudit, nudum ad spectacula uoltum
erigit et tota fugit agnoscendus harena.
credamus tunicae, de faucibus aurea cum se
porrigat et longo iactetur spira galero.
ergo ignominiam grauiorem pertulit omni
uulnere cum Graccho iussus pugnare secutor.

Libera si dentur populo suffragia, quis tam
perditus, ut dubitet Senecam praeferre Neroni,
cuius supplicio non debuit una parari
simia nec serpens unus nec culleus unus?
par Agamemnonidae crimen, sed causa facit rem
dissimilem; quippe ille deis auctoribus ultor
patris erat caesi media inter pocula, sed nec
Electrae iugulo se polluit aut Spartani
sanguine coniugii, nullis aconita propinquis
miscuit, in scena numquam cantauit Orestes,
Troica non scripsit. quid enim Verginius armis
debuit ulcisci magis, aut cum Vindice Galba,
quod Nero tam saeua crudaque tyrannide fecit?
haec opera atque hae sunt generosi principis artes,
gaudentis foedo peregrina ad pulpita cantu

201. Gracc*um *P*. aut pugnantem *adfς*. supinat *e codd. G. Canterus nou. lectt. IIII*, 12. 202 *spurium censent Ruperti, Paldamus (Zeitschr. f. Alterth. Wiss.* 1838 *p.* 1144). *Heinrich.* et *pω Pinzger de uss. spur. p.* 18: sed *P.* et spernit et odit *Orellius.* 203. galea *pω:* galeam *P.* frontem *dς*. 204. uibrata *pω:* bibrata *P*, librata *aς*. 205. effu*dit *P*. uoltum *P:* uultum *p*. 206. adgnoscendus *g*. 212. perferre *P*. 214. culleus *abfg:* culle*us *P*. 216 *sq*. quippe — pocula *Seruius ad Verg. Aen. XI*, 268. deis *P:* diis *p*. 221. Verginius *abdς:* Vergenius *p*, Virginius *ω*, Virgilius *PSf*. 222. galba *p:* galua *P*. 223. quod *Maduig opp. II p.* 199 *sq.:* quid *Pω*. tyrannide *pω:* tyrannice *P*. 225 *Priscian. VIII*, 11, 59 *p.* 817. gaudentes *Priscian.* cantu *Pg Priscian.*: saltu *ω*.

prostitui Graiaeque apium meruisse coronae.
maiorum effigies habeant insignia uocis,
ante pedes Domiti longum tu pone Thyestae
syrma uel Antigonae seu personam Menalippes
et de marmoreo citharam suspende colosso.
quid, Catilina, tuis natalibus atque Cethegi
inueniet quisquam sublimius? arma tamen uos
nocturna et flammas domibus templisque paratis,
ut Bracatorum pueri Senonumque minores,
ausi quod liceat tunica punire molesta.
sed uigilat consul uexillaque uestra coercet.
hic nouus Arpinas, ignobilis et modo Romae
municipalis eques, galeatum ponit ubique
praesidium attonitis et in omni monte laborat.
tantum igitur muros intra toga contulit illi
nominis ac tituli, quantum in Leucade, quantum
Thessaliae campis Octauius abstulit udo
caedibus adsiduis gladio; set Roma parentem,
Roma patrem patriae Ciceronem libera dixit.
Arpinas alius Volscorum in monte solebat
poscere mercedes, alieno lassus aratro;
nodosam post haec frangebat uertice uitem,
si lentus pigra muniret castra dolabra.
hic tamen et Cimbros et summa pericula rerum
excipit, et solus trepidantem protegit urbem,

226. graiaeque *pω*: grataeque ***Pgς***. 228. thyestae *p*: tyestae ***P***. 229. Antigonae s. personam ***P***: Antigonae tu personam *fς*, Antigones tu personam *ω*. Menalippes *pω*: Menalippis ***Ph***, Menalippi ***Σfς***. 230. chitaram ***P***, chitharam *p*. 231. catillina ***P***. 232. inueniet⋆ ***P***. 233. paratis ***Pς***: parastis *ω*. 234. bracatorum ***PSfg***: braccatorum *ω*. 235. ausi *ω*: au⋆si ***P***, aut si ***S***, et si *f*. deceat *ς*. 239. 'MONTE — legitur et PONTE' *schol.* monte *fg*: ⋆⋆nte ***P***, mente *h*, gente *pω*. 241. ac ***Pω***: et *ς*. quantum in Leucade ***PSfgh***, quantum non Leucade *pω*. *an* sibi? Leucate *d*. 244 *Seruius ad Verg. Aen. VI*, 612. *schol. Lucani VIII*, 732, '*et Iuuenalis:* et patrem patriae Ciceronem libera dixit Roma.' 245. Vulscorum *gς*.

adque ideo, postquam ad Cimbros stragemque uolabant
qui numquam attigerant maiora cadauera corui,
nobilis ornatur lauro collega secunda.
plebeiae Deciorum animae, plebeia fuerunt
nomina: pro totis legionibus hi tamen et pro
omnibus auxiliis adque omni pube Latina
sufficiunt dis infernis terraeque parenti;
pluris enim Decii, quam quae seruantur ab illis.
ancilla natus trabeam et diadema Quirini
et fasces meruit regum ultimus ille bonorum.
prodita laxabant portarum claustra tyrannis
exulibus iuuenes ipsius consulis et quos
magnum aliquid dubia pro libertate deceret,
quod miraretur cum Coclite Mucius et quae
imperii fines Tiberinum uirgo natauit.
occulta ad patres produxit crimina seruus
matronis lugendus; at illos uerbera iustis
adficiunt poenis et legum prima securis.

Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis
Aeacidae similis Vulcanique arma capessas,
quam te Thersitae similem producat Achilles.
et tamen ut longe repetas longeque reuoluas
nomen, ab infami gentem deducis asylo:
maiorum primus quisquis fuit ille tuorum,
aut pastor fuit aut illud quod dicere nolo.

251. adeo *Eremita.* 254. plebeie *PS.* 256. adqu⋆e *P.* pube *PSghς:* plebe *ω.* 257. dis *P:* diis *p.* 258 *spurium censet Dobree aduu. II. p.* 387. quam qui *ς.* 260. ultimus *pω:* alti⋆mus *P.* 264. Choclite *P.* Mutius *fgς.* et — natauit *Seruius ad Verg. Aen. VIII,* 474. *XI,* 598. 266. occulta *pω:* occult⋆ *P.* produxit *P:* eduxit *ω.* 267. at *pω:* ad *Pf.* 268. legum poenis et *Ruperti.* 269. thersites *pω:* th⋆⋆sites *P.* 270. Vulcani *Pς:* Volcani *g,* Vulcania *pω.* 272 *sq. Seruius ad Verg. Aen. VIII,* 342. *mythogr. Vatic. I,* 60. 273. asy⋆lo *P.* 274 *sq. schol. Lucani I,* 93: ᶜ*unde Iuuenalis:* primusque tuorum aut — nolo᾽. *schol. Lucani VII,* 438: ᶜ*Iuuenalis:* quisquis primus fuit — nolo᾽.

SATVRA VIIII.

Scire uelim quare totiens mihi, Naeuole, tristis
occurras fronte obducta ceu Marsya uictus.
quid tibi cum uultu, qualem deprensus habebat
Rauola, dum Rhodopes uda terit inguina barba?
nos colaphum incutimus lambenti crustula seruo.
non erit hac facie miserabilior Crepereius
Pollio, qui triplicem usuram praestare paratus
circumit et fatuos non inuenit. unde repente
tot rugae? certe modico contentus agebas
uernam equitem, conuiua ioco mordente facetus
et salibus uehemens intra pomeria natis.
omnia nunc contra, uultus grauis, horrida siccae
silua comae, nullus tota nitor in cute, qualem
Bruttia praestabat calidi tibi fascia uisci,
sed fruticante pilo neglecta et squalida crura.
quid macies aegri ueteris, quem tempore longo
torret quarta dies olimque domestica febris?

Sat. VIIII. Querela Neuoli de rege inpudico *P.*

1. totiens *P*: toties *p*. neuole *P*, noeuole *p*, nebulo *Σ*. 2 *Priscian. VII*, 2, 4 *p*. 729. occuras *P*. ceu Marsya uictus *Priscian. de uss. Aen.* 6 *p*. 1244 *P*. 69 *L. myth. Vatic. I*, 125. Marsia *Sω*. 3. quid mihi *Cramerus ad schol. p*. 356. depraehensus *P*. 4. rauola *et* rabula *S*. 5 *Seruius ad Verg. georg. III*, 360. *Aen. VII*, 115. *spurium iudicant Pinzger de uss. spur. p*. 11. *Heinrich*. lambenti *p*: labenti *P*. seruo *p*: s*** *P*. 6. erit *PSgς*: erat *pω*. 7. prestare *P*. 8. circumit *Pad.* 9. ruge *P*, rugas *N. Heinsius ad Ouid. her. XII*, 84. certa* *P*. 14. Bruttia praestabat calidi tibi fascia uisci *Salmasius ad Tertull. de pall. p*. 243: Brustia prestabat calidi circum fascia uisci *P*, bruccida praestabat calidi tibi fascia uisci *cod. secundae notae Latiniac. apud Pithoeum*, praestabat calidi circumlita fascia uisci *ω*, *sed simul* bruttia praestabat calida tibi fascia uisci *d in marg., h inter* 11 *et* 12. *de g nihil adnotatum habeo, de quo idem tradit Achaintre.* 15 *Priscian. VIII*, 14, 79 *p*. 828. fruticante *pωΣ Priscianus*: fructificante *PScς*. crura *pω*: cruro *P*. 17. torquet *ς Wakefield ad Lucret. III*, 930.

depraendas animi tormenta latentis in aegro
corpore, depraendas et gaudia; sumit utrumque
inde habitum facies. igitur flexisse uideris
propositum et uitae contrarius ire priori.
nuper enim, ut repeto, fanum Isidis et Ganymedem
Pacis et aduectae secreta palatia Matris
et Cererem — nam quo non prostat femina templo? —
notior Aufidio moechus scelerare solebas,
quodque taces, ipsos etiam inclinare maritos.
"Vtile et hoc multis uitae genus, at mihi nullum
inde operae pretium. pingues aliquando lacernas,
munimenta togae, duri crassique coloris
et male percussas textoris pectine Galli
accipimus, tenue argentum uenaeque secundae.
fata regunt homines, fatum est et partibus illis,
quas sinus abscondit. nam si tibi sidera cessant,
nil faciet longi mensura incognita nerui,
quamuis te nudum spumanti Virro labello
uiderit et blandae adsidue densaeque tabellae
sollicitent, *αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα κίναιδος.*

18 *sqq.* deprendas — facies *schol. Stat. Achill. I*, 617. depraendas ***Pf:*** deprehendas *acdς.* aequo *schol. Stat.* 19. utrumque ***Pω:*** utrimque *pfg.* 22. Ganymedem ***Pω:*** ganimeden *g*, ganimedes *f*, Ganymedis *Valla.* 23. salacia ***H. Valesius.*** 25. Vrsidio ***H. Valesius.*** scelerare ***P:*** celebrare *ω* ***N. Heinsius ad Ouid. met. IV***, 46. 26. quodque taces ***PSfg:*** quodque tacet *h*, quod taceo atque *ω*, quod taceo atque etiam inclinare *ς.* 27. uite ***P.*** at *pω:* ad ***P***, ac *h.* nullum *pω:* nullo ***P.*** 28. opere ***P.*** 'in alio PINGVES' *schol.* 29. solocis ***H. Valesius.*** 31. tenue *pω:* tenuem ***P.*** 33. cessant ***Pω:*** cessent *padς.* 36. adsidue *g:* assidue *ω*, adsiduae ***Pς.*** 37. *αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα κίναιδος* ***Pithoeus:*** *αυτος γαρ εφελκετει αναγα* ***CINAIΔOC P,*** 'SOLLICITENT. ipse ad se trahit' *schol.*, *αυτος γαρ εφεακε ται ανορα κιναιδος g*, *ΔΥΤΟC ΓΑΡ ΕΦΕΔΚΕΤΑΙ ΑΝaΡΑ ΚΙΝΑΙΔΟC h suprascr.* 'mores dulces uiri mollis', *ΔΙΤΟC RaΡΕ ΦΕΔΚΕΤΕΝaΡa ΚΙΝaΙΔΟC cod. Dresdensis D* 153, *αοηθος τας ηφεαρισινιλος f*, *aΙΤΟC ΓΔΙΚΟΥ ΑΝaΡΑ ΚΙΝΑΙΔΟC d suprascr.* 'mores dulces uiri molles', *aΙΘΟC ΓΔΙΚΟC aΝΔΡa ΚΙΝΕΔΟC a*, *ΑΥΘΟC. ΤΑΥ.*

quod tamen ulterius monstrum, quam mollis auarus?
'haec tribui, deinde illa dedi, mox plura tulisti.'
computat ac ceuet. ponatur calculus, adsint
cum tabula pueri, numera sestertia quinque
omnibus in rebus, numerentur deinde labores.
an facile et pronum est agere intra uiscera penem
legitimum atque illic hesternae occurrere cenae?
seruus erit minus ille miser, qui foderit agrum,
quam dominum. sed tu sane tenerum et puerum te
et pulchrum et dignum cyatho caeloque putabas.
uos humili adseculae, uos indulgebitis umquam
cultori, iam nec morbo donare parati?
en cui tu uiridem umbellam, cui sucina mittas
grandia, natalis quotiens redit aut madidum uer
incipit et strata positus longaque cathedra
munera femineis tractat secreta kalendis!
dic, passer, cui tot montis, tot praedia seruas
Apula, tot miluos intra tua pascua lassas?
te Trifolinus ager fecundis uitibus implet
suspectumque iugum Cumis et Gaurus inanis —
nam quis plura linit uicturo dolia musto? —;

KOY. ANΔPA. KINHaOC bc suprascr. 'mores dulces uiri mollis.' *similia ω, graeca om. ς.* 'Prouerbium erat de catamitis dictum: dulces sunt mores i. faciles et flexibiles uiri mollis. unus pes deest uersui graeco, quem magister hiericus scire non potuit.' *schol. adh.* *αὐτὸν γὰρ ἐφέλκεται ἄστρα κίναιδον* **Schurzfleisch,** *λιτὸς δ' ἀφελής τ' ἔφυ ἀνδροκίναιδος uel ἦθος δ' ἀφελὲς πέλει ἀνδρὶ κιναίδῳ* **I. Scaliger in epistola ad P. Danielem inedita bibliothecae Bernensis.** 39. 'HAEC TRIBVI. D. in alio TVLISTI' *schol.* 40—150 *om. f.* ac ceuet ***PS:*** et ceuet *gh*, atque ceuet *ς*, atque cauet *ω*. 46. tenerum ***PSg:*** tener *pω*. 48. adseculae ***Pdgς:*** asseculae *ω*. 50. en cui tu *ω:* en cultu ***P***, in cultu ***S***. 53 ***Seruius ad Verg. Aen. VIII***, 638. tractat *g* ***Seruius C. Valesius:*** tractas ***Pω***, tradas ***Heinecke anim. p.*** 93. 55. lassas *gh* ***M. Haupt:*** lassos ***PSω***. 56. Tripholinus *ς*. 57. subiectumque ***Heinrich.*** Gaurus in imis ***E. G. Weberus.*** in annis ***Reisigius apud eundem.*** 58 ***Priscian. X, 7, 38 p.*** 898.

quantum erat exhausti lumbos donare clientis
iugeribus paucis! meliusne hic rusticus infans,
cum matre et casulis et conlusore catello,
cymbala pulsantis legatum fiet amici?
'improbus es, cum poscis,' ait. sed pensio clamat
'posce!' sed appellat puer unicus, ut Polyphemi
lata acies, per quam sollers euasit Ulixes.
alter emendus erit, namque hic non sufficit, ambo
pascendi. quid agam bruma spirante? quid, oro,
quid dicam scapulis puerorum aquilone Decembri
et pedibus? durate adque exspectate cicadas?
uerum, ut dissimules, ut mittas cetera, quanto
metiris pretio, quod, ni tibi deditus essem
deuotusque cliens, uxor tua uirgo maneret?
scis certe, quibus ista modis, quam saepe rogaris
et quae pollicitus. fugientem saepe puellam
amplexu rapui; tabulas quoque ruperat et iam
signabat, tota uix hoc ego nocte redemi
te plorante foris. testis mihi lectulus et tu,
ad quem peruenit lecti sonus et dominae uox.
instabile ac dirimi coeptum et iam paene solutum
coniugium in multis domibus seruauit adulter.
quo te circumagas? quae prima aut ultima ponas?
nullum ergo meritum est, ingrate ac perfide, nullum,

59 *sq.* ***Priscian. VII***, 6, 25 *p.*742: '*Dicitur tamen et* hoc iugus, iugeris, *unde Iuuenalis in IIII*: iugeribus paucis lumbos donare clientis.' 60. meliorne ς. hic *om.* ς. 61. casulis *pω*: caculis ***P***, catulis *cod. Monacensis* 408. conlusore ***PSg***: cum lusore *ω*. 62. legatum ***Pg*** *Lipsius epp. quaestt. IV*, 25: legatus *ω*. 63. est —poscit ***P*** *cod. Monacensis* 408. ais ς. pusio ***N.*** *Heinsius ad Ouid. met. III*, 454. 64. appellit *Schreuelius*. polyphoemi ***P***. 65. ulixes ***PSg***ς. 67. spirante quid euro? *Slothouwer* (*actt. soc. Trai. III p.*192 *sq.*). 68. aquilone Decembri ***P***: aquilone decreui *gh*, mense Decembri *ω*. 79. etiam ***P***. paene *ω*: pene ***PS***, pane *g*. 79 *sq. eici iussit Pinzger de uss. spur. p.*11. 80. seruabit ς.

quod tibi filiolus uel filia nascitur ex me?
tollis enim et libris actorum spargere gaudes
argumenta uiri. foribus suspende coronas,
iam pater es, dedimus quod famae opponere possis,
iura parentis habes, propter me scriberis heres,
legatum omne capis nec non et dulce caducum;
commoda praeterea iungentur multa caducis,
si numerum, si tres impleuero." iusta doloris,
Naeuole, causa tui, contra tamen ille quid adfert?
"Neglegit adque alium bipedem sibi quaerit asellum.
haec soli commissa tibi celare memento,
et tacitus nostras intra te fige querellas;
nam res mortifera est inimicus pumice leuis.
qui modo secretum commiserat, ardet et odit,
tamquam prodiderim quidquid scio, sumere ferrum,
fuste aperire caput, candelam adponere ualuis
non dubitat; nec contemnas aut despicias, quod
his opibus numquam cara est annona ueneni.
ergo occulta teges, ut curia Martis Athenis."
o Corydon, Corydon, secretum diuitis ullum
esse putas? serui ut taceant, iumenta loquentur
et canis et postes et marmora. claude fenestras,
uela tegant rimas, iunge ostia, tollite lumen,
e medio iaceant omnes, prope nemo recumbat;
quod tamen ad cantum galli facit ille secundi,
proximus ante diem caupo sciet, audiet et quae

83. quot *S.* 84 *sq.* tollis — uiri *Seruius ad Verg. georg. II*, 502. titulis *Seruius.* actorum *P et Seruius:* fastorum *g*, astorum *h*, auctorum *ω*. aspergere *H. Valesius.* 91. neuole *P*, neuule *g*, ne uolet *S*, noeuole *p*. 92. neglegit *P:* nec legit *Sg*, negligit *ω*. 94. querellas *pg:* qu**rellas *P*. 98. ualuis *p:* ualbis *P*. 100. cara est *PgΣ:* careas *ω*. 104. canis *pω:* canes *P*. 105. hostia *bdhς*. tollite *Pg:* tollito *ω*. 106. iaceant *Ruperti:* taceant *P*, clament *ω*, clamant *ς*, claues *Schurzfleisch*, abeant *C. F. Hermannus de codd. Iuuen. p.* 19, face eant *M. Haupt.* 107. secundi *Pω:* secundum *gς*.

finxerunt pariter librarius archimagiri
carptores. quod enim dubitant componere crimen
in dominos, quotiens rumoribus ulciscuntur
baltea? nec deerit qui te per compita quaerat
nolentem et miseram uinosus inebriet aurem.
illos ergo roges quidquid paulo ante petebas
a nobis, taceant illi. sed prodere malunt
arcanum, quam subrepti potare Falerni,
pro populo faciens quantum Saufeia bibebat.
uiuendum recte est cum propter plurima, tunc est
idcirco ut possis linguam contemnere serui.
[praecipue causis, ut linguas mancipiorum
contemnas, nec lingua mali pars pessima serui.]
deterior tamen hic, qui liber non erit illis,
quorum animas et farre suo custodit et aere.
"Vtile consilium modo, sed commune, dedisti;
nunc mihi quid suades post damnum temporis et spes
deceptas? festinat enim decurrere uelox
flosculus angustae miseraeque breuissima uitae
portio; dum bibimus, dum serta unguenta puellas
poscimus, obrepit non intellecta senectus."
ne trepida, numquam pathicus tibi deerit amicus
stantibus et saluis his collibus, undique ad illos
conuenient et carpentis et nauibus omnes,

110. quid ς. 111 *sq.* quotiens — baltea *Seruius ad Verg. Aen.* X, 494. 116. po⋆tare *P.* 117. Saufeia *Pgh:* Laufela *pω.* bibebat *p:* uiuebat *P.* 118. est *om. ghς.* tum propter *dς.* tunc est *P cod. Monacensis* 408, tunc *gh*, tunc his *pς*, tum his *ω*, tum de his ς, tum uel *coniicias*, tunc et *Lachmann.* 119 *hic ponunt P cod. Monacensis* 408, *post* 122 *ω. spurium iudicarunt Pithoeus, Heinrich.* possis *P cod. Monacensis* 408 *bchς*, possim *ω.* 120 *et* 121 *spurios censeo.* 119. 124. 125 *spurios habuit Pinzger de uss. spur. p.* 11 *sq.* praecipue caue sis. ut—contemnas (nec—serui), deterior *Lachmann.* 121. nec *P:* nam *pω.* 122. illis *p:* illos *P.* 124. misi *v* [mihi?]. 127. misereque *P.* 130 *sqq.* numquam—caput *schol. Lucani VII*, 726. 132. conuenient *PΣω:* conueniunt *paghς schol. Lucani.*

qui digito scalpunt uno caput. altera maior
spes superest, tu tantum erucis inprime dentem.
"Haec exempla para felicibus; at mea Clotho
et Lachesis gaudent, si pascitur inguine uenter.
o parui nostrique Lares, quos thure minuto
aut farre et tenui soleo exorare corona,
quando ego figam aliquid, quo sit mihi tuta senectus
a tegete et baculo? uiginti milia fenus
pigneribus positis, argenti uascula puri,
sed quae Fabricius censor notet, et duo fortes
de grege Moesorum, qui me ceruice locatum
securum iubeant clamoso insistere circo.
sit mihi praeterea curuus caelator et alter,
qui multas facies pingit cito. sufficiunt haec,
quando ego pauper ero. uotum miserabile, nec spes
his saltem; nam cum pro me Fortuna rogatur,
adfixit ceras illa de naue petitas,
quae Siculos cantus effugit remige surdo."

134. inprime *pω*: inprima ***P***. *post* 134 ***P et cod. Monacensis*** 408 *inserunt*: gratus eris tu tantum erucis inprime dentem. 135. Clotho *p*: Cloto ***P***. 136. gaudent *ω*: gaude** ***P***, gaudet *p*. 137. thure ***PSω***: ture *gς* ᶜturs [ture] pollen, *μάννα*. tus, polline, *μάννᾳ*᾽ *gloss. H. Steph. p.* 219. 138. exornare *ς*. 139. figam *pω*: fiam ***P***. quod ***Sgς***. 140 *sq*. uiginti—positis ***Priscian. VI,*** 17, 89 *p.* 721. 141. pigneribus ***P Priscianus***: pignoribus *ω*. 142. quam ***S***. 143. Moesorum *pω*: Mosorum ***P***, Medorum *ς*. locatum ***Heinrich***: locata ***PωΣ***. 145. celator ***P***. 146. multas *pω*: multa ***P***, maltha ***Pithoeus, Salmasius exercc. Plin. p.*** 1096, mutas ***Cramerus ad schol. p.*** 471. pingit ***Pς***: pingat *ω*, fingit *ς*. sufficient *ς*. 149. affigit *adhς*. 150. effugit *pω*: et fugit ***P***.

I. I. SAT. lib. III. explicit. Incipit lib. IIII saturarum feliciter saturarum ***P***.

D. IVNII IVVENALIS
SATVRARVM

LIBER QVARTVS.

SATVRA X.

Omnibus in terris, quae sunt a Gadibus usque
Auroram et Gangen, pauci dinoscere possunt
uera bona adque illis multum diuersa, remota
erroris nebula. quid enim ratione timemus
aut cupimus? quid tam dextro pede concipis, ut te
conatus non paeniteat uotique peracti?
euertere domos totas optantibus ipsis
di faciles; nocitura toga, nocitura petuntur
militia; torrens dicendi copia multis
et sua mortifera est facundia, uiribus ille
confisus periit admirandisque lacertis.
sed plures nimia congesta pecunia cura

Sat. X. De uotis contrariis *P.*

1. omnibus—Gadibus *schol. Lucani III*, 279. 2. Gangem ς. pauci—bona *Seruius ad Verg. georg. II*, 461. dinoscere *Pω Seruius Oudendorp. ad Apul. met. IX p.* 604: discernere *aς*. 5. quid tu *Schurzfleisch.* dextro Ioue *Turnebus aduu. XXIX*, 35. concipis *Pfg*: concupis *ω Oudendorp. ad Apul. met. VIII p.* 585. 6. peniteat *Pf*. 7. domus *bcfς*. op*tantibus *P*, operantibus *cod. Bernensis* 61, *cod. Rittershusii apud Scioppium uerisim. IV*, 10. 9. et torrens *ω*. 11. periit *ω*: perit *Pf*. admirandusque ς. 12*sq. schol. Lucani I*, 167. pluris *f*.

strangulat et cuncta exuperans patrimonia census,
quanto delphinis ballaena Britannica maior.
temporibus diris igitur iussuque Neronis
Longinum et magnos Senecae praediuitis hortos
clausit, et egregias Lateranorum obsidet aedes
tota cohors, rarus uenit in cenacula miles.
pauca licet portes argenti uascula puri,
nocte iter ingressus gladium contumque timebis
et motae ad lunam trepidabis harundinis umbras;
cantabit uacuus coram latrone uiator.
prima fere uota et cunctis notissima templis
diuitiae, crescant ut opes, ut maxima toto
nostra sit arca foro. sed nulla aconita bibuntur
fictilibus; tunc illa time, cum pocula sumes
gemmata et lato Setinum ardebit in auro.
iamne igitur laudas, quod de sapientibus alter
ridebat, quotiens de limine mouerat unum
protuleratque pedem, flebat contrarius auctor?
sed facilis cuiuis rigidi censura cachinni;
mirandum est, unde ille oculis suffecerit umor.
perpetuo risu pulmonem agitare solebat
Democritus, quamquam non essent urbibus illis
praetexta et trabeae fasces lectica tribunal.
quid si uidisset praetorem curribus altis
exstantem et medii sublimem puluere circi

13. exuperans *Pd.* 14 *Priscian. VI,* 25 *p.* 689. ballena *adfg,* ba*lena* *P.* brit*anica *P,* brittanica *Sfg.* 16. Longini *Ruperti.* prae diuitiis *P.* hortos *pω:* hor*os *P.* 21. mota *S.* harundinis *Pfg.* umbras *Padfς:* umbram *ω.* 22. cantabit uacuus *schol. Lucani VIII,* 19. 24. diuitiae et crescant *Iacobs* (*Matthiae misc. phil. I p.* 84). 25 *sq.* sed — fictilibus *Priscian. VIII,* 2, 10 *p.* 788. 29. de limine *P:* a limine *ω* *Oudendorp. ad Caes. b. Gall. II,* 24. 30. auctor *Pgh:* alter *ω.* 31. cuiuis *pω:* cuius *P.* 32. umor *Pfg.* 34. essent *Pω:* esset *gς.* 35. trabeae *p:* rabeae *P.* 36. in curribus *ς.* 37. extantem *g:* stantem *dgς.* sublimem *ω* *Boissonade ad Herodian. p.* 297. *Pinzger de uss. spur. p.* 19 *sq.:* sublimen *P,* sublimem in *gς.* 37 *spurium iudicat Ruperti.*

in tunica Iouis, et pictae sarrana ferentem
ex umeris aulaea togae magnaeque coronae
tantum orbem, quanto ceruix non sufficit ulla.
quippe tenet sudans hanc publicus et, sibi consul
ne placeat, curru seruus portatur eodem.
da nunc et uolucrem, sceptro quae surgit eburno,
illinc cornicines, hinc praecedentia longi
agminis officia et niueos ad frena Quirites,
defossa in loculis quos sportula fecit amicos.
tum quoque materiam risus inuenit ad omnis
occursus hominum, cuius prudentia monstrat
summos posse uiros et magna exempla daturos
ueruecum in patria crassoque sub aere nasci.
ridebat curas, nec non et gaudia uulgi,
interdum et lacrimas, cum fortunae ipse minaci
mandaret laqueum mediumque ostenderet unguem.
ergo superuacua aut uel perniciosa petuntur:
propter quae fas est genua incerate deorum.

Quosdam praecipitat subiecta potentia magnae
inuidiae, mergit longa adque insignis honorum
pagina. descendunt statuae restemque sequuntur,
ipsas deinde rotas bigarum inpacta securis
caedit, et inmeritis franguntur crura caballis.
iam strident ignes, iam follibus atque caminis

38. in tunica Iouis *Seruius ad Verg. ecl. X, 27. myth. Vatic. III p.* 175. aut pictae—togae *Seruius ad Verg. georg. II,* 506. sarrana *Pω:* serrana *S.* 39. umeris *PSf.* aulea *P.* 40. quantum *bcς.* 47. tunc *fSς.* omnis *P:* omnes *pω.* 50. ueruecum *pω:* uerbecum *Pfg.* 52 *sq.* cum — unguem *schol. Pers. II,* 33. 54. aut uel *Döderlein Reden u. Aufs. II p.* 310 *sq. Kempfius obss. p.*49: aut *Pω*, uel *cod. Dresdensis D* 153, aut et *Schurzfleisch*, haec aut *edd.* ergo, superuacua aut ne perniciosa petantur, — incerare deorum? *Lachmann.* 55. incerate *Maduig. opp. II p.* 201: incerare *Pω.* 58. descendunt—sequuntur *Priscian. VII,* 10, 53 *p.*758. secuntur *acdghς.* 59. 'si INTACTA noua, si INPACTA percussa.' *schol.* 61. *Priscian. X,* 5, 29 *p.*893. strident *PSfς Priscian.:* stridunt *gω.*

ardet adoratum populo caput, et crepat ingens
Seianus, deinde ex facie toto orbe secunda
fiunt urceoli pelues sartago matellae.
pone domi laurus, duc in Capitolia magnum
cretatumque bouem, Seianus ducitur unco
spectandus. gaudent omnes. "quae labra, quis illi
uultus erat! numquam, si quid mihi credis, amaui
hunc hominem. sed quo cecidit sub crimine? quisnam
delator? quibus indicibus, quo teste probauit?"
'nil horum, uerbosa et grandis epistula uenit
a Capreis.' "bene habet, nil plus interrogo." sed quid
turba Remi? sequitur fortunam, ut semper, et odit
damnatos. idem populus, si Nortia Tusco
fauisset, si oppressa foret secura senectus
principis, hac ipsa Seianum diceret hora
Augustum. iam pridem, ex quo suffragia nulli
uendimus, effudit curas; nam qui dabat olim
imperium fasces legiones omnia, nunc se
continet adque duas tantum res anxius optat,
panem et circenses. "perituros audio multos."
'nil dubium, magna est fornacula, pallidulus mi
Brutidius meus ad Martis fuit obuius aram.
quam timeo, uictus ne poenas exigat Aiax

64. matellae *g* ***Boissonade ad Herodian. p.*** 295. ***Weber animaduu. p.*** 5 ***sqq.***: 'M. conchae breues aut uasa turpia'. ***schol.***, metellae *f*, patellae *Pω*. 65. laurus *Ph*: lauros *pω*. duc—bouem ***Seruius ad Verg. Aen. IX***, 628. 66. Seranus ducitur unco ***schol. Cruq. Hor. c. I***, 35, 20. Seranus *f*. 70. indicibus *Pω*: indiciis *pbς*. probauit *pω*: probabit *P*. 71. nil *pω*: nihil *P*. epistula *Pg*. 72 *sqq.* sed—damnatos ***schol. Cruq. Hor. c, I.*** 28, 25. 73. Remi *PSg*: tremens *ω* ***Oudendorp ad Apul. met. IIII p.*** 365, fremens *ς*, Remens ***N. Heinsius ad Ouid. fast. III***, 131. 74. norsia *P*, nyrtia *Σ*, nurtia *gh*, nutria *f*, Nursia *ω*. 76. ac ipa *fςS*. 78. effudit *PSg*: effugit *ω*. 81. panem *Pfg*: pan *pω*. perituros audio multos ***Priscian. XVIII***, 27, 284 *p.* 1205. 82. pallidulus mi *pω*: pallidus mihi *P*. 83. bruttidius *gh*. fugit ocius ***Dorleans ad Taciti ann. III p.*** 421.

ut male defensus! curramus praecipites et,
dum iacet in ripa, calcemus Caesaris hostem.
sed uideant serui, ne quis neget et pauidum in ius
ceruice obstricta dominum trahat.' hi sermones
tunc de Seiano, secreta haec murmura uulgi.
uisne salutari sicut Seianus, habere
tantundem, adque illi summas donare curules,
illum exercitibus praeponere, tutor haberi
principis augusta Caprearum in rupe sedentis
cum grege Chaldaeo? uis certe, pila cohortes,
egregios equites et castra domestica? quidni
haec cupias? et qui nolunt occidere quemquam,
posse uolunt. sed quae praeclara et prospera tanti,
ut rebus laetis par sit mensura malorum?
huius, qui trahitur, praetextam sumere mauis,
an Fidenarum Gabiorumque esse potestas
et de mensura ius dicere, uasa minora
frangere pannosus uacuis aedilis Ulubris?
ergo quid optandum foret, ignorasse fateris
Seianum; nam qui nimios optabat honores
et nimias poscebat opes, numerosa parabat
excelsae turris tabulata, unde altior esset
casus et impulsae praeceps immane ruinae.
quid Crassos, quid Pompeios euertit, et illum,
ad sua qui domitos deduxit flagra Quirites?
summus nempe locus nulla non arte petitus
magnaque numinibus uota exaudita malignis.

87. in ius *Pω*: intus *g*, in huius *f*, huius *bchς*. 88. obstricta *P*: adstricta *ω*. hii *P*. 90. habere *PSbgω*: haberi *pfς N. Heinsius ad Ouid. trist. I*, 8, 44, hauere *Lachmann*. 91. summas *Pg*: seclas *f*, sellas *ω*. 93. augusta *Pς*: angusta *fgω Arntzen. ad Plin. paneg. p.* 112. 94. chaldeo *P*. uis ducere pila *Scioppius uerisim. IIII*, 10. co*ohortes *P*, cohortis *fς*. 97. tanti *Pgς*: tantum *pfω*. 99. tra*hitur *P*.

ad generum Cereris sine caede ac uulnere pauci
descendunt reges et sicca morte tyranni.
Eloquium ac famam Demosthenis aut Ciceronis
incipit optare et totis quinquatribus optat,
quisquis adhuc uno parcam colit asse Mineruam,
quem sequitur custos angustae uernula capsae.
eloquio sed uterque perit orator, utrumque
largus et exundans leto dedit ingenii fons.
ingenio manus est et ceruix caesa, nec umquam
sanguine causidici maduerunt rostra pusilli.
"o fortunatam natam me consule Romam!"
Antoni gladios potuit contemnere, si sic
omnia dixisset. ridenda poemata malo,
quam te conspicuae, diuina Philippica, famae,
uolueris a prima quae proxima. saeuus et illum
exitus eripuit, quem mirabantur Athenae
torrentem et pleni moderantem frena theatri.
dis ille aduersis genitus fatoque sinistro,
quem pater ardentis massae fuligine lippus
a carbone et forcipibus gladiosque parante
incude et luteo Vulcano ad rhetora misit.
Bellorum exuuiae, truncis adfixa tropaeis
lorica et fracta de casside buccula pendens
et curtum temone iugum uictaeque triremis

112 *sq.* ***Seruius ad Verg. georg. II,*** 498. ac uulnere ***Pfς:*** et uulnere *ω*, ac sanguine ***gh,*** et sanguine *ς* ***Seruius Io. Saresberiensis policr. II,*** 15. ***N. Heinsius ad Claudian. Stilic. II,*** 16. 113. ac *bc.* 114. ac famam *pω:* aut famam ***P.*** 115. quinquatribus *pω:* quinqua**** ***P.*** 116. parcam ***P, Graeuius epp. IIII*** *p.* 193. ***N. Heinsius epp. IIII*** *p.* 194. 197. *ad* ***Ouid. fast. III,*** 829: partam *pω.* 119. leto ***P***: loeto *p.* 123 ***Priscian. VII,*** 4, 13 *p.* 735. ***XII,*** 5, 22 *p.* 946. 125. conspicue ***P.*** 131. paranti ***Pg.*** 132. tuto Vulcano ***Iacobs*** (***Matthiae misc. phil. I*** *p.* 84 *sq.*). uolcano *f.* 133. tropaeis ***Pag:*** trophaeis *pωΣ.* 134 *sqq.* et fracta — aplustre ***Seruius ad Verg. Aen. XI,*** 9. casside *pω:* c***de ***P.*** pendet ***Seruius.***

aplustre et summo tristis captiuos in arcu
humanis maiora bonis creduntur. ad hoc se
Romanus Graiusque et barbarus induperator
erexit, causas discriminis adque laboris
inde habuit. tanto maior famae sitis est quam
uirtutis; quis enim uirtutem amplectitur ipsam,
praemia si tollas? patriam tamen obruit olim
gloria paucorum et laudis titulique cupido
haesuri saxis cinerum custodibus, ad quae
discutienda ualent sterilis mala robora fici,
quandoquidem data sunt ipsis quoque fata sepulchris.
expende Hannibalem, quot libras in duce summo
inuenies? hic est quem non capit Africa Mauro
percussa Oceano Niloque admota tepenti,
rursus ad Aethiopum populos altosque elephantos.
additur imperiis Hispania, Pyrenaeum
transilit. opposuit natura Alpemque niuemque,
diducit scopulos et montem rumpit aceto.
iam tenet Italiam, tamen ultra pergere tendit.
"actum," inquit, "nihil est, nisi Poeno milite portas
frangimus et media uexillum pono Subura."

136. captiuos *P*. 137. haec *ς*. 138. et *Padfς*: ac *bcgω*. 143 *sq.* titulique — custodibus *Priscian. VII*, 7, 33 *p.* 748. 144. ad quae *pω*: atque *Pcf*. 145. robora *p in litura*. fici *Pς*: ficus *ω*. 146 *eici uoluit Pinzger de uss. spur. p.* 12. 147. quot *pω*: quod *Pfg*. 149. percussa *Pω*: perfusa *pgς*. 150 *Priscian. VI*, 5, 26 *p.* 689. prorsus *Freinshem. ad Flor. II*, 6, 2, uersus *H. Valesius*, furuos Aethiopum ad populos *Iacobs* (*Matthiae misc. phil. I p.* 85 *sq.*). altosque *P*: aliosque *ω Priscianus Weber animaduu. p.* 14 *sq.*, albosque *Plathner, Iacobs*. elefantos *Pf*. 151. pyraeneum *P*. 152 *Priscian. VII*, 10, 51 *p.* 757. adposuit — niuemque *schol. Lucani I*, 481. opposuit *Pω*: imposuit *Priscianus*, adposuit *schol. Luc.* 153. diducit *PSω*: deducit *f*, diduxit *ς*. et — aceto *schol. Lucani I*, 183. 255. rumpit *Padfς*: rupit *bcgω schol. Lucani. schol. Lucani IV*, 658 *apud Weber praef. p. XLI tamquam Iuuenalis laudat*: deductisque uiam scopulis sibi fecit aceto. 155. actum *Pς*: acti *fgω*. inquit *p*: inquid *Pfg*.

o qualis facies et quali digna tabella,
cum Gaetula ducem portaret belua luscum!
exitus ergo quis est? o gloria! uincitur idem
nempe et in exilium praeceps fugit adque ibi magnus
mirandusque cliens sedet ad praetoria regis,
donec Bithyno libeat uigilare tyranno.
finem animae, quae res humanas miscuit olim,
non gladii, non saxa dabunt, nec tela, sed ille
Cannarum uindex et tanti sanguinis ultor
anulus. i demens et saeuas curre per Alpes,
ut pueris placeas et declamatio fias!
unus Pellaeo iuueni non sufficit orbis,
aestuat infelix angusto limite mundi,
ut Gyari clausus scopulis paruaque Seripho;
cum tamen a figulis munitam intrauerit urbem,
sarcophago contentus erit. mors sola fatetur,
quantula sint hominum corpuscula. creditur olim
uelificatus Athos et quidquid Graecia mendax
audet in historia, constratum classibus isdem
suppositumque rotis solidum mare, credimus altos
defecisse amnes epotaque flumina Medo
prandente, et madidis cantat quae Sostratus alis.
ille tamen qualis rediit Salamine relicta,
in Corum atque Eurum solitus saeuire flagellis

158. getula *Pf.* 160. fugit *Pbcgς:* abit *adς.* habitatque ibi *f.* 162. iugulare *bcgς.* 164. non tela *adς.* 166. i *om. P,* a ς, o *cod. Vimariensis.* i saeuas *cod. Vim. Burmannus ad anth. Lat. I p.*510. 168. pelleo *Pf,* peleo *pς.* 170. gyare *Pf,* cyare *g.* clusus *g.* paruaue *H. Valesius.* 171. urnam *Dorleans ad Taciti ann. III. p.*329. 172. sarcofago *Sf.* 173. sunt *acdς.* hominis ς. creditur—mendax *schol. Lucani II,* 677 *ubi* olim *om.* 174 *sq.* uelificatus—historia *Priscian. VIII,* 7, 34 *p.*802. uelificatus Athos *Priscian. VIII,* 4, 20 *p.*794. 175. constratum *pω:* contractum *P.* idem *g.* 176. subpositum *f.* 177 *sq.* epotaque—prandente *Priscian. IX,* 9, 49 *p.*869. *XVIII,* 15, 132 *p.*1159. 180. chorum *PSω,* quorum *f.* saeuire *pω:* seruire *P.*

barbarus Aeolio numquam hoc in carcere passos,
ipsum conpedibus qui uinxerat Ennosigaeum —
mitius id sane. quid? non et stigmate dignum
credidit? huic quisquam uellet seruire deorum! —
sed qualis rediit? nempe una naue, cruentis
fluctibus ac tarda per densa cadauera prora.
has totiens optata exegit gloria poenas!
"Da spatium uitae, multos da, Iuppiter, annos!"
hoc recto uultu, solum hoc et pallidus optas.
sed quam continuis et quantis longa senectus
plena malis! deformem et taetrum ante omnia uultum
dissimilemque sui, deformem pro cute pellem
pendentisque genas et talis aspice rugas,
quales, umbriferos ubi pandit Thabraca saltus,
in uetula scalpit iam mater simia bucca.
plurima sunt iuuenum discrimina, pulchrior ille
hoc, atque ille alio, multum hic robustior illo;
una senum facies, cum uoce trementia membra
et iam leue caput madidique infantia nasi,
frangendus misero gingiua panis inermi.
usque adeo grauis uxori natisque sibique,
ut captatori moueat fastidia Cosso.
non eadem uini atque cibi torpente palato
gaudia. nam coitus iam longa obliuio, uel si

181. Aelio *P*. 183. quid? *Weber animm. p.* 16 *sq.*: quod *Pω*. quandoque et *Heinecke anim. p.* 97. 184. credidit *Pω*: crederet *pcdfhς*. 189 *spurium habet Heinrich*. hoc recto *ω*: hoc recto *P*, arrecto *Grotius ad eu. Luc.* 18, 13. hoc altus caelum intuens sonus hoc et pallidus optas *f*, hoc altus caelumque tuens hoc pallidus optas *codd. Iunii et Basileensis*, hoc altus caelumque tuens hoc e qoas *schol. a*. 191. taetrum *P*. 193. et aniles *N. Heinsius apud Burmannum ad anth. Lat. I p.* 516. 194. thabraca *PSgh*: tabracha *f*, Tabraca *ω*. 198. labra *fhς*. 199. madidique *pω*: madidaque *P*. 200. miseris *bς*. 202. captatori *pω*: captori *Ph*. moueat *pω*: moueant *P*. 204 *sq.* nam — neruus *Priscian. X*, 9, 54 *p.* 908.

coneris, iacet exiguus cum ramice neruus
et, quamuis tota palpetur nocte, iacebit.
anne aliquid sperare potest haec inguinis aegri
canities? quid, quod merito suspecta libido est,
quae Venerem adfectat sine uiribus. aspice partis
nunc damnum alterius. nam quae cantante voluptas,
sit licet eximius, citharoedo, situe Seleucus
et quibus aurata mos est fulgere lacerna?
quid refert, magni sedeat qua parte theatri,
qui uix cornicines exaudiet atque tubarum
concentus? clamore opus est, ut sentiat auris,
quem dicat uenisse puer, quot nuntiet horas.
praeterea minimus gelido iam in corpore sanguis
febre calet sola, circumsilit agmine facto
morborum omne genus, quorum si nomina quaeras,
promptius expediam quot amauerit Oppia moechos,
quot Themison aegros autumno occiderit uno,
quot Basilus socios, quot circumscribserit Hirrus
pupillos, quot longa uiros exorbeat uno
Maura die, quot discipulos inclinet Hamillus,
percurram citius quot uillas possideat nunc,
quo tondente grauis iuueni mihi barba sonabat.
ille umero, hic lumbis, hic coxa debilis, ambos
perdidit ille oculos et luscis inuidet, huius

205. coneris *pω Priscian*: conuersi ***P***, conetur *ς*. 207. aliquit ***g***. 211. citharoedo ***P***: cithaedo *f*, citharoedus *pω*. situe Seleucus *ω*: siue Seleuco ***P***, siue Seleucos ***g***, siuae eleuco coraules *f*, siue Seleucus *apς*. 214. cornichines ***PS***. exaudiet ***Pbg***: exaudiat *ω*. 216. quot *pω*: quod ***Pg***. 217. iam in corpore ***Pbcdfς***: iam corpore *aghω*. 220. quot *pω*: quod ***Pfg***. Oppia ***PSfς***: Eppia *ghΣ*, Yppia *aς*, Ippia *pcdς*, Hippia *ς*. 221. quot *pω*: quod ***Pfg***. *egros *p*. ' uno tutor ***P*** [*glossa ad* Hirrus]. 222. quot *pω*: quod ***Pfg***. basilius ***Sg***. quot *pω*: quod ***Pfg***. 223. quot *pω*: quod ***Pfg***. exorbeat ***PS***: exsorbeat *pω*. 224. Hamillus ***PSω***: amillus *bchς*, camillus *f*. 225. quot *pω*: quod ***Pfg***. 227. umero ***P***: humero *pω*.

pallida labra cibum accipiunt digitis alienis,
ipse ad conspectum cenae diducere rictum
suetus hiat tantum, ceu pullus hirundinis, ad quem
ore uolat pleno mater ieiuna. sed omni
membrorum damno maior dementia, quae nec
nomina seruorum nec uultum agnoscit amici,
cum quo praeterita cenauit nocte, nec illos,
quos genuit, quos eduxit. nam codice saeuo
heredes uetat esse suos, bona tota feruntur
ad Phialen; tantum artificis ualet halitus oris,
quod steterat multis in carcere fornicis annis.
ut uigeant sensus animi, ducenda tamen sunt
funera natorum, rogus aspiciendus amatae
coniugis et fratris plenaeque sororibus urnae.
haec data poena diu uiuentibus, ut renouata
semper clade domus multis in luctibus inque
perpetuo maerore et nigra ueste senescant.
rex Pylius, magno si quicquam credis Homero,
exemplum uitae fuit a cornice secundae.
felix nimirum, qui tot per saecula mortem
distulit adque suos iam dextra computat annos,
quique nouum totiens mustum bibit. oro, parumper
attendas, quantum de legibus ipse queratur
fatorum et nimio de stamine, cum uidet acris
Antilochi barbam ardentem, cum quaerit ab omni,
quisquis adest socius, cur haec in tempora duret,
quod facinus dignum tam longo admiserit aeuo.

229. capiunt ς. 230. caene *P*. diducere *Pg*: deducere *pω*. 231. ad quem *pω*: at quem *P*. 232. mater ieiuna *pω*: materiae luna *P*. 238. Phialen *PSgς*: Pialen *abcdω*, Pialem *fς*. oris *P*. 240. sunt *pω*: sint *P*. 241. funera natorum *pω*: funeratorum *P*. 245. paedore *Wakefield tragoed. del. I p.* 183. senescant *pω*: senescat *P*. 246. quiquam *P*. 251. queratur *P*. 253. Anthilochi *P*. cum *P*: nam *ω*. 254. socio ς. 255 *Seruius ad Verg. Aen. IX*, 497.

haec eadem Peleus, raptum cum luget Achillem,
adque alius, cui fas Ithacum lugere natantem.
incolumi Troia Priamus uenisset ad umbras
Assaraci, magnis sollemnibus, Hectore funus
portante ac reliquis fratrum ceruicibus inter
Iliadum lacrimas, ut primos edere planctus
Cassandra inciperet scissaque Polyxena palla,
si foret exstinctus diuerso tempore, quo non
coeperat audaces Paris aedificare carinas.
longa dies igitur quid contulit? omnia uidit
euersa et flammis Asiam ferroque cadentem.
tunc miles tremulus posita tulit arma tiara
et ruit ante aram summi Iouis, ut uetulus bos,
qui domini cultris tenue et miserabile collum
praebet ab ingrato iam fastiditus aratro.
exitus ille utcumque hominis, sed torua canino
latrauit rictu, quae post hunc uixerat, uxor.
festino ad nostros et regem transeo Ponti
et Croesum, quem uox iusti facunda Solonis
respicere ad longae iussit spatia ultima uitae.
exilium et carcer Minturnarumque paludes
et mendicatus uicta Carthagine panis
hinc causas habuere. quid illo ciue tulisset
natura in terris, quid Roma beatius umquam,
si circumducto captiuorum agmine et omni
bellorum pompa animam exhalasset opimam,
cum de Teutonico uellet descendere curru?

258. incolumi *P*: incolomi *pf*. 259. haectore *Pd*. 263. quo non *P*: quo iam *ω*. 266. et—cadentem *Seruius ad Verg. Aen. I*, 1. *schol. Stat. Achill. IIII*, 277. 274. iusti quem uox facunda *dfς*. iusti facunda *pω*: iustificanda *P*. uox mox iustificanda *susp. Pithoeus*. Salonis *bcς*. 276. paludes *pω*: paludis *P*. 278 *sq*. quid—terris *Priscian. VII*, 13, 68 *p*. 766. 280 *sq*. et—opimam *Priscian. XI*, 9, 33 *p*. 929. 282 *sq. schol. Lucani I*, 256. teutonico *pω*: te⁎tonico *P*, teu⁎tonico *f*.

prouida Pompeio dederat Campania febres
optandas, sed multae urbes et publica uota
uicerunt, igitur fortuna ipsius et urbis
seruatum uicto caput abstulit. hoc cruciatu
Lentulus, hac poena caruit ceciditque Cethegus
integer, et iacuit Catilina cadauere toto.

Formam optat modico pueris, maiore puellis
murmure, cum Veneris fanum uidet anxia mater,
usque ad delicias uotorum. "cur tamen," inquit,
"corripias? pulchra gaudet Latona Diana."
sed uetat optari faciem Lucretia qualem
ipsa habuit, cuperet Rutilae Verginia gibbum
accipere adque suam Rutilae dare. filius autem
corporis egregii miseros trepidosque parentes
semper habet. rara est adeo concordia formae
atque pudicitiae. sanctos licet horrida mores
tradiderit domus ac ueteres imitata Sabinos,
praeterea castum ingenium uultumque modesto
sanguine feruentem tribuat natura benigna
larga manu — quid enim puero conferre potest plus
custode et cura natura potentior omni? —
non licet esse uiro; nam prodiga corruptoris
improbitas ipsos audet temptare parentes.
tanta in muneribus fiducia. nullus ephebum
deformem saeua castrauit in arce tyrannus,
nec praetextatum rapuit Nero loripedem nec

284. moestae *Ruhnkenius ad Vell. Pat. II*, 48, 2, pullae *Herelius*. 287. Chethegus *P*. 288. Catilina *pω*: Catillina *P*. 292. conripias *g*. 293. optari⋆ *P*. 294. Verginia *acdς*: uirginea *PΣ*, uerginea *p*, Virginia *ω*. 295. ad quae *P*. 296. aegregii *P*. 299. Sabinos *Pfg*: Sabinas *ω N. Heinsius ad Ouid. am. II*, 4, 15. *Schrader obss. p.* 80. 300. modesto *Pg*: modestum *pω*. 301. sanguine *pω*: sanguinem *PS*. 303. custode⋆ *P*. 304. uiro *correxi*: uiros *Pbcgς*, uiris *adfω N. Heinsius ad Ouid. her. XIIII*, 104. 305. inprobitas *f*. temptare *Pfg*. 306. ephoebum *P*. 307. seua *P*. arc⋆e *P*. 308. loripedem uel *fς*.

strumosum atque utero pariter gibboque tumentem.
i nunc, et iuuenis specie laetare tui, quem
maiora exspectant discrimina. fiet adulter
publicus et poenas metuet quascumque maritis
iratis debet, nec erit felicior astro
Martis, ut in laqueos numquam incidat. exigit autem
interdum ille dolor plus quam lex ulla dolori
concessit; necat hic ferro, secat ille cruentis
uerberibus, quosdam moechos et mugilis intrat.
sed tuus Endymion dilectae fiet adulter
matronae; mox cum dederit Seruilia nummos,
fiet et illius, quam non amat, exuet omnem
corporis ornatum; quid enim ulla negauerit udis
inguinibus? siue est haec Oppia, siue Catulla
deterior: totos habet illic femina mores.
sed casto quid forma nocet? quid profuit immo
Hippolyto graue propositum, quid Bellerophonti?
erubuit nempe haec, ceu fastidita, repulso
nec Stheneboea minus quam Cressa excanduit, et se
concussere ambae. mulier saeuissima tunc est,
cum stimulos odio pudor admouet. elige quidnam
suadendum esse putes cui nubere Caesaris uxor

309. itero *C. Valesius.* 310. i nung et *PS:* i nunc ergo *g*, nunc ergo *pω.* 311. expectant *fg.* 312. metuit *P.* maritis iratis debet *Rigaltius:* mariti irati debet *P*, mariti irati debent *pdς*, mariti exigere irati debent *abcfgω*, mariti exigere ira potest *ς*, mariti irati faciunt *cod. Canteri nouu. lectt. III*, 6, maritis irati debent *Lipsius epp. quaestt. IV*, 25, mariti exigere irati *Gronouius obseruu. II*, 14. *Schurzfleisch*, maritus exigit iratus *Farnabius.* 317. *Phocas artis II*, 5 *p.*1693: 'Hic mugil, *sed Iuuenalis* hic mugilis *nominatiuum dixit*'. 322. Oppia *Saghς:* ⋆ppia *P*, Ippia *pς*, Hippia *ς*, Yppia *bcς*, Optia *dfς.* 323 *spurius uidetur Heinrichio.* amores *H. Valesius.* 324. olim *ς.* 325. hippolito *P.* propositum *pω:* ⋆⋆positum *P.* bellorophonti *Pf.* 326. erubuit certae (certe *ς*) ceu *fς.* repulso *PSς*, repulsa *pω.* hac—repulsa *M. Haupt.* 327. stenepoea *P.* he⋆se *P.* 329. stimulos⋆odio⋆ *P.*

destinat. optimus hic et formosissimus idem
gentis patriciae rapitur miser exstinguendus
Messalinae oculis. dudum sedet illa parato
flammeolo, Tyriusque palam genialis in hortis
sternitur, et ritu decies centena dabuntur
antiquo, ueniet cum signatoribus auspex.
haec tu secreta et paucis commissa putabas;
non nisi legitime uult nubere. quid placeat, dic.
ni parere uelis, pereundum erit ante lucernas;
si scelus admittas, dabitur mora paruula, dum res
nota urbi et populo contingat principis aurem.
dedecus ille domus sciet ultimus. interea tu
obsequere imperio, si tanti uita dierum
paucorum. quidquid leuius meliusque putaris,
praebenda est gladio pulchra haec et candida ceruix.

Nil ergo optabunt homines? si consilium uis,
permittes ipsis expendere numinibus, quid
conueniat nobis rebusque sit utile nostris.
nam pro iucundis aptissima quaeque dabunt di.
carior est illis homo quam sibi. nos animorum
inpulsu et caeca magnaque cupidine ducti
coniugium petimus partumque uxoris; at illis
notum, qui pueri qualisque futura sit uxor.
ut tamen et poscas aliquid, ucqueasque sacellis
exta et candiduli diuina tumacula porci,
orandum est ut sit mens sana in corpore sano.
fortem posce animum, mortis terrore carentem,
qui spatium uitae extremum inter munera ponat

331. destinet ς. formonsissimus *f*. 334. flameolo ***PS***. ortis ***PS***. 336. ueniet — auspex *Seruius ad Verg. Aen. I*, 346. 341. aurem ***Pgς***: aures *ω*. 343. si *pω*: sit ***Pg***. si tanti est ς. 344. quicquid leuius putaris ***P*** meliusque *add. in marg.*, melius leuiusque *ω*. 346. nihil ***P***. 349. iocundis *fg*. 352. at *pω*: ad ***P***. 354. at tamen ut *adfς*. 355. tumacula ***P***: tomacula *ω*, thomacula *f*, thimacula *g*.

naturae, qui ferre queat quoscumque labores,
nesciat irasci, cupiat nihil et potiores
Herculis aerumnas credat saeuosque labores
et Venere et caenis et pluma Sardanapalli.
monstro quod ipse tibi possis dare. semita certe
tranquillae per uirtutem patet unica uitae.
nullum numen habes, si sit prudentia'; nos te,
nos facimus, Fortuna, deam caeloque locamus.

SATVRA XI.

Atticus eximie si caenat, lautus habetur,
si Rutilus, demens. quid enim maiore cachinno
excipitur uulgi, quam pauper Apicius? omnis
conuictus thermae stationes, omne theatrum
de Rutilo. nam dum ualida ac iuuenalia membra
sufficiunt galeae dumque ardent sanguine, fertur
non cogente quidem, sed nec prohibente tribuno,
scribturus leges et regia uerba lanistae.
multos porro uides, quos saepe elusus ad ipsum
creditor introitum solet exspectare macelli,
et quibus in solo uiuendi causa palato est.

360. *Macrob. in somn. Scip. I*, 8, 9: '*Fortitudinis passiones ignorare, non uincere, ut* nesciat irasci, cupiat nihil.' 361. saeuosque *pω*: saeuusque *P*. 362. caenis *P*. sardanapalli *PSabcfgς*. 365 *sq. Lactantius diu. instt. III*, 29. habes *ω*: ⁎abest *P*, abest *gς*. si adsit *Heinrich*. nos te *PSg*: sed te *ω*. 366. ream *N. Heinsius epp. IIII p.* 217.

Sat. XI. De comparatione uictus *Pag.*

1. eximiae *PSf*. 2. Rutulus *gς*. chachinno *P*. 4. conuictus *ω*: conui⁎tus *P*, conuentus *ς C. Barthius aduu. XLII*, 16, *CLXI*, 6. turmae *cod. Lipsii epp. qu. II*, 9. stationes⁎ *P*. tribunal *cod. Lipsii*. 5. iuuenalia *Pcdfgς*: iuuenilia *pω*. 6. ardent *C. Barthius aduu. XLII*, 6. *Rigaltius, Rutgersius uarr. lectt. II*, 17. *Wakefield silu. crit. I, p.* 80: ardenti *fg*, ardentis *cod. Monacensis* 408, ardens *Pω*. 8. scribturus *P*, scripturit is *Eremita*. laniste *P*. 9. sepe *P*. 10. expectare *fg*.

egregius caenat meliusque miserrimus horum
et cito casurus iam perlucente ruina.
interea gustus elementa per omnia quaerunt,
numquam animo pretiis opstantibus; interius si
adtendas, magis illa iuuant, quae pluris emuntur.
ergo haut difficile est perituram arcessere summam
lancibus oppositis uel matris imagine fracta,
et quadringentis nummis condire gulosum
fictile: sic ueniunt ad miscillanea ludi.
refert ergo, quis haec eadem paret; in Rutilo nam
luxuria est, in Ventidio laudabile nomen
sumit et a censu famam trahit. illum ego iure
despiciam, qui scit quanto sublimior Atlas
omnibus in Libya sit montibus, hic tamen idem
ignoret quantum ferrata distet ab arca
sacculus. e caelo descendit *γνῶθι σεαυτόν*,
figendum et memori tractandum pectore, siue
coniugium quaeras uel sacri in parte senatus
esse uelis, neque enim loricam poscit Achillis
Thersites, in qua se transducebat Ulixes,
ancipitem seu tu magno discrimine causam
protegere adfectas, te consule, dic tibi qui sis,
orator uehemens, an Curtius et Matho buccae.

12 ***Priscian. III***, 1, 8 *p.* 600. nouissimus *gh*. 14. ***schol. Lucani X***, 156 'et gustus — quaerit'. alimenta ***Heinrich animm. in auctt. uett. p.*** 110. 15. pr*etiis ***P***. opstantibus ***P***: optantibus *p*. 16. iuuant *p*: iubant *Pf*. quo *f*. emuntur *pω*: ementur ***P***. 17. haut *Pgh*. accersere *ς*. 20. miscillanea ***PS***: miscellanea *ω*. 23. sumtus et ***Heinrich***. 24. scit *pω*: sci* ***P***. athlas ***P***, athlans ***S***, atlans *g*, adlans *f*. 26. ignorat *ς*, si ignoret ***Manso verm. Abhdlgen*** *p.* 250. 27. ***Graeca om. ς***. 28 ***Priscianus VII***, 12, 63 *p.* 763. fingendum *abcς* ***Prisc.*** 30 *sqq.* neque — ancipitem *eici iussit* ***Heinecke anim. p.*** 36, ***defendit Pinzger de uss. spur.*** 20. neque ***Pς***: nec *ω*. 31. Tersites ***P***. transducebat ***PSg***: traducebat *pω*. 33. adfectas ***Pg***. qui ***Pcdgς***: quis *ω*, quid ***cod. N. Heinsii ad Ouid. her. XII***, 31. 34. et ***PS***: an *ω*, aut ***Heinrich***.

noscenda est mensura sui spectandaque rebus
in summis minimisque, etiam cum piscis emetur,
ne mullum cupias, cum sit tibi gobio tantum
in loculis. quis enim te, deficiente culina
et crescente gula, manet exitus, aere paterno
ac rebus mersis in uentrem fenoris atque
argenti grauis et pecorum agrorumque capacem?
talibus a dominis post cuncta nouissimus exit
anulus, et digito mendicat Pollio nudo.
non praematuri cineres, nec funus acerbum
luxuriae, sed morte magis metuenda senectus.
hi plerumque gradus. conducta pecunia Romae
et coram dominis consumitur; inde ubi paulum
nescio quid superest et pallet fenoris auctor,
qui uertere solum, Baias et ad ostrea currunt.
cedere namque foro iam non est deterius quam
Esquilias a feruenti migrare Subura.
ille dolor solus patriam fugientibus, illa
maestitia est, caruisse anno circensibus uno.
sanguinis in facie non haeret gutta, morantur
pauci ridiculum et fugientem ex urbe pudorem.

Experiere hodie, numquid pulcherrima dictu,
Persice, non praestem uita nec moribus et re,
si laudem siliquas occultus ganeo, pultes

35. sua *g*, suae *ς*, tuae *ς*. 37. ne ***PSfg***: nec *ω*. 38. enim te deficiente *pω*: enim deficiente ***P*** *cod. Monacensis* 408. culina *fg*: c***ina ***P***, crumina *pb*, crumena *ω*. 39 *sqq.* ***Priscian. VI***, 17, 89 *p.* 721: '*Excipitur* fenus feneris. ***Iuuenalis in IIII***: aere—capacem'. 42. damnis ***Heinrich***. 43. anulus ***PSfg***. 44. praematuri *pω*: praematu** ***P***, prematur ***S***. 49. cum *cod.* ***Rob. Stephani***. ostrea *fg*: hostrea *pω*, hostria ***P***, ostia *bς*. 50. caedere ***Sf***. 54 *sq.* morantur—pudorem ***Priscian. VIII***, 4, 23 *p.* 795. et fugientem *gς* ***Priscian.***: effugientem ***Pω***, fugientem *ς*. 57. nec *adgς*: *** ***P***, uel *pω*, seu *ς*. praestem, inuitate, et moribus ***Schurzfleisch***. 58. si ***S*** *cod. Monacensis* 408: sed ***Pω***. ganeo *pω*: caneo ***Pf***.

coram aliis dictem puero, sed in aure placentas.
nam cum sis conuiua mihi promissus, habebis
Euandrum, uenies Tirynthius aut minor illo
hospes et ipse tamen contingens sanguine caelum,
alter aquis, alter flammis ad sidera missus.
fercula nunc audi nullis ornata macellis.
de Tiburtino ueniet pinguissimus agro
haedulus et toto grege mollior, inscius herbae,
necdum ausus uirgas humilis mordere salicti,
qui plus lactis habet quam sanguinis, et montani
asparagi, posito quos legit uilica fuso.
grandia praeterea tortoque calentia faeno
oua adsunt ipsis cum matribus, et seruatae
parte anni, quales fuerant in uitibus, uuae,
Signinum Syriumque pirum, de corbibus isdem
aemula Picenis et odoris mala recentis,
nec metuenda tibi, siccatum frigore postquam
autumnum et crudi posuere pericula suci.
haec olim nostri iam luxuriosa senatus
caena fuit. Curius paruo quae legerat horto,
ipse focis breuibus ponebat holuscula, quae nunc
squalidus in magna fastidit compede fossor,
qui meminit, calidae sapiat quid uulua popinae.
sicci terga suis, rara pendentia crate,
moris erat quondam festis seruare diebus

59. sed *pω*: *** **P**. ore ς. 61. tirythius **P**. 62 *sq.* et—missus *Seruius ad Verg. Aen. VI*, 332. ipse mihi *Seruius*. contingens *Pω*: contingit *pdfς*. 63 *Seruius ad Verg. Aen. IV*, 619, *spurium censet Heinrich*. 64. portata *Schrader*, corrasa *Iacobs animm. anth. Gr. III*, 2 *p*. 18, onerata *Manso verm. Abhdlgen p*. 250. 66. loto *N. Heinsius ad Ouid. fast. IIII*, 758. 67. uiridis *g*. 68. uilica *Pcfg*: uillica *pω*. 70. faeno *Pfg*. 73. pyrum **P**. 76. suci *PS*. 80 *Priscian. VI*, 10, 56 *p*. 703. conpede *f*. 81 *Priscian. VIII*, 7, 37 *p*. 804. quid *pω*: qui **P**, quit *g*. uolua *fg*. 82. crate *pω*: **ate **P**, grate **S**, gratae *fg*.

et natalicium cognatis ponere lardum,
accedente noua, si quam dabat hostia, carne.
cognatorum aliquis titulo ter consulis atque
castrorum imperiis et dictatoris honore
functus ad has epulas solito maturius ibat,
erectum domito referens a monte ligonem.
cum tremerent autem Fabios durumque Catonem
et Scauros et Fabricios, postremo seueros
censoris mores etiam collega timeret,
nemo inter curas et seria duxit habendum,
qualis in Oceano fluctu testudo nataret,
clarum Troiugenis factura et nobile fulcrum,
sed nudo latere et paruis frons aerea lectis
uile coronati caput ostendebat aselli,
ad quod lasciui ludebant ruris alumni.
[tales ergo cibi, qualis domus atque supellex.]
tunc rudis et Graias mirari nescius artes
urbibus euersis praedarum in parte reperta
magnorum artificum frangebat pocula miles,
ut phaleris gauderet ecus, caelataque cassis
Romuleae simulacra ferae mansuescere iussae
imperii fato, geminos sub rupe Quirinos,
ac nudam effigiem clipeo uenientis et hasta
pendentisque dei perituro ostenderet hosti.

85. daret *adfς*. carnem *fgς*. 89. et rectum ***S***. 90. adhuc ***Heinrich***. 91. postremo ***P***: rigidique *ω*. 93. habendum *pω*: habendam ***P***. 94. oceano ***Pς N***. ***Heinsius ad Claudian. epith.*** 88. ***Scriuerius opp. phil. p.*** 40: oceani *ω*. 95. et ***Padf***: ac *ω*. fulchrum ***P***. 96. nullo ***S***. 97. uite ***Henninius***. coronatis ***Ruperti***, coronatae — asellae ***Scoppa coll. I***, 27. 99 ***spurium esse uidit Heinrich***. 100. tum *adfς*. rudis *pω*: ruris ***P***. imitari *g*. 103. faleris *g*. equus *pω*, secus ***P***. celataque casis ***P***. 105. rume ***C. Barthius ablegm. crit. II***, 2. ***aduerss. XXX***, 2. 106. in clipeo ***H. Valesius***. uenientis ***PΣgς***: fulgentis *ω*. ab hasta ***I. Möser Werke V p.*** 34. 107. frendentisque ***Hildebrand. ad Apul. I p.*** 654. pendentesque deos ***Lipsius anall. ad mil. Rom. III***, 2. ostenderit ***S***.

[argenti quod erat solis fulgebat in armis.]
ponebant igitur Tusco farrata catino,
omnia tunc, quibus inuideas, si liuidulus sis.
templorum quoque maiestas praesentior et uox
nocte fere media mediamque audita per urbem,
litore ab Oceani Gallis uenientibus et dis
officium uatis peragentibus. his monuit nos,
hanc rebus Latiis curam praestare solebat
fictilis et nullo uiolatus Iuppiter auro.
illa domi natas nostraque ex arbore mensas
tempora uiderunt, hoc lignum stabat ad usus,
annosam si forte nucem deiecerat Eurus.
at nunc diuitibus caenandi nulla uoluptas,
nil rhombus, nil dama sapit, putere uidentur
unguenta atque rosae, latos nisi sustinet orbes
grande ebur et magno sublimis pardus hiatu,
dentibus ex illis, quos mittit porta Syenes
et Mauri celeres et Mauro obscurior Indus,
et quos deposuit Nabataeo belua saltu
iam nimios capitique graues. hinc surgit orexis,
hinc stomacho uires. nam pes argenteus illis,
anulus in digito quod ferreus. ergo superbum
conuiuam caueo, qui me sibi comparet et res
despicit exiguas. adeo nulla uncia nobis

108 *et* 109 *transp.* ***Pacfgς***. 108 *om.* ς, *spurium censuisse uidetur* ***Müller Etrusk. II*** *p.* 243, *eicit* ***Heinrich***. 109. farrata ***Sω***: farra,a ***P***, farraca ***pς***. 113. oceani ***Pbcgς***: oceano ω ***Lipsius epp. quaestt. IIII***, 25, ***N. Heinsius ad Claudian. epith.*** 88, ***Burmannus ad anth. Lat. II*** *p.* 296, ***Wakefield ad Lucr. V***, 36. 114. ***Ante*** his ***interpungi iussit Maduig opp. II*** *p.* 170. hos ***Marshall***, hic ***Ruperti***, hoc ***Numitor class. journ. XV*** *p.* 21 *sq.*, hinc ***Heinrich***. 115. latiis ***pω***: latis ***Pf***. 118. hoc ***Pg***: hos ω ***Oudendorp. ad Suet. Dom.*** 7. ad ***Pfg***: in ω. 121. nil ***pω***: nihil ***P bis***. 122. orbis ***g***. 123. *num* ebenum? 126. Nabataeo ***P***: nabataheo ***p***, Nabathaeo ω. 128. uires ***Pgς***: bilis ω, dirus ***Eremita***, uirus ***Lindenbrogius***. 129. anulus ***PSfg***. 130. comparet ***PS***: comparat ω. 131. untia ***P***.

est eboris, nec tessellae, nec calculus ex hac
materia, quin ipsa manubria cultellorum
ossea. non tamen his ulla umquam obsonia fiunt
rancidula, aut ideo peior gallina secatur.
sed nec structor erit, cui cedere debeat omnis
pergula, discipulus Trypheri doctoris, aput quem
sumine cum magno lepus adque aper et pygargus
et Scythicae uolucres et phoenicopterus ingens
et Gaetulus oryx hebeti lautissima ferro
caeditur et tota sonat ulmea caena Subura.
nec frustum capreae subducere nec latus Afrae
nouit auis noster, tirunculus ac rudis omni
tempore et exiguae furtis inbutus ofellae.
plebeios calices et paucis assibus emptos
porriget incultus puer adque a frigore tutus;
non Phryx aut Lycius, non a mangone petitus
quisquam erit; in magno cum posces, posce Latine.
idem habitus cunctis, tonsi rectique capilli
adque hodie tantum propter conuiuia pexi.
pastoris duri hic est filius, ille bubulci,
suspirat longo non uisam tempore matrem
et casulam, et notos tristis desiderat haedos,
ingenui uultus puer ingenuique pudoris,

132. tesselae *P.* calculus *pω:* cauculus *P.* 133. materia *pω:* materiam *P.* manubria *pω:* manubrea *P.* 136. cedere *pω:* credere *P.* 137. discipulus *pω:* discipulos *P.* aput *Pg:* apud *pω.* 138. sumine *pω:* sumne *P.* 139. Scythichae *PS.* phoenicopterus *gSς:* ponicopterus *P,* phoenix opterus *pω.* 140. getulus *PSf.* hebeti — Subura *Priscian. VII,* 12, 65 *p.*764. 141. ut — sonet *Cramerus ad schol. p.*444. tota *om. P add. p.* Subura *pω:* Sybura *P.* 142 *sqq.* nec frustum — tempore *Priscian. III,* 6, 34 *p.*614. capreae *pωS Priscian.:* caprae *P.* 143. tiro unctis caulibus omni *Wilhof. coni. I p.*120 *sqq.* 144. frustis ς. 146. a *om. P add. p.* 147. licius *Pg.* 148. in magno *PSfgh:* et magno *ω Oudendorp. ad Apul. met. II p.*167. posces *Pω:* poscis *fgς.* posce *pω:* pasce *P.* latinae *S.* 151. hic est *Padfς:* est hic *ω.*

quales esse decet quos ardens purpura uestit,
nec pupillares defert in balnea raucus
testiculos, nec uellendas iam praebuit alas,
crassa nec opposito pauidus tegit inguina guto.
hic tibi uina dabit diffusa in montibus illis,
a quibus ipse uenit, quorum sub uertice lusit;
namque una atque eadem est uini patria atque ministri.
forsitan expectes ut Gaditana canoro
incipiant prurire choro plausuque probatae
ad terram tremulo descendant clune puellae,
[spectant hoc nuptae iuxta recubante marito,
quod pudeat narrare aliquem praesentibus ipsis.]
inritamentum Veneris languentis et acres
diuitis urticae. maior tamen ista uoluptas
alterius sexus; magis ille extenditur, et mox
auribus atque oculis concepta urina mouetur.
non capit has nugas humilis domus. audiat ille
testarum crepitus cum uerbis, nudum olido stans
fornice mancipium quibus abstinet, ille fruatur
uocibus obscenis omnique libidinis arte,

155. qualis *g*. 156. pupillares ***PS*** *cod. Monacensis* 408: pugillares *pω*. draucus *ς*. 157. uellendas *pω*: uellandas ***Pc***. 158. apposito *ς* ***N***. *Heinsius ad Ouid. her. VII*, 100. guto ***Pfg***. 159. hic *pω*: hinc ***PS***. defusa *g*. 161 *spurium censet* ***Heinrich***. patria *pω*: patri* ***P***. 162. expectes ***P***. 163. incipiant ***PS***: incipiat *ω*. praeire *Markland. ad Stat. silu. I*, 6, 71. 164 *Priscian. V*, 5, 29 *p*. 652, *Seruius ad Verg. Aen. II*, 554. descendunt *Priscian. Seru.* 165. 166 *h. l. ponunt Pbcg codd. Monacensis* 408 *Dresdensis D* 153 *Canteri nouu. lectt. III*, 6, *post* 159 *d cum schol.*: 'hi duo uersus in aliis reperti sunt' *ς*, *post* 160 *f*, *post* 162 *cod. Mediceus pl. XXXIIII*, 39, *post* 171 *a* (*manu secunda*), *post* 172 *ς*, *post* 202 *ω*, *om. ς* *Pinzger de uss. spur. p*. 6 *sqq*. *Heinrich*, *post* 175 *posuit Bahrdt*. 165. spectant hoc *afgς*, exspectant hoc ***P*** *cod. Monacensis* 408, hoc spectant *c*, spectent hoc *ω*. iuxta *pω*: iusta ***P***. recumbante ***P***. 166. narrare ***Pa*** *cod. Monacensis* 408: narrasse *ω*, narras *f*. 167. artes *Markland epist. crit. p*. 143. 168. urticae *pω*: orticae ***P***. 169. incenditur *Prateus*. 171. audiat *pω*: audeat ***PS***.

qui Lacedaemonium pytismate lubricat orbem.
namque ibi fortunae ueniam damus. alea turpis,
turpe et adulterium mediocribus; haec eadem illi
omnia cum faciunt, hilares nitidique uocantur.
nostra dabunt alios hodie conuiuia ludos,
conditor Iliados cantabitur atque Maronis
altisoni dubiam facientia carmina palmam.
quid refert, tales uersus qua uoce legantur?
Sed nunc dilatis auerte negotia curis
et gratam requiem dona tibi, quando licebit
per totum cessare diem. non fenoris ulla
mentio, nec, prima si luce egressa reuerti
nocte solet, tacito bilem tibi contrahat uxor,
umida suspectis referens multicia rugis
uexatasque comas et uultum auremque calentem.
protinus ante meum quidquid dolet exue limen,
pone domum et seruos et quidquid frangitur illis
aut perit, ingratos ante omnia pone sodales.
interea Megalesiacae spectacula mappae,
Idaeum sollemne, colunt, similisque triumpho

175. lacedemonium *P.* pytismate *pω*: pytismatae *P*, pygismate *Lips. epp. quaestt. IV*, 25, pitylismate *A. Politianus misc. I*, 38 *et epp. XI. XII. I. C. Scaliger poet. I*, 22. *Florens Christianus ad Arist. uespp.* 698, pyreismate *Alciatus parerg. VI*, 3, poppysmate *Flauius coniect.* 51, proptysmate *H. Mercurialis de arte gymn. I*, 10, per crusmata *Scriuerius apud Gronou. epp. II p.* 543, pitteumate *Taubmann ad Plaut. Pers. V*, 2, 67, petteumate *Muretus uarr. lectt. X*, 6, pitteremate *Eberh. Mollerus apud Lubinum*, pedemate *Bapt. Egnatius racem.* 17. *Brodaeus misc. V*, 26. *Britannicus*, paedaemate *Caelius Rhodiginus antt. lectt. XVIII*, 1, nudo pede *Schegkius praem.* 5. orbum *Susius apud Lipsium epp. quaestt. IV*, 25, oecum *Iacobs (Matthiae misc. phil. I p.* 87 *sq.)*, ensem *cod. Pincierii parerg. IV*, 6. 178. faciunt *aς C. Valesius*: faciant *Pω*. 180. conditor *pω*: condi‚tur *P*, conducitur *S*. 182 *spurium iudicat M. Sebastiani apud Heinrichium.* 184. licebit *pω*: licebat *P*. 185. totum *Pabdgς*: totam *ω*. 187. tacito *pω*: ‚acito *P*. bilem *pω*: uilem *PS*. 188. umida *Pg*. 194. Ideum *PS*.

praeda caballorum praetor sedet ac, mihi pace
immensae nimiaeque licet si dicere plebis,
totam hodie Romam circus capit, et fragor aurem
percutit, euentum uiridis quo colligo panni.
nam si deficeret, maestam attonitamque uideres
hanc urbem, ueluti Cannarum in puluere uictis
consulibus. spectent iuuenes, quos clamor et audax
sponsio, quos cultae decet adsedisse puellae,
nostra bibat uernum contracta cuticula solem
effugiatque togam. iam nunc in balnea salua
fronte licet uadas, quamquam solida hora supersit
ad sextam. facere hoc non possis quinque diebus
continuis, quia sunt talis quoque taedia uitae
magna: uoluptates commendat rarior usus.

SATVRA XII.

Natali, Coruine, die mihi dulcior haec lux,
qua festus promissa deis animalia cespes
expectat. niueam reginae ducimus agnam,
par uellus dabitur pugnanti Gorgone Maura,

195. praeda *Safς*: predia *g*, praed⋆ *P*, praedo *pω Ruhnkenius ad Aquil. p.* 170. 197 *sqq.* et—deficeret *Priscian. VIII*, 7, 37 *p.* 804. aurem *pω*: ⋆urem *P*. 198. qui *S*. 199. deficeret *pω*: defecerit *PS*. uideres *pω*: uideret *P*. 201 *sq.* spectent—puellae *Priscian. XVIII*, 27, 281 *p.* 1203. 202. adsedisse *g*: acsedisse *P*. 203 *sq.* nostra—togam *schol. Pers. IV*, 18. *Priscian. III*, 5, 31 *p.* 612: 'Cuticula I *antepenultimam producit Iuuenalis*: combibet aestiuum contracta cuticula solem'. bibat *pω*: uiuat *P*. 205. quamquam *pω*: quamque *P*. 208. rarior *pω*: parior *S*, ⋆arior *P*.

Sat. XII. De reditu Catulli *P*.

1 *Seruius ad Verg. ecl. III*, 76. carior *adς*, clarior *ς*. 2. diis *P*. 3. 'R. Iunoni, alii FORTVNAE' *schol.* caedimus *bcς*. 4. pugnanti *ω*: putante *P*, pugnante *p*.

sed procul extensum petulans quatit hostia funem
Tarpeio seruata Ioui frontemque coruscat,
quippe ferox uitulus templis maturus et arae,
spargendusque mero, quem iam pudet ubera matris
ducere, qui uexat nascenti robora cornu.
si res ampla domi similisque adfectibus esset,
pinguior Hispulla traheretur taurus et ipsa
mole piger nec finitima nutritus in herba,
laeta set ostendens Clitumni pascua, sanguis
iret et a grandi ceruix ferienda ministro,
ob reditum trepidantis adhuc horrendaque passi
nuper et incolumem sese mirantis amici.
nam praeter pelagi casus et fulminis ictus
euasit. densae caelum abscondere tenebrae
nube una subitusque antemnas inpulit ignis.
cum se quisque illo percussum crederet et mox
attonitus nullum conferri posse putaret
naufragium uelis ardentibus, omnia fiunt
talia, tam grauiter, quam quando poetica surgit
tempestas. genus ecce aliud discriminis audi
et miserere iterum, quamquam sint cetera sortis
eiusdem pars dira quidem, sed cognita multis
et quam uotiua testantur fana tabella
plurima: pictores quis nescit ab Iside pasci?

5 *Seruius ad Verg. Aen. III*, 234 *myth. Vatic. III p.* 209. 8. 9 *spurios iudicat Valla.* quem — cornu *Seruius ad Verg. Aen. IX*, 628. ubera matris *om. P add. p.* 9. qui — cornu *Seruius ad Verg. Aen. III*, 21. 11. Hispilla *Is. Vossius ad Catull. p.* 79, Hispella *Donnola de patria Propertii, Cluuerius Ital. ant. II p.* 628, *Montfaucon diar. Ital. p.* 379. 13. laetas et *P*, laetus et *f.* sanguis — magistro *Seruius ad Verg. Aen. VIII*, 106. 14. a *om. P add. p.* magno — magistro *Seruius.* 17 *sqq. recte constituit Maduig opp. II p.* 171 *sqq.* fulminis ictus *PSv:* fulguris ictum *ω.* 18. euasit *Pfv:* euasi *ω.* 23. grauiter quam quando *Schurzfleisch:* grauiter quando *cod. Vimariensis,* grauiter si quando *PSω,* grauis si quando *f.* 26. fors *Heinrich animaduu. in auctt. uett. p.* 110.

accidit et nostro similis fortuna Catullo.
cum plenus fluctu medius foret alueus, et iam
alternum puppis latus euertentibus undis
arbori incertae nullam prudentia cani
rectoris cum ferret opem, decidere iactu
coepit cum uentis, imitatus castora, qui se
eunuchum ipse facit, cupiens euadere damno
testiculi: adeo medicatum intellegit inguen.
"fundite, quae mea sunt", dicebat, "cuncta", Catullus,
praecipitare uolens etiam pulcherrima, uestem
purpuream, teneris quoque Maecenatibus aptam,
atque alias, quarum generosi graminis ipsum
infecit natura pecus, sed et egregius fons
uiribus occultis et Baeticus adiuuat aer.
ille nec argentum dubitabat mittere, lances
Parthenio factas, urnae cratera capacem
et dignum sitiente Pholo uel coniuge Fusci,
adde et bascaudas et mille escaria, multum
caelati, biberat quo callidus emptor Olynthi.
sed quis nunc alius, qua mundi parte quis audet
argento praeferre caput rebusque salutem?

31 *sq.* emergentibus undis arbore in incerto ***Hildebrand ad Apul. I*** *p.* 53. 32. arbori ***Lachmann:*** arboris ***Pω.*** incerte ***Pς***, incerto *padghω*, incerti *bc*, incerta *f*, arboris incuruum ***Schurzfleisch***, aequoris incerti ***Iacobs*** (***Matthiae misc. phil. I*** *p.* 88 *sq.*), marmoris incerti ***Heinrich***, arboreque incerta ***Kempfius obss.*** *p.* 58, arbitrio incerto ***Bezzenberger progr. Dresd. a.*** 1844 *p.* 25. 33. cum ferret *ω*: conferret ***Pς***. 34 *sqq.* qui — testiculi ***Seruius ad Verg. georg. I,*** 58. 36 *spurium habet* ***Heinrich.*** testiculi *pacfgς* ***N. Heinsius ad Claud. II cons. Stil.*** 167: testicul ***P,*** testiculorum *ω*. inguem ***P.*** 37. Catullus *pω*: Catullis ***P.*** 38. uolens *om.* ***P*** *add. p.* 39. Mecenatibus ***P.*** 42. adiuuat *pω*: adiuua**t ***P.*** 43. dubitabat *pω*: dubitat ***Pcς***. 44. parthenie *g*. 45. Pholo *pω*: polo ***P.*** 46. mascaudas ***S,*** uascaudas *fg*. escaria ***Pω***: escalia *abcdς*. 47. celati ***P.*** quo *pω*: quod ***Pf.*** pallidus ***P.*** olynti ***P.*** 48. ecquis ***Iacobs*** (***Matthiae misc. I*** *p.* 89.)

[non propter uitam faciunt patrimonia quidam,
sed uitio caeci propter patrimonia uiuunt.]
iactatur rerum utilium pars maxima, sed nec
damna leuant. tunc aduersis urguentibus illuc
reccidit ut malum ferro summitteret, ac se
explicat angustum: discriminis ultima, quando
praesidia adferimus nauem factura minorem.
i nunc, et uentis animam committe, dolato
confisus ligno, digitis a morte remotus
quattuor aut septem, si sit latissima taeda;
mox cum reticulis et pane et uentre lagonae
aspice sumendas in tempestate secures.
sed postquam iacuit planum mare, tempora postquam
prospera uectoris fatumque ualentius euro
et pelago, postquam Parcae meliora benigna
pensa manu ducunt hilares et staminis albi
lanificae, modica nec multum fortior aura
uentus adest, inopi miserabilis arte cucurrit
uestibus extentis et, quod superauerat unum,
uelo prora suo. iam deficientibus austris,
spes uitae cum sole redit. tunc gratus Iulo,
atque nouercali sedes praelata Lauinio,
conspicitur sublimis apex, cui candida nomen

50 *et* 51 *spurios censent* ***Bentleius ad Horat. a. p.*** 387, ***Pinzger de uss. spur. p.*** 5 *sq.* patrimonia multi ***G. E. Weberus*** (***Jahn N. Jbb. XXXII p.*** 148). 53. urguentibus ***Pg***. 54. recidit ***PSfgς***: decidit ***ω***. hac re *cod.* ***Gaybacenis*** 1, hoc se ***Marshall, Iacobs*** (***Matthiae misc. phil. I p.*** 89 *sq.*). 56. nauem ***Pω***: nauim ***pς***. 57. in nunc ***Sf***. dolato ***pω***: d⁎lato ***P***, doloso ***Iacobs*** (***Matthiae misc. phil. I p.*** 90). 59. aut ***Pω***: ac ***ς***. la⁎tissima ***P***, lautissima ***ς***. taeda ***P***: tedae ***S***. 60. lagonae ***Pf***: lagenae ***pω***. 63. uectores ***adf***, uectori ***H. Valesius***. 67. inopi ***pω***: inopia ***P***. arte ***Spω***: artes ***P***. 68. 'VESTIBVS [restibus] funibus, aut VESTIBVS uelis.' *schol.* extentis ***P***: extensis ***pω***. 70. tunc ***Pς***: tum ***ω***. 71. Lauinio ***A. de Rooy spicil. crit. p.*** 57, ***Santen ad Terent. Maur. p.*** 429 *sq.*: Lauino ***Pω***.

scrofa dedit, laetis Phrygibus mirabile sumen,
et numquam uisis triginta clara mamillis.
tandem intrat positas inclusa per aequora moles
Tyrrhenamque pharon porrectaque brachia rursum,
quae pelago occurrunt medio longeque relinquunt
Italiam — non sic igitur mirabere portus,
quos natura dedit —, sed trunca puppe magister
interiora petit Baianae peruia cumbae
tuti stagna sinus. gaudent ibi uertice raso
garrula securi narrare pericula nautae.

Ite igitur, pueri, linguis animisque fauentes,
sertaque delubris et farra inponite cultris
ac mollis ornate focos glebamque uirentem.
iam sequar, et sacro, quod praestat, rite peracto
inde domum repetam, graciles ubi parua coronas
accipiunt fragili simulacra nitentia cera.
hic nostrum placabo Iouem Laribusque paternis
tura dabo atque omnis uiolae iactabo colores.
cuncta nitent, longos erexit ianua ramos
et matutinis operatur festa lucernis.

Nec suspecta tibi sint haec, Coruine: Catullus,
pro cuius reditu tot pono altaria, paruos
tres habet heredes. libet expectare quis aegram

73. Frygibus *P*. 'aut MIRABILE aut MISERABILE' *schol.* mirabile *Pω*: miserabile *ς*. 75. aequora *Spω*: equore *P*. 76. rursum *Pbcfgς*: rursus *ω*. 77 *sq.* quae—Italiam *Seruius ad Verg. Aen. X*, 693. occurrunt *ω Seruius*: currunt *PSbcς*. relinqu*t *P*, relinqunt *p*. 80. cumbae *Pfg*: cimbae *p*. 81. tuti stagna sinus *Pς*: tuti stacta sinus *g*, tunc stagnante sinu *pω*. ibi *Pfς*: ubi *ω*. 82. cantare *cod. Gaulmini ad Eustath. p.* 44. 84. polubris *C. Valesius*. 85. mollis *Pf*: molles *pω*. 86. prestat *Pω*: restat *pg*. peracto *pω*: peract** *P*, peractum *S*. 88. facili *Burmann ad anth. Lat. II p.* 515. 90. omnis *Pg*: omnes *pω*. 91. uncta, nitens *H. Valesius*. 92 *Seruius ad Verg. Aen. III*, 136. operatur *pωΣ Seruius*: operantur *Pv cod. Monacensis* 408, *Vlitius ad Grat. cyneg.* 42, operitur *cod. R. Stephani, Lipsius electt. I*, 8, *H. Valesius*. 93. ne *Lachmann*. tibi *pω*: ibi *P*.

et claudentem oculos gallinam inpendat amico
tam sterili — uerum haec nimia est inpensa, coturnix
nulla umquam pro patre cadet. sentire calorem
si coepit locuples Gallitta et Pacius orbi,
legitime fixis uestitur tota libellis
porticus, existunt qui promittant hecatomben,
quatenus hic non sunt nec uenales elephanti,
nec Latio aut usquam sub nostro sidere talis
belua concipitur, sed furua gente petita
arboribus Rutulis et Turni pascitur agro,
Caesaris armentum, nulli seruire paratum
priuato, siquidem Tyrio parere solebant
Hannibali et nostris ducibus regique Molosso
horum maiores ac dorso ferre cohortes,
partem aliquam belli et euntem in proelia turrem.
nulla igitur mora per Nouium, mora nulla per Istrum
Pacuuium, quin illut ebur ducatur ad aras
et cadat ante Lares Gallittae uictima, sola
tantis digna deis et captatoribus horum.
alter enim, si concedas mactare, uouebit
de grege seruorum magna et pulcherrima quaeque
corpora, uel pueris et frontibus ancillarum
imponet uittas, et, si qua est nubilis illi
Iphigenia domi, dabit hanc altaribus, etsi
non sperat tragicae furtiua piacula ceruae.

96. cludentem *g*. 99. locuplex *P*. Gallita *Pω*. Pacius *Pf*: Paccius *pω*, Pactius *ς*. 100. libellis *PSabcdfω*: tabellis *gς*. 101. promittant *PSgς*: promittunt *ω*. haecatombem *PS*, *EKATOMBHN bcgh*. 104. furua *ωΣ*: fu*ua *P*, fulua *pfς*. 109. ac *Pς*: ad *f*, et *ω*. cohortes *pω*: cohortis *P H. Valesius*, coortis *Lachmann*. 110. belliqet *P*, bellique et *f*, bellis *H. Valesius*. turrem *Pgh*: turrim *ς*, turbam *afς*, turmam *bcς*. 111. nulla per Istram *om. P add. p*. Istrum *adfς*: Histrum *bcgς*, Istram *pς*. 112. Pacuuium *pω*: Pacubium *P*. illut *Pg*: illud *pω*. 113. cadet *S*. Gallittae *cς*: Gallitae *Pω*. sola *Pfgς*: sacra *ω*. 114. deis *Pω*: diis *p*. 116. et *pω*: ut *P*, aut *ς*.

laudo meum ciuem, nec comparo testamento
mille rates; nam si Libitinam euaserit aeger,
delebit tabulas, inclusus carcere nassae,
post meritum sane mirandum, atque omnia soli
forsan Pacuuio breuiter dabit, ille superbus
incedet uictis riualibus. ergo uides quam
grande operae pretium faciat iugulata Mycenis.
uiuat Pacuuius, quaeso, uel Nestora totum,
possideat quantum rapuit Nero, montibus aurum
exaequet, nec amet quemquam, nec ametur ab ullo!

125. Pacuuio *pω*: Pacubio *P.* 127. opere praetium *P.*
128. Pacuuius *pω*: Pacubius *P.* tantum *vς.* 130. exequet *P.*
I. Iuu. Sat. lib. IIII. explicit. Incipit liber quintus saturarum. *P.*

D. IVNII IVVENALIS
SATVRARVM

LIBER QVINTVS.

SATVRA XIII.

Exemplo quodcumque malo committitur, ipsi
displicet auctori. prima est haec ultio, quod se
iudice nemo nocens absoluitur, improba quamuis
gratia fallaci praetoris uicerit urna.
quid sentire putas omnes, Caluine, recenti
de scelere et fidei uiolatae crimine? sed nec
tam tenuis census tibi contigit, ut mediocris
iacturae te mergat onus, nec rara uidemus
quae pateris; casus multis hic cognitus ac iam
tritus et e medio fortunae ductus aceruo.
ponamus nimios gemitus. flagrantior aequo
non debet dolor esse uiri, nec uulnere maior.
tu quamuis leuium minimam exiguamque malorum

Sat. XIII.

2 *sq.* prima — absoluitur *schol. Stat. Theb. III*, 4. se — absoluitur *schol. Lucani VII*, 784. *Macrobius in somn. Scip. I*, 10, 12: ‘*Nec ulla sibi miseratione parcentis lege hac qua* se iudice nemo nocens absoluitur.’ 4. *Seruius ad Verg. Aen. VI*, 431. fallaci *Pbcgς:* fallacis *pω Seruii codd.* urna *PSbgς:* urnam *ω Seruius.* 5. retenti *Rutgers uarr. lectt. II*, 17. 6. fidei *pω:* fide *P.* crimine *pω:* criminae *P.* 9. ac iam *Pω:* est iam *p*, et iam *ς.* 11. flagrantior *pω:* flagratior *P.* 12. uiri *pω:* ueri *P.* 13. laborum *dfς.*

particulam uix ferre potes, spumantibus ardens
uisceribus, sacrum tibi quod non reddat amicus
depositum. stupet haec, qui iam post terga reliquit
sexaginta annos, Fonteio consule natus.
an nihil in melius tot rerum proficit usus?
magna quidem, sacris quae dat praecepta libellis,
uictrix fortunae sapientia; ducimus autem
hos quoque felices, qui ferre incommoda uitae
nec iactare iugum uita didicere magistra.
quae tam festa dies, ut cesset prodere furem
perfidiam fraudes atque omni ex crimine lucrum
quaesitum et partos gladio uel puxide nummos?
rari quippe boni, numero uix sunt totidem quot
Thebarum portae uel diuitis ostia Nili.
nunc aetas agitur, peioraque saecula ferri
temporibus, quorum sceleri non inuenit ipsa
nomen et a nullo posuit natura metallo.
nos hominum diuumque fidem clamore ciemus,
quanto Faesidium laudat uocalis agentem
sportula. dic, senior bulla dignissime, nescis
quas habeat Veneres aliena pecunia? nescis
quem tua simplicitas risum uulgo moueat, cum
exigis a quoquam ne peieret et putet ullis
esse aliquod numen templis araeque rubenti?

18. an ***PSgς***: at *pω*, ad *f*, ut *a*, ac *ς*. proficit ***PSς***: proficis *ω*. usus *Σ*: usu ***Pω***. *post h. u. addit cod.* ***Dresdensis D.*** 153: ‘gutta cauat lapidem, consumitur anulus usu.’ 19. equidem *abdς*. 20. dicimus *abcς*. 25. puxide ***S***: p*xide ***P***, buxide *f*, pixide *p*, pyxide *ω*. 26. numero uix sunt totidem ***Pω***: numerum uissunt totidem *f*, in numerum iussi totidem *g*, numerus uix est totidem *codd.* ***Vlmensis***, ***Norimbergensis*** 1, ***Gudianus*** 2, ***Pithoeus***, numeres, uix sunt ***Schurzfleisch***. quot *pω*: quod ***P***. 27. hostia ***Pfg***. 28. nunc ***P***: non *ad* ***Heinecke anim. p.*** 19, nona *pω*, noua *ς*. non alias *f prob.* ***Boissonade ad Nicet. II p.*** 320 *sq.* 32. Faesidium ***Pω***: Fesidium ***S***, Fessidium *ς*. 33. dic—dignissime *schol.* ***Pers. V***, 31. 34 *om. ς*.

quondam hoc indigenae uiuebant more, priusquam
sumeret agrestem posito diademate falcem
Saturnus fugiens, tunc, cum uirguncula Iuno
et priuatus adhuc Idaeis Iuppiter antris.
nulla super nubes conuiuia caelicolarum,
nec puer Iliacus, formosa nec Herculis uxor
ad cyathos, et iam siccato nectare tergens
bracchia Vulcanus Liparaea nigra taberna.
prandebat sibi quisque deus, nec turba deorum
talis, ut est hodie, contentaque sidera paucis
numinibus miserum urguebant Atlanta minori
pondere. nondum aliquis sortitus triste profundi
imperium aut Sicula toruus cum coniuge Pluton,
nec rota nec Furiae nec saxum aut uulturis atri
poena, sed infernis hilares sine regibus umbrae.
inprobitas illo fuit admirabilis aeuo,
credebant quo grande nefas et morte piandum,
si iuuenis uetulo non adsurrexerat et si
barbato cuicumque puer, licet ipse uideret
plura domi fraga et maiores glandis aceruos.
tam uenerabile erat praecedere quattuor annis,
primaque par adeo sacrae lanugo senectae.
nunc, si depositum non infitietur amicus,

40. tunc — Iuno *Priscian. III*, 6, 34 *p.* 614. 41. primaeuus *Britannicus*, uagiret *Burmannus patruus*, nutritus *uel* lactatus *Burmannus secundus ad Propert. III*, 1, 27. adhuc ⋆ idaeis *P*, adhuc in idaeis *p*. 43. formo⋆sa *P*. 44. cyatos *PS*. nec iam (*uel* aut iam) libato nectare tendens *Ruperti*, et non — torquens *uel* tollens *Cramerus ad schol. p.* 480. porgens *Beierus ad Cic. p. Tull. p.* 37 *cf. p.* 263. 45. bracchia *P*. 46 *sqq.* nec — pondere *schol. Stat. Theb. V*, 440. 48 *sq.* numinibus — pondere *Priscian. VII*, 13, 69 *p.* 766. miserumque urgebat *Priscianus*. urguebant *Pfg*. 49. nondum aliquis sortitus *pω*: nondum sortitus *P. fortasse* alius. 52. sed *om. P add. p*. 54. quo *P Schmidt*: quod *pabcdfgvω*, hoc *ς*. 55. assurrexerit *dfς*. 57. fraga *PΣς*: farra *ω*. 58. *fortasse* tum. 59. par adeo *pω*: ⋆ar adeo *P*, PRIMAQVE. C. D. *schol.*, cara adeo *g*, pars adeo *f*.

si reddat ueterem cum tota aerugine follem,
prodigiosa fides et Tuscis digna libellis,
quaeque coronata lustrari debeat agna.
egregium sanctumque uirum si cerno, bimembri
hoc monstrum puero uel mirandis sub aratro
piscibus inuentis et fetae conparo mulae,
sollicitus, tamquam lapides effuderit imber
examenque apium longa consederit uua
culmine delubri, tamquam in mare fluxerit amnis
gurgitibus miris et lactis uertice torrens.
Intercepta decem quereris sestertia fraude
sacrilega? quid si bis centum perdidit alter
hoc arcana modo? maiorem tertius illa
summam, quam patulae uix ceperat angulus arcae?
tam facile et pronum est superos contemnere testes,
si mortalis idem nemo sciat. aspice quanta
uoce neget, quae sit ficti constantia uultus.
per Solis radios Tarpeiaque fulmina iurat
et Martis frameam et Cirraei spicula uatis,
per calamos uenatricis pharetramque puellae
perque tuum, pater Aegaei Neptune, tridentem,
addit et Herculeos arcus hastamque Mineruae,
quidquid habent telorum armamentaria caeli.
si uero et pater est, "comedam", inquit flebile, "nati
sinciput elixi Pharioque madentis aceto".

61. erugine *Pf.* 65. ut monstrum *abfς.* uel *p*: *** *P*, et *abcdfω*, aut *ghς.* mirandis *Pς*: mirantis *gς*, miranti *pω* *Wakefield ad Lucret. V*, 130. *Iortinus eccles. hist. I p.* 7. *Porson tracts p.* 310, miranti iam *cς*, liranti iam *Gatakerus ad Antonin. VIII*, 15 *p.* 243. 66. faetae *P*, factae *f.* conparo *S.* 68. examenue *gς.* 70. niueis *uel* nigris *Schrader*, rubris *Iacobs* (*Matthiae misc. phil. I p.* 90 *sq.*), miniis *Porson tracts p.* 310. aut *Pricaeus ad Apul. met. IX p.* 552. uortice *ς.* 71. decim *PS.* quereris *pω*: quaereris *P.* 73. ille *cfς.* 79. Cirrei *P.* 81. egei *P.* 85. farioque *P.*

Sunt in fortunae qui casibus omnia ponant
et nullo credant mundum rectore moueri,
natura uoluente uices et lucis et anni,
adque ideo intrepidi quaecumque altaria tangunt.
est alius metuens ne crimen poena sequatur;
hic putat esse deos et peierat, atque ita secum:
"decernat quodcumque uolet de corpore nostro
Isis et irato feriat mea lumina sistro,
dummodo uel caecus teneam, quos abnego, nummos.
et phthisis et uomicae putres et dimidium crus
sunt tanti. pauper locupletem optare podagram
nec dubitet Ladas, si non eget Anticyra nec
Archigene; quid enim uelocis gloria plantae
praestat et esuriens Pisaeae ramus oliuae?
ut sit magna, tamen certe lenta ira deorum est;
si curant igitur cunctos punire nocentes,
quando ad me uenient? sed et exorabile numen
fortasse experiar; solet his ignoscere. multi
committunt eadem diuerso crimina fato;
ille crucem sceleris pretium tulit, hic diadema".
sic animum dirae trepidum formidine culpae
confirmat, tunc te sacra ad delubra uocantem
praecedit, trahere immo ultro ac uexare paratus.
nam cum magna malae superest audacia causae,
creditur a multis fiducia. mimum agit ille,
urbani qualem fugitiuus scurra Catulli;
tu miser exclamas, ut Stentora uincere possis,

86. sunt in fortunae qui *Spghς*: sunt fortunae qui *P*, sunt qui in fortunae iam casibus *abcdfω*. ponant *Pω*: ponunt *cς*. 87. credant *Pω*: credunt *acς*. 93 *Isidorus origg. III*, 21. 95. *hisis *P*, phisis *f*, thisis *pbcς*. 96. optarem *S*. 97. nec *Pω*: ne *fς*. dubitat *bcς*. ladas *PSg*: laudas *pω*, laudes *fς*. 99. piseae *P*. 103. his *pω*: is *P*, solitis *f*. 105. praetium *P*. 106. dire — culpe *P*. 107. confirmat *Sς*: confirmant *Pω*. ad *pω*: ac *Paς*.

uel potius quantum Gradiuus Homericus: "audis,
Iuppiter, haec, nec labra moues, cum mittere uocem
debueris uel marmoreus uel aeneus? aut cur
in carbone tuo charta pia tura soluta
ponimus et sectum uituli iecur albaque porci
omenta? ut uideo, nullum discrimen habendum est
effigies inter uestras statuamque Vagelli."
Accipe quae contra ualeat solacia ferre
et qui nec cynicos nec stoica dogmata legit
a cynicis tunica distantia, non Epicurum
suspicit exigui laetum plantaribus horti.
curentur dubii medicis maioribus aegri,
tu uenam uel discipulo committe Philippi.
si nullum in terris tam detestabile factum
ostendis, taceo, nec pugnis caedere pectus
te ueto nec plana faciem contundere palma,
quandoquidem accepto claudenda est ianua damno,
et maiore domus gemitu, maiore tumultu
planguntur nummi quam funera. nemo dolorem
fingit in hoc casu, uestem diducere summam
contentus, uexare oculos umore coacto:
ploratur lacrimis amissa pecunia ueris.
sed si cuncta uides simili fora plena querella,
si decies lectis diuersa parte tabellis
uana superuacui dicunt chirographa ligni,

115. debueris *PSadfgvς*: debueras *ω*. 119. Vagelli *Sfgς*: *a*elli *P*, bacelli *p*, bacilli *abcdω*, batilli *ς*. 120. solacia *Pg*. 123. suscipit *aς*. 124. curentur *pω*: currentur *P*. 127. cedere *P*. 131. planguntor *Iacobs* (*Matthiae misc. phil. I p.* 91). dolorem *Pω*: dolores *pfς*. 132. in hoc casu *PSgς*: in occasu *ω*. diducere *P*: deducere *ω* *N. Heinsius ad Ouid. am. I*, 7, 48. 133. umore *Sgp*: **ore *P*. 134 *spurium censet Heinrich*. 135. querella *g*: quaerella *P*. 136. diuersa in parte *aς*. lini *Salmasius spec. confut. anim. Heraldi p.* 115. lini *uel* signi *N. Heinsius ad Ouid. epp. II*, 9, 69.

arguit ipsorum quos littera gemmaque princeps
sardonychum, loculis quae custoditur eburnis,
ten, o delicias! extra communia censes
ponendum, quia tu gallinae filius albae,
nos uiles pulli nati infelicibus ouis?
rem pateris modicam et mediocri bile ferendam,
si flectas oculos maiora ad crimina. confer
conductum latronem, incendia sulpure coepta
adque dolo, primos cum ianua colligit ignes.
confer et hos, ueteris qui tollunt grandia templi
pocula adorandae robiginis et populorum
dona, uel antiquo positas a rege coronas.
haec ibi si non sunt, minor exstat sacrilegus, qui
radat inaurati femur Herculis et faciem ipsam
Neptuni, qui bratteolam de Castore ducat:
an dubitet solitus totum conflare tonantem?
confer et artifices mercatoremque ueneni,
et deducendum corio bouis in mare, cum quo
clauditur aduersis innoxia simia fatis.
haec quota pars scelerum, quae custos Gallicus urbis
usque a lucifero donec lux occidat, audit?
humani generis mores tibi nosse uolenti
sufficit una domus; paucos consume dies, et
dicere te miserum, postquam illinc ueneris, aude.
quis tumidum guttur miratur in Alpibus? aut quis
in Meroe crasso maiorem infante mamillam?
caerula quis stupuit Germani lumina, flauam

139 *et* 140 *transp.* **P**. sardonichum **Pg**: sardonychus *ω*. 140. teno delicias **Pς**: te nunc delicias *ω*, ten et delicias ***Manso verm. Aufs.*** *p.* 252. 141. quia **Pω**: qui *fς*, quid ***Heinrich.*** Afrae ***Ruperti.*** 142. uiles populi *ghς*, uilis populus *fς*. 145. sulpure *fgh*: sulfure **P**. 147. ueteres **P**. 148. robiginis **P**: rubiginis *pω*. 150. est an ***H. Valesius.*** 152. bratteolam **P**. 153. stolidus ***H. Valesius.*** cumflare **PS**. 154. artificem *fς*. 155. bouis *pω*: bo.is **P**. 163. meroe *pω*: mero **Pf**. 164. cerula **P**. quis *pω*: qui **Pg**. Alemanni *cod.* ***Monacensis*** 408.

caesariem et madido torquentem cornua cirro?
nempe quod haec illis natura est omnibus una.
ad subitas Thracum uolucres nubemque sonoram
Pygmaeus paruis currit bellator in armis,
mox impar hosti raptusque per aera curuis
unguibus a saeua fertur grue. si uideas hoc
gentibus in nostris, risu quatiare; sed illic,
quamquam eadem adsidue spectentur proelia, ridet
nemo, ubi tota cohors pede non est altior uno.

Nullane periuri capitis fraudisque nefandae
poena erit? abreptum crede hunc grauiore catena
protinus et nostro — quid plus uelit ira? — necari
arbitrio; manet illa tamen iactura, nec umquam
depositum tibi sospes erit, sed corpore trunco
inuidiosa dabit minimus solacia sanguis.
at uindicta bonum uita iucundius ipsa.
nempe hoc indocti, quorum praecordia nullis
interdum aut leuibus uideas flagrantia causis:
quantulacumque adeo est occasio, sufficit irae.
Chrysippus non dicet idem nec mite Thaletis
ingenium dulcique senex uicinus Hymetto,
qui partem acceptae saeua inter uincla cicutae
accusatori nollet dare. plurima felix

165. madidos torquentem in cornua cirros *Salmasius de coma p.* 284, torquentis *idem exercc. Plin. p.* 535. 166 *spurium iudicant Pinzger. de uss. spur. p.* 12 *sq. Heinrich.* 167. trachum *Pf.* 168. pygmeus *PS.* puruis *P*, trepidis *Ieuer ad Lucan. III*, 199. 170. seua *P.* haec *bcς.* 171. quatiare *PSς:* quatiaris *g*, quatiere *ω*, quatieris *ς.* 172. quando—spectantur *Iacobs* (*Matthiae misc. phil. I p.* 91 *sq.*). adsiduae *P.* spectentur *Pς:* spectantur *abcfgω.* 174. peiuri *PS.* 176. qui *P.* 177 *sq.* nec —erit *Priscian. V*, 4, 25 *p.* 650. *VII*, 8, 35 *p.* 749. *VII*, 12, 65 *p.* 765. 178. tempore paruo *f.* 179. missus *Wakefield silu. crit. I p.* 149. 180. at *pω:* ad *P*, ac *Achaintre*, et *Heinrich.* 182. fraglantia *P.* 183. occansio *P.* 184. thaletis *pω:* ⁎haletis *P.* 185. hymeto *Pf.* 187. fellis *Cramerus ad schol. p.* 498.

paulatim uitia adque errores exuit omnes,
prima docet rectum sapientia. quippe minuti
semper et infirmi est animi exiguique uoluptas
ultio: continuo sic collige, quod uindicta
nemo magis gaudet quam femina. cur tamen hos tu
euasisse putes, quos diri conscia facti
mens habet attonitos et surdo uerbere caedit
occultum quatiente animo tortore flagellum?
poena autem uehemens ac multo saeuior illis,
quas et Caedicius grauis inuenit et Rhadamanthus
nocte dieque suum gestare in pectore testem.
Spartano cuidam respondit Pythia uates,
haut impunitum quondam fore, quod dubitaret
depositum retinere et fraudem iure tueri
iurando. quaerebat enim quae numinis esset
mens, et an hoc illi facinus suaderet Apollo?
reddidit ergo metu, non moribus; et tamen omnem
uocem adyti dignam templo ueramque probauit
extinctus tota pariter cum prole domoque
et quamuis longa deductis gente propinquis.
has patitur poenas peccandi sola uoluntas.
nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullum,
facti crimen habet: cedo, si conata peregit?
perpetua anxietas nec mensae tempore cessat.
faucibus ut morbo siccis interque molares
difficili crescente cibo, Setina misellus

188. omnis *Cramerus.* 189. docens *adfgς.* docens recti *Cramerus.* 190. et *om. P.* 193. putas *fς.* quos—flagellum *Seruius ad Verg. Aen. VI*, 274. 197. Caedicius *PΣω:* Caecidius *Sς.* et *Pω:* aut *ς.* rhadamantus *P.* 205. Phoebo *Iacobs* (*Matthiae misc. phil. I p.* 92 *sq.*). probauit *pω:* pro⁂a⁂it *P.* 208. sola *ω:* saeua *P cod. Monacensis* 408 *ς*, scaeua *f Boissonadead Nicet. II p.* 179. uoluptas *P.* 210. quod si *uel* sed si *Markland ad Stat. silu. V*, 1, 8. cognata *P.* 213. Setina *Herelius* (*Klotz actt. litt. II p.* 113 *sq.*) *Withof coni. I p.* 122 *sqq.*: sed uina *PSω.*

expuit, Albani ueteris pretiosa senectus
displicet; ostendas melius, densissima ruga
cogitur in frontem, uelut acri ducta Falerno.
nocte brevem si forte indulsit cura soporem
et toto uersata toro iam membra quiescunt,
continuo templum et uiolati numinis aras
et, quod praecipuis mentem sudoribus urguet,
te uidet in somnis, tua sacra et maior imago
humana turbat pauidum cogitque fateri.
hi sunt, qui trepidant et ad omnia fulgura pallent,
cum tonat, exanimes primo quoque murmure caeli;
non quasi fortuitus nec uentorum rabie, set
iratus cadat in terras et iudicet ignis.
illa nihil nocuit, cura grauiore timetur
proxima tempestas, uelut hoc dilata sereno.
praeterea lateris uigili cum febre dolorem
si coepere pati, missum ad sua corpora morbum
infesto credunt a numine, saxa deorum
haec et tela putant. pecudem spondere sacello
balantem et Laribus cristam promittere galli
non audent; quid enim sperare nocentibus aegris
concessum? uel quae non dignior hostia uita?
mobilis et uaria est ferme natura malorum.
cum scelus admittunt, superest constantia; quid fas
adque nefas, tandem incipiunt sentire peractis
criminibus. tamen ad mores natura recurrit
damnatos, fixa et mutari nescia. nam quis
peccandi finem posuit sibi? quando recepit

214. praetiosa *P*. 216. frontem *pω*: fontem *P*. 223. fulmina *ς*. 225 *sq*. *Seruius ad Verg. Aen. IIII*, 209. *VI*, 179. fortuitu *ς Seruius*. rabie *pω*: abie *P*. 226. terra sed *P*. uindicet *ς Seruius*, ut uindicet *H. Valesius*. 227 *sq*. cura—tempestas *schol. Pers. II*, 24. 229 *Priscianus VII*, 12, 65 *p*. 764. *VII*, 16, 68 *p*. 771. 237. quid *fgς*: quod *Pω*.

eiectum semel attrita de fronte ruborem?
quisnam hominum est, quem tu contentum uideris uno
flagitio? dabit in laqueum uestigia noster
perfidus et nigri patietur carceris uncum
aut maris Aegaei rupem scopulosque frequentes
exulibus magnis. poena gaudebis amara
nominis inuisi, tandemque fatebere laetus
nec surdum nec Tiresian quemquam esse deorum.

SATVRA XIIII.

Plurima sunt, Fuscine, et fama digna sinistra
et nitidis maculam haesuram figentia rebus,
quae monstrant ipsi pueris traduntque parentes.
si damnosa senem iuuat alea, ludit et heres
bullatus paruoque eadem mouet arma fritillo.
nec melius de se cuiquam sperare propinquo
concedet iuuenis, qui radere tubera terrae,
boletum condire et eodem iure natantis
mergere ficedulas didicit nebulone parente
et cana monstrante gula. cum septimus annus

246. aegei *Pf.* 249. teresian *P.*

Sat. XIIII. De institutionibus *P ΠΕΡΙ ΑΝΑΓΩΓΩΝ ΠΡΟC ΦΟΥCΚΙΝΟΝ uet. cod. Latin. apud Pithoeum.*

Post* 1 *habent abcgp (in margine) codd. Canteri nouu. lectt. III,* 61 *ς: et quod maiorum uitio sequiturque minores, ***post* 14 *cod. Dresdensis D.*** 153. (*ubi* quid *et* uitias), quisquis maiorum uitio sequiturque minores *suprascr.* VACAT *cod. Monacensis* 260, et quod est maiorum sequitur uitium minores *cod. Hauniensis. post* 3 *poni posse censuit Pithoeus, eiecit Lipsius epistt. quaestt. IV,* 15. 2. maculam hesuram *P Weber animaduu. p.* 37 *sq.:* maculam ac rugam *ω,* maculam et rugam *ς Wakefield silu. crit. I p.* 149. 7. concedet *Pς:* concedit *ω.* raderet ubera *P,* raderet umbra *f.* ᶜtubera terrae, *ὕδνα gloss. H. Steph. p.* 218. 8. natantis *P:* natantes *ω.* 9. ficellas *Lachmann.* 10. gula *pω:* gyla *P.*

transierit puerum, nondum omni dente renato,
barbatos licet admoueas mille inde magistros,
hinc totidem, cupiet lauto cenare paratu
semper et a magna non degenerare culina.
mitem animum et mores modicis erroribus aequos
praecipit atque animas seruorum et corpora nostra
materia constare putat paribusque elementis,
an saeuire docet Rutilus, qui gaudet acerbo
plagarum strepitu et nullam Sirena flagellis
conparat, Antiphates trepidi Laris ac Polyphemus,
tunc felix, quotiens aliquis tortore uocato
uritur ardenti duo propter lintea ferro?
quid suadet iuueni laetus stridore catenae,
quem mire adficiunt inscripta ergastula, carcer?
rusticus expectas ut non sit adultera Largae
filia, quae numquam maternos dicere moechos
tam cito nec tanto poterit contexere cursu,
ut non ter decies respiret? conscia matri
uirgo fuit, ceras nunc hac dictante pusillas
implet et ad moechum dat eisdem ferre cinaedis.
sic natura iubet: uelocius et citius nos
corrumpunt uitiorum exempla domestica, magnis
cum subeant animos auctoribus. unus et alter
forsitan haec spernant iuuenes, quibus arte benigna

11. puerum *P*: puero *ω*. 13. cupiet *pω*: cupient *P*. 16. animos *acdfω*. 17. constare pari paribusque *Wakefield ad Lucret. III*, 375. 18. Rutilus *pω*: rutilis *P*, Rutulus *ς*. 19. crepitu *Broukhus. ad Tibull. IIII*, 1, 59. 20. anthiphates *P*. 21. tum *ς*. aliquis quotiens *ς Doruill. ad Charit. p.* 234. 22. propter duo *ς*. 24. inscripta *pω*: scripta *PS*. *post* carcer *interpungendum docuit Doederlein Aufs. u. Reden I p.* 402 *sq.* 29 *sq.* ceras — cinaedis *Priscian. VII*, 5, 21 *p.* 740. 30 *Priscian. VII*, 4, 15 *p.* 737. *XIII*, 3, 15 *p.* 961. *XVIII*, 28, 288 *p.* 1206. dat — cinaedis *Priscian. XII*, 5, 22 *p.* 946. moechum *P*: moechos *ω Priscianus, Pontanus ad Macrob. sat. II*, 10. cinedis *P*. 33. subeant *ω*: subeunt *Pg*. animos *pω*: animis *P*. 34. spernant *pω*: sperant *PS*, spernent *ς*, spernunt *ς*.

et meliore luto finxit praecordia Titan,
sed reliquos fugienda patrum uestigia ducunt
et monstrata diu ueteris trahit orbita culpae.
abstineas igitur damnandis. huius enim uel
una potens ratio est, ne crimina nostra sequantur
ex nobis geniti, quoniam dociles imitandis
turpibus ac prauis omnes sumus, et Catilinam
quocumque in populo uideas quocumque sub axe,
sed nec Brutus erit, Bruti nec auunculus usquam.
nil dictu foedum uisuque haec limina tangat,
intra quae pater est. procul, ah procul inde puellae
lenonum et cantus pernoctantis parasiti.
maxima debetur puero reuerentia. si quid
turpe paras, ne tu pueri contempseris annos,
sed peccaturo obstet tibi filius infans.
nam si quid dignum censoris fecerit ira
quandoque et similem tibi se non corpore tantum
nec uultu dederit, morum quoque filius et qui
omnia deterius tua per uestigia peccet,
corripies nimirum et castigabis acerbo
clamore ac post haec tabulas mutare parabis.
unde tibi frontem libertatemque parentis,
cum facias peiora senex uacuumque cerebro
iam pridem caput hoc uentosa cucurbita quaerat?

38. damnandis huius enim *P:* damnis huiusce etenim *ω*. haecce etenim *Arndt progr. Raceburg.* 1825 *p.* 11. 39. ne *pω:* nec *P*. 41. Catillinam *P*. 44. nec dictu *acς*. 45. pater *Pdfgvς:* puer *ω*. es *Σ Cramerus ad schol. p.* 508. procul ah *Cramerus:* procul ac *Pfς*, procul hac *abcdω*, procul inde *ς*, procul ite 2 *codd. Parisienses apud Achaintrium, Herelius, Wunderlich obss. ad Tibull. I*, 6, 62. *Doederlein* (*Münchn. gel. Anz.* 1841 *p.* 1002). 48. ne *fgς:* nec *Pω*. 49. obstet *Pavς:* obsistat *ω*. obstet sed peccaturo *Schmidt*. 50. fecerit *PSω:* feceris *p*. 51. quandoque *P:* quandoquidem *ω*. et *om. ς*. 52. morum tibi filius *agς*. simius *Withof coni. I p.* 124 *sq*. qui *Pς:* cum *pω*. 57. senex *pω:* senes *P*.

hospite uenturo, cessabit nemo tuorum.
"uerre pauimentum, nitidas ostende columnas,
arida cum tota descendat aranea tela,
hic leue argentum, uasa aspera tergeat alter,"
uox domini furit instantis uirgamque tenentis.
ergo miser trepidas, ne stercore foeda canino
atria displiceant oculis uenientis amici,
ne perfusa luto sit porticus; et tamen uno
semodio scobis haec emendat seruulus unus:
illud non agitas, ut sanctam filius omni
aspiciat sine labe domum uitioque carentem.
gratum est quod patriae ciuem populoque dedisti,
si facis ut patriae sit idoneus, utilis agris,
utilis et bellorum et pacis rebus agendis.
plurimum enim intererit quibus artibus et quibus hunc tu
moribus instituas. serpente ciconia pullos
nutrit et inuenta per deuia rura lacerta;
illi eadem sumptis quaerunt animalia pinnis.
uultur iumento et canibus crucibusque relictis
ad fetus properat partemque cadaueris adfert;
hic est ergo cibus magni quoque uulturis et se
pascentis, propria cum iam facit arbore nidos.
sed leporem aut capream famulae Iouis et generosae
in saltu uenantur aues, hinc praeda cubili
ponitur; inde autem cum se matura leuarit

59. cessabit *pω:* cessauit **P.** 62. leue ***PS:*** lauet *ω.* uasa—alter ***Priscian. IX,*** 9, 50 *p.* 870. 63. furit ***PSς:*** fremat *abcdfgω,* fremit *ς.* 66. nec *ς.* et—unus ***Eutychius II,*** 5 *p.* 1274. 67. scobis ***PSfgς*** ‘scobis, *πρίσμα*’ ***gloss. H. Steph.*** *p.* 193: scrobis *ω.* emundat *ς* ***Scioppius uerisim. IIII,*** 10. ***Wernsdorf poett. Latt. min. VI*** *p.* 553. 70. patribus ***Bentleius ad Horat. c. III,*** 6, 20. 71. patria ***PS.*** 74 *sq.* serpente—nutrit ***Seruius ad Verg. georg. II,*** 320. nidos *e cod.* ***Perizonii Schrader obss.*** *p.* 70, ***emendatt. p. LI, Porson tracts*** *p.* 310. 76. pinnis ***P:*** pennis *ω.* 77. et *del.* ***Withof coni. I*** *p.* 126 *sq.* 78. adfectus ***P.*** 82. hinc ***Pς:*** tunc *ω,* haec ***Lachmann.*** 83 *sqq.* inde—ouo ***Priscian. VI,*** 11, 59 *p.* 704. se *om.* ***P*** *add. p.* leuarit *ς:* leuaret ***P,*** leuauit ***Priscianus,*** leuabit *ω.*

progenies stimulante fame, festinat ad illam,
quam primum praedam rupto gustauerat ouo.
Aedificator erat Cretonius, et modo curuo
litore Caietae, summa nunc Tiburis arce,
nunc Praenestinis in montibus alta parabat
culmina uillarum Graecis longeque petitis
marmoribus uincens Fortunae atque Herculis aedem,
ut spado uincebat Capitolia nostra Posides.
dum sic ergo habitat Cretonius, inminuit rem,
fregit opes; nec parua tamen mensura relictae
partis erat: totam hanc turbauit filius amens,
dum meliore nouas attollit marmore uillas.
Quidam sortiti metuentem sabbata patrem
nil praeter nubes et caeli numen adorant,
nec distare putant humana carne suillam,
qua pater abstinuit, mox et praeputia ponunt.
Romanas autem soliti contemnere leges
Iudaicum ediscunt et seruant ac metuunt ius,
tradidit arcano quodcumque uolumine Moyses,
non monstrare uias eadem nisi sacra colenti,
quaesitum ad fontem solos deducere uerpos.
sed pater in causa, cui septima quaeque fuit lux
ignaua et partem uitae non attigit ullam.
Sponte tamen iuuenes imitantur cetera, solam
inuiti quoque auaritiam exercere iubentur.

86. Cretonius ***P***: Cretronius p, Cetronius ω, Centronius ς. 91. Posides $p\omega$: Possides ***Sg***, possidens ***P***. 92. Cetonius ***P***, Cretonius $p\omega$. 97 *schol. Lucani* ***II***, 593. cilli ***Is. Vossius ad Pomp. Mel. I***, 8, 17. ***St. le Moyne apud Graeuium ad Flor. III***, 5, 30. *epp.* ***IIII*** *p.* 542 *et p.* 544. nomen *schol. Lucani, Meads prob. Bentleio* (*class. journ.* ***X*** *p.* 407 *sq.*), lumen ***Scaliger ad Catull.*** *p.* 72. *ad Cirin p.* 75. *elench. trihaer.* 31. ***Canter nouu. lectt. IV***, 2. ***Lomeier de lustratt.*** 10 *p.* 81 *sq.* 101. Iudaeicum ***P***. ***Scaliger apud Pithoeum ante*** 101 *poni iubet* 103 *et* 104. 102. tradidit $p\omega$: tradit ***P***. Moyses ***PS***ς.

fallit enim uitium specie uirtutis et umbra,
cum sit triste habitu uultuque et ueste seuerum,
nec dubie tamquam frugi laudetur auarus,
tamquam parcus homo et rerum tutela suarum
certa magis quam si fortunas seruet easdem
Hesperidum serpens aut Ponticus. adde quod hunc, de
quo loquor, egregium populus putat adquirendi
artificem; quippe his crescunt patrimonia fabris.
sed crescunt quocumque modo maioraque fiunt
incude adsidua semperque ardente camino.
et pater ergo animi felices credit auaros,
qui miratur opes, qui nulla exempla beati
pauperis esse putat. iuuenes hortatur ut illam
ire uiam pergant et eidem incumbere sectae.
sunt quaedam uitiorum elementa: his protinus illos
inbuit et cogit minimas ediscere sordes,
mox adquirendi docet insatiabile uotum.
seruorum uentres modio castigat iniquo,
ipse quoque esuriens; neque enim omnia sustinet umquam
mucida caerulei panis consumere frusta,
hesternum solitus medio seruare minutal
Septembri, nec non differre in tempora cenae
alterius conchem aestiui cum parte lacerti

111. dubiae *Pf.* laudetur *P:* laudatur *ω.* 114. de *om. P add. p.* 115. adquirendi *Pfgς:* atque uerendi *abcdω*, atque uerendum *ς.* 117. maiora fiunt *P.* 118. semperque ardente camino *Seruius ad Verg. Aen. II*, 610. 119 *Priscianus XVIII*, 25, 219 *p.*1184. felices *Pς:* felicis *pω.* 120. miratur *Pς:* mirantur *ω.* qui *Pω:* hi *dgpς.* 121. putat *P:* putant *pω.* iuuenes—sectae *Priscian. VII*, 5, 21 *p.*740. hortatur *Padfgς:* hortantur *bcω Priscian.* mirantur—putant—hortatur *Maduig opp. II p.*202. 122. pergant *ω Priscianus:* peragant *P.* 123. illos *pω:* illis *P.* 127. 'SVSTINET. VMQVAM. id est omnia sustinet, duo negatiua confirmatiuum faciunt.' *schol.* 128. frusta *pω:* frustra *Pfς.* 129. hesternum—Septembri *Priscian. VII*, 12, 61 *p.*762. 131. conchem *PS:* concham *pω.* aestiui *pω:* aestiuam *P.*

signatam uel dimidio putrique siluro,
filaque sectiui numerata includere porri:
inuitatus ad haec aliquis de ponte negabit.
sed quo diuitias haec per tormenta coactas,
cum furor haut dubius, cum sit manifesta phrenesis,
ut locuples moriaris, egentis uiuere fato?
interea pleno cum turget sacculus ore,
crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia creuit,
et minus hanc optat qui non habet. ergo paratur
altera uilla tibi, cum rus non sufficit unum,
et proferre libet fines, maiorque uidetur
et melior uicina seges: mercaris et hanc et
arbusta et densa montem qui canet oliua.
quorum si pretio dominus non uincitur ullo,
nocte boues macri lassoque famelica collo
iumenta ad uirides huius mittentur aristas,
nec prius inde domum quam tota noualia saeuos
in uentres abeant, ut credas falcibus actum.
dicere uix possis quam multi talia plorent
et quot uenales iniuria fecerit agros.
sed qui sermones, quam foede bucina famae!
"quid nocet haec?" inquit "tunicam mihi malo lupini,
quam si me toto laudet uicinia pago
exigui ruris paucissima farra secantem."
scilicet et morbis et debilitate carebis,
et luctum et curam effugies, et tempora uitae

134. negabit ω: negauit ***PS***. 135. quod ***Sf***. 136. aut ***Pf***. frenesis ***P***ς. 137. egentis ***Pf***ς: egenti ω. 139. creuit ***Pf***ς: crescit $p\omega$. 141. suffucit ***P***. 145. praetio dominus ***P***ς: dominus pretio ω. 147. mittentur ***P***ς: mittuntur ω, mittantur $d\varsigma$. 149. abeant ***Pg***: habeant ω. 151. quot $p\omega$: quod ***Pa***, quos *f*. 152. qui $p\omega$: quid ***P***. quam ***P***ω: quae $c\varsigma$. foede ***P***: foedae ω, foeda ea ***Doederlein*** (***Münchn. gel. Anz.*** 1841 *p.* 1003). bucina ***PSf***. 153. haec ***Pfg***ς: hoc ω. lupini $p\omega$: lupina ***PS***, lupinam ***cod. Monacensis*** 408, lupinae ς.

longa tibi posthac fato meliore dabuntur,
si tantum culti solus possederis agri,
quantum sub Tatio populus Romanus arabat.
mox etiam fractis aetate ac Punica passis
proelia uel Pyrrum inmanem gladiosque Molossos
tandem pro multis uix iugera bina dabantur
uulneribus. merces haec sanguinis adque laboris
nullis uisa umquam meritis minor aut ingratae
curta fides patriae. saturabat glebula talis
patrem ipsum turbamque casae, qua feta iacebat
uxor et infantes ludebant quattuor, unus
uernula, tres domini; sed magnis fratribus horum
a scrobe uel sulco redeuntibus altera cena
amplior et grandes fumabant pultibus ollae.
nunc modus hic agri nostro non sufficit horto.
inde fere scelerum causae, nec plura uenena
miscuit aut ferro grassatur saepius ullum
humanae mentis uitium quam saeua cupido
inmodici census. nam diues qui fieri uult,
et cito uult fieri: sed quae reuerentia legum,
quis metus aut pudor est umquam properantis auari?
"uiuite contenti casulis et collibus istis,
o pueri!" Marsus dicebat et Hernicus olim
Vestinusque senex "panem quaeramus aratro,
qui satis est mensis. laudant hoc numina ruris,
quorum ope et auxilio gratae post munus aristae
contingunt homini ueteris fastidia quercus.

158. posthac *P*: post haec *pω*. 162. gelidosque Molossos *Scaliger*. 163. bina *pω*: uina *P*. 165. nulli *Heinrich*. aut *Pfg*: haut *p*, haud *ω*. 168. unus *pω*: et unus *P*. 175. caeca *Markland ad Stat. silu. II*, 1, 214. 176. inmodici *Pς*: indomiti *ω*. 178. modus *Herelius*. 182. qui *ω*: quis *Pς*. ruris *pω*: roris *P*. 183. ariste *P*. 184. homini *P*: homines *ω*. ueteres *fg*.

nil uetitum fecisse uolet, quem non pudet alto
per glaciem perone tegi, qui summouet euros
pellibus inuersis. peregrina ignotaque nobis
ad scelus adque nefas, quaecumque est, purpura ducit."
haec illi ueteres praecepta minoribus: at nunc
post finem autumni media de nocte supinum
clamosus iuuenem pater excitat: "accipe ceras,
scribe, puer, uigila, causas age, perlege rubras
maiorum leges aut uitem posce libello.
sed caput intactum buxo naresque pilosas
adnotet et grandes miretur Laelius alas.
dirue Maurorum attegias, castella Brigantum,
ut locupletem aquilam tibi sexagesimus annus
adferat, aut, longos castrorum ferre labores
si piget et trepidum soluunt tibi cornua uentrem
cum lituis audita, pares quod uendere possis
pluris dimidio, nec te fastidia mercis
ullius subeant ablegandae Tiberim ultra,
neu credas ponendum aliquid discriminis inter
unguenta et corium. lucri bonus est odor ex re
qualibet. illa tuo sententia semper in ore
uersetur, dis atque ipso Ioue digna poeta,
'unde habeas, quaerit nemo, sed oportet habere'."
hoc monstrant uetulae pueris repentibus assae,

post 186 *cod. Norimbergensis* 3 *inserit:* frondoso pariter requiem capessere lecto. 187 *sq.* peregrina — ducit ***Seruius ad Verg. Aen. IX***, 614. 189. at *pω:* ad ***P.*** 192. uigila ***Pbcfgω:*** uigil ac *dς.* 194. sit *ς.* naris *gς.* 195. lelius ***P.*** 196. attegias ***Pω:*** adtegias *acdf*, atteias *ς.* 199. trepidum ***Pς:*** trepido *pdfgω.* 200 *sq.* pares — dimidio ***Priscian. XVIII***, 31, 300 *p.* 1211. 202. ablegande ***P.*** 203. neu ***Pω:*** nec *ς.* 206. poeta ***PS:*** poetae *ω.* 208. repentibus assae ***PSς Weber animaduu. p. 27 sqq.:*** poscentibus assae *bcgς*, poscentibus assem *adfω*, *schol. d*: '*alii legunt* assae *cum diphthongo i. e. siccae, absque lacte*', repetentibus assem *ς*, reptantibus assae ***Carrio emendatt. II***, 9, pascentibus assae ***Pontanus ad Macrob. Sat. VII***, 16, repentibus asse ***Hauthal ad Pers. I p.*** 132.

hoc discunt omnes ante alpha et beta puellae.
talibus instantem monitis quemcumque parentem
sic possem adfari. dic, o uanissime, quis te
festinare iubet? meliorem praesto magistro
discipulum. securus abi, uinceris, ut Aiax
praeteriit Telamonem, ut Pelea uicit Achilles.
parcendum est teneris; nondum impleuere medullas
maturae mala nequitiae. ast cum pectere barbam
coeperit et longi mucronem admittere cultri,
falsus erit testis, uendet periuria summa
exigua et Cereris tangens aramque pedemque.
elatam iam crede nurum, si limina uestra
mortifera cum dote subit. quibus illa premetur
per somnum digitis. nam quae terraque marique
adquirenda putas, breuior uia conferet illi:
nullus enim magni sceleris labor. "haec ego numquam
mandaui," dices olim, "nec talia suasi."
mentis causa malae tamen est et origo penes te;
nam quisquis magni census praecepit amorem
et laeuo monitu pueros producit auaros,
[et qui per fraudes patrimonia conduplicare]
dat libertatem et totas effundit habenas
curriculo, quem si reuoces, subsistere nescit
et te contempto rapitur metisque relictis.
nemo satis credit tantum delinquere, quantum
permittas; adeo indulgent sibi latius ipsi.

209. alfa *P*. A et B *adς*. 211. possem *Pfς*: possum *ω*, possim *vς*. 216. maturae *ς*: naturae *Pω*, natiuae *ς*. nequitiae ast cum *ς*: nequitia est cum *Pf*, nequitiae cum *pω*. 217. longi *pω*: longe *P*. 219. et *om. cdfgς*. 221. praemetur *P*. 223. anquirenda *Stewechius ad Apul. p.* 184. *Grangaeus*. putes *ς*. 224. haec ego numquam *om. P add. p*. 228. leuo *P*. 229 *om. abcdfg, spurium iudicant Ruperti, Pinzger de uss. spur. p.* 7. *Heinrich*. conduplicari *Pς*. 230. et *del. Achaintre*. 232. me*tisque *P*.

cum dicis iuueni stultum, qui donet amico,
qui paupertatem leuet attollatque propinqui,
et spoliare doces et circumscribere et omni
crimine diuitias anquirere, quarum amor in te,
quantus erat patriae Deciorum in pectore, quantum
dilexit Thebas, si Graecia uera, Menoeceus,
in quorum sulcis legiones dentibus anguis
cum clipeis nascuntur et horrida bella capessunt
continuo, tamquam et tubicen surrexerit una.
ergo ignem, cuius scintillas ipse dedisti,
flagrantem late et rapientem cuncta uidebis.
nec tibi parcetur misero, trepidumque magistrum
in cauea magno fremitu leo tollet alumnus.
nota mathematicis genesis tua; sed graue tardas
expectare colus: morieris stamine nondum
abrupto. iam nunc obstas et uota moraris,
iam torquet iuuenem longa et ceruina senectus.
ocius Archigenen quaere atque eme quod Mithridates
composuit, si uis aliam decerpere ficum
atque alias tractare rosas. medicamen habendum est,
sorbere ante cibum quod debeat et pater et rex.

Monstro uoluptatem egregiam, cui nulla theatra,
nulla aequare queas praetoris pulpita lauti,
si spectes quanto capitis discrimine constent
incrementa domus, aerata multus in arca
fiscus et ad uigilem ponendi Castora nummi,
ex quo Mars ultor galeam quoque perdidit et res

235. stultus ς. 238. anquirere *Ruperti:* a*quirere **P**, adquirere *p*. 240. ueraque Moenoceus **P**. 241. quorum *Pω Contarenus uarr. lectt.* 14: quarum ς. 245. et late cς. 247. caueam *d*ς. 248. nota—tua *Priscian. VIII*, 14, 75 *p*. 826. 249. colos ς. 250. uota *pω:* uoto ***PS***. 252. occius ***PS***. mitridates ***P***. 255. sorbere ante *pω:* sorbere et ante *P*ς. et—et ***P***: aut—aut *ω*. 260. Castora *pω*: Castura ***P***.

non potuit seruare suas. ergo omnia Florae
et Cereris licet et Cybeles aulaea relinquas;
tanto maiores humana negotia ludi.
an magis oblectant animum iactata petauro
corpora quique solet rectum descendere funem,
quam tu, Corycia semper qui puppe moraris
atque habitas, coro semper tollendus et austro,
perditus ac uilis sacci mercator olentis,
qui gaudes pingue antiquae de litore Cretae
passum et municipes Iouis aduexisse lagonas?
hic tamen ancipiti figens uestigia planta
uictum illa mercede parat brumamque famemque
illa reste cauet; tu propter mille talenta
et centum uillas temerarius. aspice portus
et plenum magnis trabibus mare, plus hominum est iam
in pelago, ueniet classis quocumque uocarit
spes lucri, nec Carpathium Gaetulaque tantum
aequora transiliet, sed longe Calpe relicta
audiet Herculeo stridentem gurgite solem.
grande operae pretium est, ut tenso folle reuerti
inde domum possis tumidaque superbus aluta
Oceani monstra et iuuenes uidisse marinos.
non unus mentes agitat furor. ille sororis
in manibus uultu Eumenidum terretur et igni,
hic boue percusso mugire Agamemnona credit
aut Ithacum. parcat tunicis licet atque lacernis,
curatoris eget qui nauem mercibus implet
ad summum latus et tabula distinguitur unda,

263. aulea *P*. 267. in Corycia *bcgς*. 268. choro *Pafg*. 269. perditus ac uilis *Pς*: perditus a Siculis *ω*, perditus a Cilici *Schmidt*. 270. pingue *Pω*: pingui *gς*. 271. municipes—lagenas *Priscian. V*, 7, 40 *p*. 657. lagonas *P*: lagoenas *pfg*. 278 *sqq*. nec—solem *Priscian. VII*, 2, 8 *p*. 732. Getulaque *P*. 281. opere praetium *P*. 287. lacertis *agς*. 288. nauem *Pω*: nauim *apς*. 289. unda *Pgς*: uda *ω*.

cum sit causa mali tanti et discriminis huius
concisum argentum in titulos faciesque minutas.
occurrunt nubes et fulgura, "soluite funem!"
frumenti dominus clamat piperisue coempti
"nil color hic caeli, nil fascia nigra minatur,
aestiuum tonat." infelix hac forsitan ipsa
nocte cadit fractis trabibus, fluctuque premetur
obrutus et zonam laeua morsuque tenebit.
sed cuius uotis modo non suffecerat aurum,
quod Tagus et rutila uoluit Pactolus harena,
frigida sufficient uelantis inguina panni
exiguusque cibus, mersa rate naufragus assem
dum rogat et picta se tempestate tuetur.

Tantis parta malis cura maiore metuque
seruantur. misera est magni custodia census.
dispositis praediues amis uigilare cohortem
seruorum noctu Licinus iubet, attonitus pro
electro signisque suis Phrygiaque columna
adque ebore et lata testudine. dolia nudi
non ardent cynici; si fregeris, altera fiet
cras domus, adque eadem plumbo commissa manebit.
sensit Alexander, testa cum uidit in illa
magnum habitatorem. quanto felicior hic, qui
nil cuperet, quam qui totum sibi posceret orbem,
passurus gestis aequanda pericula rebus.
nullum numen habes, si sit prudentia; nos te,
nos facimus, Fortuna, deam. mensura tamen quae
sufficiat census, si quis me consulat, edam.

293. piperisue *Pbcgς*: piperisque *ω*. coemptor *cς*. 295. hac *Pς*: ac *bς*, at *acgς*, an *fς*. 296. cadit *Pς*: cadet *ω*. 297. leua *P*. morsuue *Heinrich*. 300. uelantis *P*: uelantes *ω*. 301 *sq*. naufragus—tuetur *schol. Hor. c. I*, 5, 13. *a. p.* 20. 305. amis *P*: hamis *p*. 307. phyrgiaque *PS*. 310. adque *Padfς*: aut *ω* *Lipsius epistt. quaestt. IIII*, 25. 315. habes *Pω*: abest *ς*. nos te *P*: sed te *adfω*, sed nos *bcgς*. 316. te facimus *bcgς*.

in quantum sitis atque fames et frigora poscunt,
quantum, Epicure, tibi paruis suffecit in hortis,
quantum Socratici ceperunt ante Penates.
numquam aliut natura, aliut sapientia dicit.
acribus exemplis uideor te cludere. misce
ergo aliquid nostris de moribus, effice summam,
bis septem ordinibus quam lex dignatur Othonis.
haec quoque si rugam trahit extenditque labellum,
sume duos equites, fac tertia quadringenta.
si nondum inpleui gremium, si panditur ultra,
nec Croesi fortuna umquam nec Persica regna
sufficient animo, nec diuitiae Narcissi,
indulsit Caesar cui Claudius omnia, cuius
paruit imperiis uxorem occidere iussus.

SATVRA XV.

Quis nescit, Volusi Bithynice, qualia demens
Aegyptus portenta colat? crocodilon adorat
pars haec, illa pauet saturam serpentibus ibin.
effigies sacri nitet aurea cercopitheci,
dimidio magicae resonant ubi Memnone chordae
atque uetus Thebe centum iacet obruta portis.
illic aeluros, hic piscem fluminis, illic

319. suffecit *pω:* sufficit *P.* 321. aliut *P:* aliud *p.* 322. cludere *Pg:* claudere *ω.* 323. de nostris *ς.* 328. Crysi *PS.*

Sat. XV post XVI ponunt bcvς. De religionibus Aegypti *P.*
1. bolusi *S.* bythinice *P.* 2. corcodillon *rς*, cocodrillon *dς*, crocodrillon *a.* 4. c.rcop.theci *P*, circopintheci *p.* 5. Memnon.e *P*, Memnona *r cum schol.:* '*Quidam* dimidium *non* dimidio *legunt ad Memnona referentes.*' 6 *Seruius ad Verg. Aen. V*, 52. obrupta *P.* 7. illic aeluros *Brodaeus misc. VII*, 2: illic aeruleos *P*, illic caeruleos *ω.* caeruleum *N. Heinsius ad Claud. in sec. cons. Stil.* 167, 'caeruleus, bestia marina' *gloss. Isidori.* pisces *ς.*

oppida tota canem uenerantur, nemo Dianam.
porrum et cepe nefas uiolare et frangere morsu.
o sanctas gentes, quibus haec nascuntur in hortis
numina! lanatis animalibus abstinet omnis
mensa, nefas illic fetum iugulare capellae,
carnibus humanis uesci licet. attonito cum
tale super cenam facinus narraret Vlixes
Alcinoo, bilem aut risum fortasse quibusdam
mouerat, ut mendax aretalogus. "in mare nemo
hunc abicit saeua dignum ueraque Charybdi,
fingentem inmanis Laestrygonas adque Cyclopas?
nam citius Scyllam uel concurrentia saxa
Cyaneis, plenos et tempestatibus utres
crediderim, aut tenui percussum uerbere Circes
et cum remigibus grunnisse Elpenora porcis.
tam uacui capitis populum Phaeaca putauit?"
sic aliquis merito nondum ebrius et minimum qui
de Corcyraea temetum duxerat urna;
solus enim haec Ithacus nullo sub teste canebat.
nos miranda quidem, set nuper consule Iunco
gesta super calidae referemus moenia Copti,
nos uolgi scelus et cunctis grauiora cothurnis;
nam scelus, a Pyrra quamquam omnia syrmata uoluas,
nullus aput tragicos populus facit. accipe nostro

9. caepe *rf.* et *Pς*: ac *ω*, aut *ς*. 10. ortis *P*. 16. aretologus *r*. mare nemo *pω*: ma**que nemo *P*. 17. saeua—Charybdi *Priscian. VII*, 11, 58 *p.* 761. seua *P*, Scylla *Schrader*. carybdi *S*. 18. inmanis *r*. Lastrygonas *S*. et *racfgς*. 20. Cyaneis *Prbv*: Cyaneas *cod. R. Stephani*, Cyanes *ω*, Cyanea *Dausqueius ad Sil. Ital. XIV*, 515, Sicaneis *Schrader*. 21. uerbere *pω*: ueruere *P*. 22. Elpenora *ω*: Elpinora *P*, pinora *S*, Elphenora *p*. 23. pheaca *P*. 24. memorito *r*. 25. corcyrea *PS*, corcyrrea *p*. duxerat *P*: deduxerat *rω*, deduxerit *gς*. 26. haec *rfgpς*: hic *P*, hoc *ω*. 27. Iunco *Prdh cod. Monacensis* 408 *ς*: Vinco *ς*, Iunio *bcfgpω*, Vinio *a*, Iuno *ς*. 28. callidae *P*. Coptae *r*. 29. coturnis *PS*. 30. phyrra *r*. 31. aput *PSr*.

dira quod exemplum feritas produxerit aeuo.
Inter finitimos uetus adque antiqua simultas,
inmortale odium et numquam sanabile uulnus
ardet adhuc, Ombos et Tentyra. summus utrimque
inde furor uulgo, quod numina uicinorum
odit uterque locus, cum solos credat habendos
esse deos, quos ipse colit. set tempore festo
alterius populi rapienda occasio cunctis
uisa inimicorum primoribus ac ducibus, ne
laetum hilaremque diem, ne magnae gaudia cenae
sentirent, positis ad templa et compita mensis
peruigilique toro, quem nocte ac luce iacentem
septimus interdum sol inuenit. horrida sane
Aegyptos, sed luxuria, quantum ipse notaui,
barbara famoso non cedit turba Canopo.
adde quod et facilis uictoria de madidis et
blaesis adque mero titubantibus. inde uirorum
saltatus nigro tibicine, qualiacumque
unguenta et flores multaeque in fronte coronae,
hinc ieiunum odium. sed iurgia prima sonare
incipiunt animis ardentibus; haec tuba rixae.
dein clamore pari concurritur, et uice teli
saeuit nuda manus. paucae sine uulnere malae,

32. producserit *r*. 33. finitimas *Salmasius exercc. Plin. p.* 447. 34 *spurium habet Ruperti.* 35. Ombos *PSς:* Vmbos *r*, Combos *ω*, compos *g*, Coptos *Pauwius rech. sur les Egypt. II, p.* 160. *Dusaulx.* tenara *g*. utrique *ad*. summus — sed *spuria iudicat Franckius apud Heinrichium.* 36. uulgi *acfgς*. 38. set *r*. 41. ilaremque *P*. 43. nocte ac luce *Pς*: luce ac nocte *ω*. 44. interdum *PSς:* interea *ω*. horrida — titubantibus *eicienda putauit Franckius exam. crit. uit. Iuu. p.* 107 *sqq. de uita Iuuenalis qu. altera. Dorp.* 1827. *prob. G. Hermanno* (*Leipz. Litt. Ztg.* 1822 *n.* 228 *p.* 1819) *et Heinrichio.* 45. Aegyptos *P:* Aegyptus *ω*, est Coptos *Markland ad Eur. suppl. p.* 257 (267). 46. turba *P:* ripa *ω*. 'CANOPO, Latina ripa' *schol.* 47. madidis et *om. P add. p.* 48. blesis *PSfg*. 51. genuinum *bcς*. 52. ardentibus *pω:* ar,entibus *P*. 53. dehinc *bcgς*. 54. male *S*.

uix cuiquam aut nulli toto certamine nasus
integer. aspiceres iam cuncta per agmina uultus
dimidios, alias facies et hiantia ruptis
ossa genis, plenos oculorum sanguine pugnos.
ludere se credunt ipsi tamen et pueriles
exercere acies, quod nulla cadauera calcent.
et sane quo tot rixantis milia turbae,
si uiuunt omnes? ergo acrior impetus, et iam
saxa inclinatis per humum quaesita lacertis
incipiunt torquere, domestica seditioni
tela, nec hunc lapidem qualis et Turnus et Aiax,
uel quo Tydides percussit pondere coxam
Aeneae, sed quem ualeant emittere dextrae
illis dissimiles et nostro tempore natae.
nam genus hoc uiuo iam decrescebat Homero:
terra malos homines nunc educat atque pusillos;
ergo deus, quicumque aspexit, ridet et odit.
a deuerticulo repetatur fabula. postquam
subsidiis aucti, pars altera promere ferrum
audet et infestis pugnam instaurare sagittis.
terga fuga celeri praestant instantibus Ombis
qui uicina colunt umbrosae Tentyra palmae.
labitur hinc quidam nimia formidine cursum
praecipitans, capiturque. ast illum in plurima sectum
frusta et particulas, ut multis mortuus unus

56. agmina *pω*: agmin⋆ ***P***. 61. Sanaque iam *bcς*. quo ***Pgς***: quod *ω*, quot *ς*. mili⋆a ***P***. turbe ***P***. 64. seditioni *Σ* ***H. Valesius***: seditione ***P****ω*. 65. qualis et ***P***: quali se *ω*, qualis se *fς*. 66. uel—Aeneae ***Seruius ad Verg. Aen. I***, 96. ***IV***, 228. 72. deuerticulo ***Pfg***: diuerticulo *ω*. 75. fuga ***Padfgω***: fugae *ς*. praestant instantibus Ombis ***Mercerius apud Salmasium exercc. Plin. p.*** 441: praestant instantibus omnes ***cod. Mercerii, manus antiqua in marg. a***, praestan⋆⋆⋆⋆⋆⋆ ***P***, praestantibus omnibus instans ***pcfgς***, praestantibus omnibus instant *ω*. 76. Pampae ***Salmasius exercc. Plin. p.*** 441. 77. hinc ***Pς***: hic *ω*. 78. in ***om. P add. p.*** 79. particulas ut ***pω***: particula⋆⋆⋆ ***P***.

sufficeret, totum corrosis ossibus edit
uictrix turba; nec ardenti decoxit aeno
aut ueribus, longum usque adeo tardumque putauit
expectare focos, contenta cadauere crudo.
hic gaudere libet, quod non uiolauerit ignem,
quem summa caeli raptum de parte Prometheus
donauit terris. elemento gratulor et te
exultare reor. sed qui mordere cadauer
sustinuit, nil umquam hac carne libentius edit.
nam scelere in tanto ne quaeras et dubites an
prima uoluptatem gula senserit; ultimus autem,
qui stetit absumpto iam toto corpore, ductis
per terram digitis aliquid de sanguine gustat.
Vascones, haec fama est, alimentis talibus olim
produxere animas: sed res diuersa, sed illic
fortunae inuidia est bellorumque ultima, casus
extremi, longae dira obsidionis egestas.
huius enim, quod nunc agitur, miserabile debet
exemplum esse cibi, sicut modo dicta mihi gens
post omnes herbas, post cuncta animalia, quidquid
cogebat uacui uentris furor, hostibus ipsis
pallorem ac maciem et tenues miserantibus artus,
membra aliena fame lacerabant, esse parati
et sua. quisnam hominum ueniam dare quisue deorum
uentribus abnueret dira atque inmania passis,
et quibus illorum poterant ignoscere manes,
quorum corporibus uescebantur? melius nos

81. nec — aeno *Seruius ad Verg. Aen. II*, 610. 82. ueribus *PSabcdfgω*: uerubus *ς*. 85. Promethea *P*. 86 *sq.* elemento — reor *spuria habet Orellius*. 93. haec *P*: ut *ω*, ut haec *f*. est *om. ς*. alimentis *pω*: elementis *P*. olim *Pf*: usi *ω*. 97 *sq. spurios censet Franckius qu. alt. p.* 5. 102. membra — sua *Priscian. VI*, 11, 59 *p.* 704. *VII*, 14, 72 *p.* 768. 104. uentribus *H. Valesius*: uiribus *Pω*, urbibus *ς*. abnueret *Pcς*: abnuerit *ω*. 106. uescantur sed melius *bcgς*.

Zenonis praecepta monent; nec enim omnia, quaedam
pro uita facienda putant: sed Cantaber unde
stoicus, antiqui praesertim aetate Metelli?
nunc totus Graias nostrasque habet orbis Athenas,
Gallia causidicos docuit facunda Britannos,
de conducendo loquitur iam rhetore Thyle.
nobilis ille tamen populus, quem diximus, et par
uirtute atque fide, sed maior clade, Saguntos
tale quid excusat: Maeotide saeuior ara
Aegyptos. quippe illa nefandi Taurica sacri
inuentrix homines, ut iam quae carmina tradunt
digna fide credas, tantum immolat, ulterius nil
aut grauius cultro timet hostia. quis modo casus
inpulit hos? quae tanta fames infestaque uallo
arma coegerunt tam detestabile monstrum
audere? anne aliam terra Memphitide sicca
inuidiam facerent nolenti surgere Nilo?
qua nec terribiles Cimbri nec Britones umquam
Sauromataeque truces aut immanes Agathyrsi,
hac saeuit rabie inbelle et inutile uulgus,
paruula fictilibus solitum dare uela phaselis
et breuibus pictae remis incumbere testae.
nec poenam sceleri inuenies, nec digna parabis
supplicia his populis, in quorum mente pares sunt
et similes ira adque fames. mollissima corda
humano generi dare se natura fatetur,

107 *sq.* nec — putat *spuria iudicat Franckius qu. alt. p.* 5. quaedam *pω*: quidam ***P***. 108. putat *ς*. 112. iam *om.* ***P***. rethore *pω*: re ***P***. Thyle ***PS****ς*: Thile *ω*. 114. Saguntos *dς*: Zagynthos ***P***, Saguntus *ω*. 115. meotide ***P***. 116. Aegyptos ***P***: Aegyptus *pω*. 119. qui *fgς*. 124. Britones ***P****ω*: Brittones *ς*, Bristones *f*, Bistones *ς codd. Perizonii, Gaybacensis* 2, *Dresdensis D.* 153, *Schrader obss. I p.* 4 *sq.*, Teutones *Markland ad Stat. silu. IIII*, 2, 38. 125. Sauromataeue *aς Markland.* 126. seuit rabiae ***P***. 127. sutilibus *Schrader*. 128. teste ***PS***.

quae lacrimas dedit; haec nostri pars optima sensus.
plorare ergo iubet causam dicentis amici
squaloremque rei, pupillum ad iura uocantem
circumscriptorem, cuius manantia fletu
ora puellares faciunt incerta capilli.
naturae imperio gemimus, cum funus adultae
uirginis occurrit uel terra clauditur infans
et minor igne rogi. quis enim bonus et face dignus
arcana, qualem Cereris uult esse sacerdos,
ulla aliena sibi credit mala? separat hoc nos
a grege mutorum, adque ideo uenerabile soli
sortiti ingenium diuinorumque capaces
adque exercendis capiendisque artibus apti
sensum a caelesti demissum traximus arce,
cuius egent prona et terram spectantia. mundi
principio indulsit communis conditor illis
tantum animas, nobis animum quoque, mutuus ut nos
adfectus petere auxilium et praestare iuberet,
dispersos trahere in populum, migrare uetusto
de nemore et proauis habitatas linquere siluas,
aedificare domos, Laribus coniungere nostris
tectum aliud, tutos uicino limine somnos
ut conlata daret fiducia, protegere armis
lapsum aut ingenti nutantem uulnere ciuem,

134. causam dicentis *Pω*: casum lugentis *ς Curio Wakefield silu. crit. II p.* 101. 135 *sq.* circumscriptorem pupillum ad iura uocantem Squaloremque rei cuius *Wakefield l. l.* 136. fletum *e cod. Vossiano N. Heinsius ad Ouid. met. VI*, 312. 138. adultae *pω*: adutae *P*. 140. minor igne rogi *Priscian. VII*, 13, 68 *p.*766. 142. credit *Pς*: credat *pω*. 146 *sqq. panegyr. Berengarii III*, 214 *sqq.* (*Pertz mon. IIII p.*205): 'namque poli sensum demissum — iuberet.' arcae *S*. 147 *sqq.* mundi — quoque *schol. Verg. apud C. Barthium aduu. XXXVII*, 5. 149. animam *paneg. Bereng.* 150. prestare *PS*. 152. linquere *pω*: liquere *P*. 154. limine *ω*: limite *Pς*.

communi dare signa tuba, defendier isdem
turribus atque una portarum claue teneri.
sed iam serpentum maior concordia. parcit
cognatis maculis similis fera. quando leoni
fortior eripuit uitam leo? quo nemore umquam
exspirauit aper maioris dentibus apri?
Indica tigris agit rabida cum tigride pacem
perpetuam, saeuis inter se conuenit ursis.
ast homini ferrum letale incude nefanda
produxisse parum est, cum rastra et sarcula tantum
adsueti coquere et marris ac uomere lassi
nescierint primi gladios extendere fabri.
aspicimus populos, quorum non sufficit irae
occidisse aliquem, sed pectora brachia uultum
crediderint genus esse cibi. quid diceret ergo
uel quo non fugeret, si nunc haec monstra uideret
Pythagoras, cunctis animalibus abstinuit qui
tamquam homine et uentri indulsit non omne legumen?

SATVRA XVI.

Quis numerare queat felicis praemia, Galle,

157. defendier *pω*: defendi** *P*. 163 *schol. Stat. Theb. I*, 459. rapida *acς*. 167. coquaere *P*. 168 *Seruius ad Verg. georg. II*, 539. nescierint *Pω*: nescierunt *Saς Seruius*, nescirent *dfς*. extendere *Pς*: extundere *ω*, excudere *ς Seruius*. 170. uultum *pω*: ultu* *P*. 171. crediderunt *Doederlein* (*Münchn. gel. Anz.* 1841 *p.* 1003). 173. cunctis animalibus abstinuit *Seruius ad Verg. Aen. X*, 564. 174. homine *pω*: homini *P*. legum** *P*.

Sat. XVI ante XV ponunt bcvς. De felicitate militum *P*. ‘Quidam dixerunt hanc satiram non esse Iuuenalis sed appositam ab aliquo. sed Seruius uersum illius in exemplum ponens ostendit esse dicens Iuuenalis: expectandus erit qui lites inchoet annus.’ *schol. in d*. ‘Haec satira a plerisque exploditur nec Iuuenalis esse refertur.’ *schol. in b*.

1. quaeat *P*. Galle *pω*: Galli *P*.

militiae? nam si subeuntur prospera castra,
me pauidum excipiat tironem porta secundo
sidere. plus etenim fati ualet hora benigni,
quam si nos Veneris commendet epistola Marti
et Samia genetrix quae delectatur harena.

Commoda tractemus primum communia, quorum
haut minimum illud erit, ne te pulsare togatus
audeat, immo etsi pulsetur, dissimulet, nec
audeat excussos praetori ostendere dentes
et nigram in facie tumidis liuoribus offam
adque oculum medico nil promittente relictum.
Bardaicus iudex datur haec punire uolenti
calceus et grandes magna ad subsellia surae,
legibus antiquis castrorum et more Camilli
seruato, miles ne uallum litiget extra
et procul a signis. iustissima centurionum
cognitio est igitur de milite, nec mihi derit
ultio, si iustae defertur causa querellae.
tota cohors tamen est inimica, omnesque manipli
consensu magno efficiunt, curabilis ut sit
uindicta et grauior quam iniuria. dignum erit ergo
declamatoris mulino corde Vagelli,

2. quodsi — castra *Priscian. VIII*, 6, 31 *p.* 801. *VIII*, 15, 82 *p.* 830. nam si *Pω*: quodsi *Priscian.* subeuntur *Pfς Priscian.*: subeantur *ω*. 3. nec pauidum *Heinrich.* excipiat *PSω*: excipiet *pς*. 6 *Seruius ad Verg. Aen. I*, 16. 7 *spurius uidetur Heinrichio.* 12. oculum *P*: oculos *ω*. relictum *om. P*, relictos *pω*. 13. bardaicus *PSω*: bardiacus ς, barbaricus *cod. Dresdensis D.* 155 *Cramerus ad schol. p.* 561. 18. cognitio *pω*: cognito *P.* esto *Doederlein* (*Münchn. gel. Anz.* 1841 *p.* 1004.) derit *P.* 19. quaerellae *PS.* 20. tamen cohors *P.* 21. efficiunt *P*: officiunt *ω*. curabilis *P*: curabitis *pω*, durabitis *cod. Dresdensis D.* 155, durabilis *uel* plorabilis *Cramerus ad schol. p.* 561, curabit is *H. Valesius.* 22. et *P*: *om. ω*, ac *G. E. Weber* (*Iahn N. Ibb. XXXII p.* 155.) 23. mulino *Pς*: Mutinensis *ω*, Mutinensi *bcς* 'In alio MVTINENSI' *schol.*

cum duo crura habeas, offendere tot caligas, tot
milia clauorum. quis tam procul absit ab urbe?
praeterea quis tam Pylades, molem aggeris ultra
ut ueniat? lacrimae siccentur protinus, et se
excusaturos non sollicitemus amicos,
"da testem" iudex cum dixerit. audeat ille,
nescio quis, pugnos qui uidit, dicere "uidi",
et credam dignum barba dignumque capillis
maiorum. citius falsum producere testem
contra paganum possis, quam uera loquentem
contra fortunam armati contraque pudorem.
Praemia nunc alia atque alia emolumenta notemus
sacramentorum. conuallem ruris auiti
improbus aut campum mihi si uicinus ademit
et sacrum effodit medio de limite saxum,
quod mea cum patulo coluit puls annua libo,
debitor aut sumptos pergit non reddere nummos,
uana superuacui dicens chirographa ligni,
expectandus erit, qui lites inchoet, annus
totius populi. sed tunc quoque mille ferenda
taedia, mille morae: totiens subsellia tantum
sternuntur, iam facundo ponente lacernas
Caedicio et Fusco iam micturiente, parati
digredimur, lentaque fori pugnamus harena.
ast illis, quos arma tegunt et balteus ambit,
quod placitum est ipsis praestatur tempus agendi,
nec res atteritur longo sufflamine litis.

24. duo *pω*: du ***P***. caligas tot *ς* ***Dempster Etrur. reg. III,*** 26 *p.* 311. ***ad Coripp. p.*** 192. ***Mercerius apud Pricaeum ad Apul. met. p.*** 576: caligatos ***Pω***. 29. cum ***Pf***: quem *ω*. dixerit *pω*: duxerit ***P***. 30. uidit qui *acdgς*. 35. alia ***om. P add. p.*** 38. effodit *pω*: effodi ***P***. 39. patulo ***Pfς***: uetulo *ω* ***Burmann. ad Petron. I p.*** 192, uetula *ς*. 42 ***Seruius ad Verg. Aen. II,*** 102. inchoat *ς*. 45. sternentur *ς*. iam ***Pgς***: tum *ω*. lucernas *pς*. poscente lucernas ***C. Barthius aduu. XIV,*** 16. 48. illis *ω*: illi ***Pfgς***.

Solis praeterea testandi militibus ius
uiuo patre datur; nam quae sunt parta labore
militiae, placuit non esse in corpore census,
omne tenet cuius regimen pater. ergo Coranum
signorum comitem castrorumque aera merentem
quamuis iam tremulus captat pater. hunc fauor aequus
prouehit et pulchro reddit sua dona labori.
ipsius certe ducis hoc referre uidetur,
ut, qui fortis erit, sit felicissimus idem,
ut laeti phaleris omnes et torquibus omnes.

56. captat socer *Heinrich.* fauor *Ruperti:* labor *Pω.* 60. leti faleris *P.*

SCHOLIA VETERA

IN

IVVENALEM.

P codex Pithoeanus.
S codex Sangallensis.
V Georgius Valla.
c Cramerus.
f docta manus in exemplari Fabriciano.
h Heinrichius.
o Orellius.
p Pithoeus.
s Schopenius.
Quae [ ] inclusa sunt non leguntur in codicibus, quae ( ) circumdata sunt in codicibus leguntur, sed delenda uidentur.

SATVRA I.

CVR SATVRAS SCRIBAT.

1. Semper ego. Iuuenalem aliqui Gallum propter corporis magnitudinem, aliqui Aquinatem dicunt. ea tempora Domiciani tyranni, quibus etiam ipse uixit, eo quod in aula ipsius plus striones quam bonae uitae homines possent, grauiter carpsit. hos autem libros in exilium missus ad ciuitatem ultimam Aegypti Hoasim ab ipso Domiciano scripsit. ideo autem in exilium missus est, quia dixit uersum illum [VII, 90], 'quod non dant proceres, dabit strio.' nunc autem hoc inducit per figuras, quasi carptus sit a miseris poetis, qui nil nouum sed omnibus notas fabulas recitarent. et dicit magis ideo saturam se scribere, ut possit mores illius temporis demonstrando notare.

2. Theseide Cordi. Cordus hic poeta fuit uitiosus, qui tragoediam (fabulam) Thesei scripsit; de quo Virgilius dixit [Aen. VI, 617] 'sedet aeternumque sedebit infelix Theseus.'

3. Ille togatas. togatae sunt comediae Latinae, (pallia Graece,) quales Afranius fecit.

4. eâ temporea *S.* 5. eram (*corr.* 2 *m.* etiam) *P*, erant *S.* 6. possunt *PS.* 8. hos *PS*, *corr. Franckius ex. crit. p.* 50, Oasin *p.* 9. illum *om. S.* 11. quasi carptum se per figuras *PS. corr. Lachmann.* 13. sauram *PS.* 17. *Post* sedet *suprascriptum* sector *P*, fector *S.* 20. Afronius *PS.*

5. TELEPHVS filius Eraclis et Auges, a cerua nutritus est. TELEPHVS. A. S. P. notandum. marginem feminino genere dicit, Ouidius [met. I, 13] masculino dicit.

6. ORESTES. [Aegisthus,] Thyestis filius, dum Clitramestram uxorem Agamemnonis adulteraret, illa amoris illius causa communicato cum eodem consilio uenientem e Troiano bello maritum percussit. quam postea filius dicitur occidisse. ORESTES, filius Agamemnonis et Clitremestrae, qui adulteram puniens matrem [occidit].

7. QVAM MIHI LVCVS. lucum Martis dicit, qui Romae est in Appia, in quo solebant recitare poetae; aut illum, qui aput Colcos est, in quo fuit pellis aurea; aut in quo Ilia peperit.

9. VVLCANI Q. A. VENTI. pro follibus posuit.

10. AEACVS Minos et Ramantus, hi tres apud inferos fratres fuerunt.

12. FRONTONIS. in Oratiana domo, in qua poetae recitabant.

20. AVRVNCE. Luci[li]um satyricum dicit, qui fuit Aurunca id est Tuscus.

1. Augeste *P*, Augustae *S*. 6. communicata *PS*. communicata — consilia *Hildebrand ad Apul. I p.* 189. 10. *'ne aliis quidem adstipulatus fuerim ut lucum credam hic eum intelligi, qui ut Probus inquit apud colobum fuit ubi Aeolus fuit ex auro, quem substituerat Romulus Martis filius et ubi insigne Apollinis oraculum fuisse perhibetur. Vtrum ergo lucum martis in quo peperit Ilia Remum et Romulum uelut etiam Probus interpretatur: an lucum Martis dicit qui Romae fuit in Apia, quod ibi solerent multi dicere, ut item Probus putat.' V.* 16. arbitri sederunt *Hildebrand ad Apul. II p.* 488. 19. *hoc schol. om. S.* *'Lucillium dicit ut sit Aurunca pro Italia synecdochicos exposita, uel ut Probus exponit Turnum dicit Scaeui Remoris* (Memoris *p*) *tragici poetae fratrem. Turnus hic libertini generis ad honores ambitione prouectus est potens in aula Vespasianorum Titi et Domitiani, uel Lenium* (Lenaeum *Casaubonus de Rom. sat. p.* 231 *sq.*) *dicit, quia* (qui *p*) *et ipse satyras scripsit, uel Silium et ipsum sui temporis satyricum, qui omnes ut Probus refert ex Aurunca fuerunt.' V.*

23. FIGAT APRVM. matrona, ut quod natura denegat deliciarum affluentia largiatur.

26. CVM PARS. Niliacus. [Crispinus] unus de consulibus Liciniae ac de plebe Aegypti fuit, magnarum postea Romae facultatum. CANOPI. Canopus oppidum Aegypti, dictum a gubernatore Menelai, qui ibidem morsu serpentis extinctus est.

28. VENTILET AE. D. per luxuriam enim anulos aestiuos et hiemales inuenerat.

31. VT TENEAT SE. ut non scribat accusationes illorum.

32. MATHONIS. aduocati, qui sceleribus diues effectus est. LECTICA. genus uehiculi; nobiles enim lecticis uehebantur.

33. PLENA IPSO. quia crassus fuit. DELATOR AMICI. Heliodorum significat delatorem. [QVOD SVPEREST] uel ceteros; delatione scilicet partem maximam proscripserunt, ex quorum bonis multa diripuerunt. namque hoc, quia RAPTVRVS dicit, ad crudelitatem refert. nam a Silla multi occisi et proscripti. Heliodorum dicit stoicum philosophum, qui L. Iunium Silanum, discipulum suum, cum argueretur coniurationis, inficiatum domesticam delationem etiam testimonio oppressit. alii filosophum Traiani dicunt, qui Baream senatorem detulit et damnauit. nonnulli Demetrium causidicum dicunt, qui multos Neroni de-

3. *'hic Crispinus e plebe fuit Aegyptia magnorum postea Romae facultatum et promotionum, siquidem ex libertino senator est a Nerone factus, ut Probus inquit.' V.* consodalibus Licini *Rubenius electt. II,* 28. 6. Menalio *PS. corr. Eremita, Rutgers uar. lectt. IIII,* 4. 8. *'et hoc luxuria inuenerat, inquit Probus, alios anulos aestiuos, alios uero hiemales.' V.* 9. inuenerant *c.* 11 *sq.* Mathonis—uehebantur *om. S.* 14. *lemma addidi.* 15. dilacione *PS.* scilicet *correxi.* Sicilie *PS,* Syllae *Eremita,* nobilium *h.* 17. rapturum *PS.* 19. qui Licinium Silanum *PS. corr. Lipsius ad Tac. ann. XVI,* 7. 20. inficiat cum *PS,* inficiantem praeter *p.* 21. dilacionem *PS.* 22. Boream *PS.* 23. cynicum *p.*

tulit. Soranum Baream Celer filosophus magister ipsius apud Neronem scelere delationis occidit, et ipse postea sub Vespasiano [ob] hoc ipsum Musonio Rufo accusante damnatus est.

34. Et cito raptvrvs. consumpturus.

35. Qvid svperest q. m. Massa morio fuisse dicitur, et Carus nanus, Latinus uero actor mimicus. hi omnes Neronis fuerunt liberti et deliciae Augusti, sed et nequissimi delatores. Latinus autem mimus quasi conscius adulterii Messalinae, uxori Neronis, ab ipso occisus est. Massa autem et Carus Heliodoro deferente occisi sunt. cuius futuram delationem ita metuebant, ut ei munera darent. nam Latinus mimus Thymelenem mimam summittebat ad mitigandum.

39. Vesica beatae. diuitis libidinosae.

43. Palleat. nimia coitus libidine fatigatus, aut spectacione hereditatis, aut metu adulterii.

47. Damnatvs inani ivdicio. non ademptis bonis. rectius dicitur, sine litium aestimatione. [50. provincia.] litis aestimatio illi non profuit. 48. [qvid.] subauditur

1—3. Soranum — est *ad I, 47 ponunt PS.* 2. dilationis *PS.* 3. Vsunio *PS. corr. p.* ‘*Probus autem Heliodorus inquit stoicus qui praeceptor Licinium Syllanum discipulum suum cum argueretur coniurationis inficiantem praeter domesticam dilectionem oppressit. alii philosophum Traiani uolunt, qui Baream nobilem detulit senatorem et damnauit. nonnulli Demetrium causidicum, qui Neroni multos detulit. Comesa, ut Probus putat, propter Syllam qui persecutus est senatores Marianos.*’ *V.* 5. ‘*Massa, ut Probus inquit, morio Traiani fuit.*’ *V.* murio *PS.* 6. ‘*Carus, inquit Probus, nanus fuit Traiani.*’ *V.* 7. liberti *om. S.* Augustis *PS. corr. Schurtzfleisch,* aulae eius *C. Barth aduu. mss. CLVIII,* 20. 8. ‘*Latinus, inquit Probus, quasi conscius adulteriorum Messalinae occisus est a Claudio.*’ *V.* 12. Thymilene *PS. corr. c. cf. Lupi epit. S. Seueri mart. p.* 157 *sqq. O. Jahn spec. epigr. p.* 72 *sqq.* 15. metu *SV,* pretii *P.* ut pretii *s.* 16. adeptis *PS. corr. p.* decius *PS. corr. Th. Mommsen,* melius *p,* iudicium *Rutgers uu. ll. I,* 16, damnatus *Eremita,* dimissus *C. Barth aduu. mss. CLVIII,* 20. 17. sine litium aestimatione *om. Rutgers.* 18. legis *PS. corr. Rutgers.* QVID *add. Rutgers.*

nocet. INFAMIA NVMMIS. infamis pronunciatus sine dispendio pecuniae.

49. EXVL AB O. qui iudicio uacabant, decima ora cenabant. hic enim ab octaua.

50. PROVINCIA PLORAS. quia spoliata.

51. DIGNA LVCERNA. lucernam ideo dicit, quia satyrici ad homiuum uitia quasi lucernam admouent, et uel adurunt uel ostendunt crimina quae nouerunt. VENVSINA autem ideo, quia haec fuit ciuitas Oratii. LVCERNA. id est aut talem saturam scribo, qualem Oratius scripsit.

52. HAEC EGO N. A. persequar, ut Virgilius [Aen. V, 265] 'pallantes Troas agebat.' HERACLEAS. Herculis (autem) columnas in Spaniis aut Atlantem.

53. AVT DIOMEDEAS. socios Diomedis in aues conuersos. LABYRINTHI. Minotauri.

54. ET MARE PER. P. Icarium dicit. FABRVMQVE VOLANTEM. Daedalum.

56. CVM LENO ACCIPIAT. maritus uendens coniugis castitatem. IVS NVLLVM. si facultatem maritus non habet, ut deprehendat spoliandos adulteros, quia nota est eius fraus, tamen conniuentiam suam adulteris uendit. et sic intellegitur: si uxor eius iure impediatur adultero succedere, ipse maritus leno succedit adultero heres, ut per fideicommissum res adulteri ad adulteram ueniant.

56. DOCTVS. ut carius uendat adulterium praesens est.

58. CVM FAS ESSE P. ut accipiat consulatum. CVRAM SPERARE COHORTIS. militum tribunatum.

59. QVI BONA D. PRAE. propter equos hoc dixit et Neronem tangit.

61. FLAMINIAM PVER AVTOMEDON. pro auriga.

1. nocet *V Gronouius.* nota *PS.* notat *Rutgers.* 4. hic iam *s.* 7. omnium *PS. corr. s.* et ut *PS.* uel ut adurant uel ut ostendant *s.* 8. ut *PS.* *'Venusinam a Venusio ubi laternae leues fuerunt, ut Probus inquit, quae uilissimi ueniebant.' V.*

62. IACTARET AMICAE. satyrice. nam habitu uirili feminam describit.

64. SEXTA CERVICE FERATVR. lectica enim faciente luxuria a sex hominibus portabatur.

65. HINC ADQVE INDE P. ut ab omnibus uideatur. CATHEDRA [QVADRIVIO]. ita his rebus concitatur, ut possit et in publico scribere.

66. ET MVLTVM REFERENS. multum lucri capiens. MECENATE SVPINO. superbo uel mortuo.

68. FECERIT VDA. saliua tacta propter signaculi impressionem.

69. CALENVM. uinum dicit.

70. [RVBETAM.] rubeta rana est, ex cuius pulmonibus uel sanguine fit uenenum.

71. INSTITVITQVE RVDES. M. L. C. Lucusta quaedam fuit in Galliis matrona uenefica, quam Nero exciuit ad se propter uenena conficienda, quoniam magnae famae erat. quam etiam in familiaritate sua habuit, ut etiam eum doceret uenena miscere. inde ait Turnus in satura: 'ex qua Caesareas soboles horrida Locusta occidit cura sui uerna nota Neronis.' haec increpitata a Nerone, quod lentum uenenum Britannico (priuigno suo) parasset, tam efficax dedit, ut antequam poculum Britannicus exhauriret, in conuiuio Neronis

6. QVADRIVIO *add. s.* in his *PS. corr. o.* ut *om. PS. add. c.* posset *PS. corr. c.* uel in *s.* 8. sapiens *PS. corr. c.* 12. uenenum *PS. corr. s.* 16. exhibuit *PS. corr. Schreuel. cf. Muncker ad Fulg. p.* 599. propter uenena conficienda *post* famae erat *ponit h.* 18. et tanta *Schurtzfleisch, qui om.* sua. 19. *'Locusta ex Galliis propterea quod famosa uenefica esset Neroni exhibita est eidemque familiaris effecta, ut inquit Probus, ut et illum doceret et plures puellas. unde ait Turnus in satyra: ex quo Caesareas soboles Locusta cecidit horrendum curas: dum liberat atra Neronis. haec increpita a Nerone—expiraret.' V. Coniecturis de Turni uersibus a Wernsdorfio (poett. Latt. min. III p.* 82) *collectis adde Walchii (emend. Liu. p.* 109): ex quo Caesareas soboles horrenda Locusta occidit cura fraterna mota Neronis. 22. priuigno suo *om. V.* compriuigno *u. d. obss. misc. V p.* 264.

expiraret. PROPINQVAS autem dicit, tamquam a Locusta doctas. PROPINQVAS. quidam uxores dicunt propinquas.

72. NIGROS. a ueneno.

73. GYARIS. insula, ubi damnati mittebantur.

75. PRAETORIA MENSAS. illis donant hortos argentum uel caetera, quibus conscientia tenentur obnoxii.

76. EXTRA POCVLA CAPRVM. dicit emblematicum opus.

77. QVEM PATITVR DORMIRE. dissimulare.

78. ADVLTER. puer, qui adhuc uir non est.

80. CLVVIENVS. delirus poeta uel indoctus.

81. EX QVO DEVCALION. ab initio mundi. TOLLENTIBVS AEQVOR. per diluuium.

82. SORTESQVE POPOSCIT. a Themide, quae ante Apollinem responsa dabat.

83. PAVLATIMQVE ANIMA. spiritu. MOLLIA SAXA ut Virgilius [georg. I, 63]: 'unde homines nati, durum genus.' (PYRRA PVELLAS.) et hic per consensum ostendit esse durissimum.

85. VOLVPTAS. hoc est, uitia hominum dant nobis scribendi materiem.

87. ET QVANDO VBERIOR. id est fecundior.

88. ALEA QVANDO. in ellimsin dicit hoc.

89. Hos ANIMOS. enlipsis. subauditur habuit.

90. LVDITVR ARCA. [CASVM] ad incertum euentum.

91. DISPENSATORE VIDEBIS. subministrante pecuniam.

92. ARMIGERO. metafora [a] bellantibus. id est qui arma praebet tesseras et tabulam, et ipse qui nummos sub pignore portat.

6. obnoxia *PS. corr. s.* 7. emblematum *PS. corr. Schurtzfleisch.* '*Probus autem, caper hic, inquit, praecipue ab hominibus* [omnibus *p*] *praedicatur, quem etiam Martialis carmine suo laudauit: stat caper in phiala Thebani uellere Phryxi cultus, ab hoc mallet uecta fuisse soror.*' *V.* 13. '*subaudi a Themide, inquit Probus, quae ante Apollinem responsa dabat.*' *V.* 24. interitum *PS. corr. Hofman Peerlkamp ad Verg. Aen. II p.*181. fortuitum *s.* 25. subministrantis *P.* subministrantes *S. corr. c.*

93. PERDERE ET HORRENTI. trementi, nudo.

95. QVIS FERCVLA SEPTEM. [SECRETO] non in publico conuiuio, sed priuato. in praeterito ostendit hanc uitam non fuisse, ideo dicit AVVS. SECRETO CENAVIT AVVS. quis tuorum auorum aut tam locuples aut tam luxuriosus fuit, ut tu es? moris autem erat apud antiquos, ne quis adderet possessionibus suis aut ex illis minueret.

96. LIMINE PARVA. uult intelligi, quod apud ueteres, quamuis pauperes essent, tamen maiorem humanitatem fuisse; nunc autem eam solam uideri humanitatem, si detur sportula, et ipsa tenuissima. tamen ab honoratis non excludaris, qui ad eam sine pudore conueniunt.

99. AGNITVS ACCIPIES. (id est, qui non agniti fuerint non accipiunt, nedum humiles possunt accipere.) pro exploratus.

100. IPSOS. nobiles. TROIVGENAS. patricios, qui nisi agniti fuerint non accipiunt, nedum humiles possunt accipere.

101. [NOBISCVM]. id est, cum pauperibus.

102. SED LIBERTINVS. arguit homines qui propter libidinem libertatem meruerunt. qui in libertinorum (corpus) tribus relati sunt. qui cum hereditatem meruerint, pertusis auribus signa libertinorum celare non possunt.

104. NATVS. Mesopotameni homines effrenatae libidinis sunt in utroque sexu. Salustius meminit.

106. QVADRINGENTA. qui erat census antea equitum Romanorum. QVID CONFERT PVRPVRA. Lucillius: ‘aurum atque ambitio specimen uirtutis.’ PVRPVRA. laticlauium.

4. dicit abuit *PS. corr. Vs.* dicit cenauit *c.* 5. auus *PS. corr. s.* 6. ne quid adderent—minuerent *Tollius ad Auson. p.* 797. 8. ‘*uult intelligi apud ueteres maiorem humanitatem fuisse, quamuis pauperiores essent; nunc autem eam solam claementiam exhiberi, quod sportulam et ipsam quidem tenuem proferant: nisi tamen ab honoratis excludaris, qui ad eam sine pudore conueniunt.*’ *V.* quod] *cf. Lachmann ad Gai. instt. III,* 160. 10. nec aut *PS. corr. s.* 14. explorati *PS. corr. s.* 22. signa seruitutis *s.* 26. *cf. schol. III,* 143. 27. ambitiosum *PS.*

107. OPTANDVM S. L. C. I. A. quid praestat nobilitas, si mercenarius alienus nobilis est et pauper?

109. PALLANTE ET L. Pallas et Licinius in aula Claudii Caesaris propositi, curam rei publicae gesserunt, cum libertini essent.

111. NVPER I. H. V. P. ostendit plus honoris uideri in calceis quam in persona. in illo enim tempore necdum senatores nigris calceis utebantur. [ALBIS] id est nudis pedibus, uel puluerulentis, uel bracis, uel pedules nouos in bracis, quos pedornis dicunt, ut peregrinus.

112. QVANDOQVIDEM INTER NOS. inter nos quidem magna

5. ‘*Pallas libertus, ut inquit Probus, Claudii Caesaris officium rationum administrauit et in numerum praetorum relatus* [est *add.*], *quod primum percunctantem Caesarem de incaestu Agrippinae ad nuptias confirmasset, eamque ipse consuetudinem* [consultationem *h*] *stupri adeo palam fecerat, ut in quodam simulacro Palatinae Mineruae adscriptum sit, Pallas αἰτιῶνται* [*αἰτιωτάτη Eremita. ἀγιωτάτη Graeuius. ἀΐτᾳ Schurtzfleisch*].’ *V.* ‘*Licinius, inquit Probus, ex Germania puer captus tantae industriae fuit, ut reliquias cibariorum inter conseruos foeneraret, et cui quid credidisset quali poterat chirographo pugillaribus subnotaret. quos cum expeditione quadam transiturus flumen in uestimentis recondidisset, C. Iulio Caesari quodam denegante ei pugillaribus quicquam annotatum barbarus lugens* [lubens *h.* prudens *s.*] *eos obtulit. statim ad dispensationem est admissus, non multo post manumissus, et deinde curationi Galliarum ab Augusto praepositus eas spoliauit, et cum flagraret inuidia basilicam sub nomine Gaii Iulii aedificauit. decessit sub Tiberio, proinde dives fuit quod Cassii* [Crassi *p.*] *opes exhausisset et dictus est habuisse nummos* [fundos *p.*] *quantum milui uolant, unde Persius* [II, 36]: *nunc Licini in campos, nunc Crassi mittit in aedes.*’ *V. haec non esse ueteris interpretis putat p.* 6. ‘*Probus hic exponit alias consuetus* [consutas *Lachmann.*] *habere braches, uel quod pedales nouos haberet in brachis, quos pedurnos dicunt, uel quod non nigris non calceis senatorum: unde urbane ostendit plus honoris in calceis esse quam in persona.*’ *V.* 8. id est *scripsi:* sed *PS.* 9. baxeis *Rutgers uarr. lectt. I,* 16. braxeis *Almeloueen.* pedales nouos in baxeis habens *Rutgers.* pedulis nouus *Meursius gloss. u. ποδόρτιον.* pedules nouas in calceis *Salmasius ad Lampr. Alex. Seu.* 41. pedules nouos cum braxeis *Almeloueen.* sine bracis *h.* 10. pedurnos *uel* udones *p.* perones *Sauaro ad Sidon. Apoll. epp. IIII,* 20. *Ferrarius anall.* 33 *sq.* pedanas *Rutgers.* pedortes *Meursius, Salmasius.* uel peregrinos *f.*

est diuiciarum maiestas, etsi pecunia quidem nondum consecrata est ut in numero sit deorum uel etiam colatur in templis, quemadmodum Pax adque Fides et cetera. ac per hoc ostendit, tam inepte haec numina coli, quam si pecunia templum haberet.

113. (MAIESTAS) [FVNESTA] quoniam per scelera adquiritur. quod funerum faciendorum sit causa. quod per parricidia congeritur.

116. QVAEQVE SALVTATO C. CONCORDIA NIDO. ciconia, quae contra templum Concordiae ex consilio rostri sonitum facit. saturice SALVTATO NIDO, non templo.

117. SED CVM SVMMVS HONOR. id est senatorum.

118. SPORTVLA QVID REFERAT. prosit. RATIONIBVS. utilitatibus.

119. QVID FACIENT. quid faciant parasiti, cum senatores sic auidi sint ad sportulam?

122. LANGVIDA. id est, quietam sufferunt uxorem senatoris. ad accipiendam sportulam matrona sequitur uirum.

123. HIC PETIT ABSENTI. uxori sportulam.

126. PROFER GALLA. qui erogat, dicit. NOLI VEXARE. maritus dicit.

127. IPSE DIES. totos dies sic consumunt diuites, dum

2. uel *scripsi*: ut **PS**. 3. ac per hoc] *cf. schol. I*, 149. *VI*, 306. *VII*, 35. 160. *Donatus ad Ter. Andr. I*, 2, 4. *Seruius ad Verg. Aen. III*, 12. 4. nomina **PS**. 8. congerit **PS**. *corr. Vp*. 10. concilio *Salmasius*. collisu *uel* collisione *h*. consueto *Eremita*. 11. ‘*templum Concordiae, inquit Probus, est uetus, in quo ciconia multa est. aut quae uenientibus salutatum concrepitu consensum prodebat: et satyrice salutato nido non templo Concordiae. crepitat rostro ciconia scilicet quae concussione rostri sonitum pacis uidetur reddere*’ *V*. 15. faciunt **PS**. 16. ‘*LECTICA. lecticarum usum, inquit Probus, primi dicuntur inuenisse Bithyni. Cicero: nam una haud mos est Bithyniae regibus uehi lectica id est octophoro.*’ *V. Cicero Verr. V*, 11, 27: ‘*nam ut mos est Bithyniae regibus lectica octophoro ferebatur.*’ ‘*LECTICA PETIT. octophoro, inquit Probus, uehebatur.*’ *V*. 17. quieton **S**. qui eam **P**. 19. uxoris **PS**.

aut [ad] sportulam, aut ad templum Apollinis [ad] tractandum uadunt.

128. IVRISQVE PERITVS APOLLO. aut quia iuxta Apollinis templum iuris periti sedebant et tractabant, [aut] quia bibliothecam iuris ciuilis et liberalium studiorum in templo Apollinis Palatini dedicauit Augustus. nam hic est Apollo, cuius et Oratius [sat. I, 9, 78] meminit: 'sic me seruabit Apollo.'

129. ATQVE TRIVMPHALES. id est, itur ad rostra, ubi habere solent triumphales statuas uiri magni siue quadrigas.

130. ARABARCHES. Arabiae princeps.

133. VOTAQVE DEPONVNT Q. dum diuites tarde recedunt, clientes spectant, quamquam tarda sit homini spes cenandi. aut certe, si quis non multum habeat in domo sua quod cenet, tamen non patitur diuitum mensas spectare.

135. OPTIMA SILVARVM. de uenatione. quare optimum? est hoc ex affectione et inuidia parasitorum.

138. PATRIMONIA MENSA. mensis citreis, quas antiquitus in magno pretio habebant, aut de ebore.

140. LVXVRIAE. sine conuiuis magnos apparatus.

141. PONIT APROS. apud antiquos munificentia uidebatur apparatior, si in conuiuio cuiusdam aper integer fuisset exhibitus.

142. POENA TAMEN P. poenam dicit quod solus uorauerit, quod multis sufficere potuisset.

143. TVRGIDVS. indigestus.

1. ad *om. PS. add. p.* ad *om. PS. add. Schurtzfleisch.* tractatum *Schreuel.* 4. aut *add. p.* 6. '*hic est Apollo, inquit Probus, cuius et Horatius meminit: sic me seruauit Apollo.*' *V.* 7. et oraculum *PS.* seruauit *Horat.* '*circa aedem Apollinis iuris studiosi conueniebant, siue quod Cicero domum Scaeuolae oraculum dixit ciuitatis, siue quod tam deuia* [dubia *p.*] *iurisperitorum responsa sint, ut etiam inquit Probus, quam Apollinis.*' *V.* 14. tamen *V.* tum *PS.* 15. '*quae de uenatione sunt optima.*' *V.* 17. '*Probus exponit mensas citreas, quae, inquit, antiquitus in magno pretio habebantur uel de marmore uel quae de Indico ebore affabre facta sunt.*' *V.* 19. conuiuiis *PS. corr. c.* 21. apparatio *PS. corr. p.*

144. HINC SVBITAE MORTES. id est, mortuus est manducando.

146. DVCITVR. insultant, quod de indigestione sit mortuus intestatus, de cuius testamento nihil consecuti sunt.

149. OMNE IN PRAECIPITI V. ac per hoc ad marginem uenit, ut iam humiles nostros prosit discere. VTERE VELIS. dictionis dicit, hoc est saturae scribendae.

151. PRIORVM. Lucilli et ceterorum.

155. TIGILLINVM. uilem hominem dicit. PONE TIGILL. C. Sofonius Tigillinus, patre Agrigentino, Scyllaceum relegato, iuuenis egens, uerum admodum pulcher, in concubinatu Ma. Vinicio et Lucio Domitio maritis Agrippinae et Iuliae, sororum Caesaris, (adque in utriusque uxoribus) suspectus, ob hoc urbe summotus, piscatoriam in Achaia exercuit, quoad accepta hereditate reditum sub condicione inpetrauit, ut conspectu Claudii abstineret. quare saltibus in Apulia et Calabria comparatis, cum studiose equos aleret quadrigarios, amicitiam Neronis nactus, primus illum ad studium circensium mouit. [PONE.] hoc est, in satura. pone

3. sic *PS. corr. c.* 4. contestatus *PS. corr. c.* 6. ᶜ*uelis dictionis et satyrae.*ᵓ *V.* 7. distinctionis *PS. corr. s.* 9. Tigillinum — dicit *om. P.* ᶜ*fuit autem Offonius Tigillinus patre Agrigentino Scyllaceum relegato, iuuenis egens, uerum admodum pulcher et ob hoc maritis Agrippinae et Fuluiae, sororum Caesaris suspectus. urbe summotus piscatoriam in Achaia exercuit, deinde reditum sub conditione impetrauit ut conspectu Claudii abstineret. qua re saltibus in Apulia et Calabria comparatis cum studiosius equos quadrigarios aleret amicitiam Neronis nactus est primusque studium circensium fecit.*ᵓ *V. His addit V quaedam e Suetonii uita Galbae* 15 *petita, quae p inter scholia recepit.* 10. Fulcinius *P.* Fulanius *S.* Agrentino *PS.* Scylaeum *c.* 11. religatus *PS.* in concubinatum a *PS.* in concubinatum sumtus *h.* ob concubinatum *c.* 12. Bincio *PS. corr. c.* Domitiae *PS. corr. p.* 13. Fuluiae *PS. corr. ch.* idque *c.* utrisque *PS. corr. h.* 14. piscaturam *P.* machinam *PS. corr. c.* 15. quo *PS. corr. p.* 16. concubitu *PS. corr. c.* 17. haberet *P.* alteret *S. corr. p.* 18. prius *PS. corr. p.* 19. ᶜ*si Tigillinum laeseris uiuus ardebis, quemadmodum uiuente et imperante Nerone uiui arserunt* **multi**

te uituperare Tigillinum, quem si laeseris, uiuus ardebis, quemadmodum in munere Neronis uiui arserunt, de quibus ille iusserat cereos fieri, ut lucerent spectatoribus, cum fixa essent illis guttura, ne se curuarent.

156. QVA STANTES A. Nero maleficos homines theda et papiro et cera superuestiebat, et sic ignem admoueri iubebat, ut arderent.

157. ET LATVM MEDIA. addictus enim cum per arenam traheretur, sulcum corpore suo fecit. uel fossam, in qua stipites figebant, in quibus ardebant.

158. QVI DEDIT ERGO TRIBVS P. AC. generaliter dicit carpens eos qui ueneno grassantur.

159. PENSILIBVS PLVMIS. lectica plumis strata. PENSILIBVS. in altum structis.

162. SECVRVS L. AENEAN. securus de mortuis loqueris, nec metuis legem Iuliam, quae uiuorum uicia carpi [uetat].

163. PERCVSSVS ACHILLES. Virgilius [Aen. VI, 37]: 'Dardanam qui pandis directi tela manusque.'

164. AVT MVLTVM QVAESITVS HYLAS. Virgilius [ecl. VI, 44]: 'ut litus Hyla, Hyla omne reclamat.'

168. INDE IRAE ET L. Iracundia accenditur nocens criminum conscientia lacessitus. Virgilius [Aen. II, 97]: 'hinc mihi prima mali labes.' ERGO VOLVTA. cogita satiricas leges.

de quibus caereos fieri iusserat, ut spectatoribus collucerent, cum confixa illis essent guttura, ne se flecterent.' V. His multa addit V nusquam Probi mentione iniecta, quae quasi ex antiquis scholiis desumpta paucis mutatis recepit p. ponere *p. Rutgers uarr. lectt. VI*, 18. 8. adductus *PS. corr. C. Barth.* 9. corpori *PS. corr. p.* 10. fiebant *P. 'fossa in qua stipites figebantur.' V.* 12. uenena crassantur *PS. corr. c. 'nullum tamen extat testimonium nisi quod circumfertur ex libello Probi grammatici his uerbis: M. Ophonius Tigillinus homo omnium nequissimus tris patruos habuit, quos omnes ut eorum haereditatibus potiretur ueneno absumpsit subtractisque anulis et falso tabulis signatis haereditates summo scelere consecutus est.' Domitius Calderinus.* 15. liqueris *PS. corr. p.* 16. carpit *PS. corr. p.* conuicia carpit *C. Barth.* 17. uirtutem *PS. corr. c.* 18. Dardana qui Paridis direxti *Verg.* 20. sonaret *Verg.* 21. accendit *PS. corr. p.*

169. PAENITET. metafora. tarde penitet indixisse bellum, cum iam pugna commissa sit. DVELLI. belli.

171. QVORVM FLAMINIA. uiae, in quibus nobiles sepeliebantur.

SATVRA II.

DE PHILOSOPHIS OBSCENIS.

1. VLTRA SAVROMATAS. Sarmatae ultimi ultra Pontum sunt, uicini Amazonum, unde Sauromatides appellantur.

3. QVI CVRIOS. de his, qui seueritate simulata effeminati sunt. BACCHANALIA VIVVNT. criminose uiuunt. id est, qui sub figmento seueritatis sunt inpudici. nam sacra Bacchanalia ex SC. condemnata sunt, cum probatum esset senatui, honestissimas feminas ad Stimulae deae lucum foede adulterari.

5. CHRYSIPPI. imagines Chrysippi filosofi inuenies apud eos factas de gipso, qui fuit stoicorum princeps.

6. SI QVIS ARISTOTELEN. Aristotelis imaginem similem uel statuam.

7. ET IVBET. uult. PLVTEVM. armarium.

10. INTER SOCRATICOS. Aristofanes lacerat Socratem et discipulos ipsius, cum sit et ipse peior plerisque.

11. HISPIDA. hirsuta.

12. PROMITTVNT ATROCEM. fortem, sed coloratum.

13. MARISCAE. nam inuenientes stupri uestigia medici rident. id est, intellegunt et denotant.

8. Sauromatibus *P.* Sauromatae *S. corr. Rutgers uarr. lectt. IIII*, 4. *cf. Plin. VI*, 13, 15. *Pomp. Mela III*, 5, 4. Sauromaticus *C. Barth.* 12. ex is *P.* ex his *S. corr. p.* 13. locum *PS. corr. p. cf. Ouid. fast. VI*, 497. 15. inueniet *P.* iuuenes *S. corr. c.* 18. ut *PS. corr. s.* 20. '*Aristophanes in comoedia, quae solet nephelae inscribi lacerat Socratem et discipulos ipsius, cum sit ipse peior.*' *V.* 21. plerique *PS. corr. p.*

16. ET MAGIS INGENVE PERIBOMIVS. nomen archigalli cinedi, quem magulum conspurcatum dicimus, qui publice inpudicitiam professus est.

21. CLVNEM. ad patiendum stuprum. CLVNEM AGITANT EGO TE CEVENTEM. inclinatum ad stuprum et sustinentem. SEXTE. senator.

23. LORIPEDEM. solutum pedibus, aut curuis.

27. CLODIVS C. Caesaris uxorem adulterauit, et licet Ciceronis testimonio grauatus sit, tamen absolutus est. Clodius et Clodium accusauerit, qui et in templo bonae deae Caesaris adulterauit. CLODIVS ACCVS. id est, si proscriptio displiceat Syllae uel Mario ceterisque, potest etiam Verri fur displicere et moechus Clodio.

28. IN TABVLAM SYLLAE. proscriptorum. Caesar Pompeius et Crassus, uel Augustus Lepidus Antonius.

29. QVALIS ERAT N. T. traico concubitu, id est scelerato. CONCVBITV. Claudium Caesarem dicit, qui occisa Messalina,

2. *Ducange s. u.* ‘*magulum*’ *affert gloss. gr. ms. ex cod. reg.* 2062 *παρειαί, αἱ γνάθοι, τὰ μάγουλα. narrat. de Bertrando Rom. ms. στόμα χαρίτων χάριτος, ὀδόντια μαργαριτάρια, μάγουλα ῥοδοκόκκινα. quibus gloss. γνάθον, τὸ μάγουλον* (*obss. misc. IX p.* 141) *add. h. cf. Meursius gloss. s. u.* gallum *uel* gallulum *Schurtzfleisch.* matulam *u. d. obss. misc. V,* 2 *p.*268. magalem *i. e. maialem c.* 2. ‘*qui impudiciciam publicae professus est.*’ *V.* 3. perpessus *PS.* 10. accusauit *P.* accusatum *S.* 15. ut *PS.* ‘*tres discipuli: Augustus Lepidus Antonius. hi enim triumuiri fuerant, qui per cruentum foedus iuncti cum rem publicam inuasissent Syllam imitati senatum et equestrem ordinem proscripsere: ut ait Probus.*’ *V.* 17. ‘*Claudium Caesarem incessit, cuius consilio occisa Messalina uxore impudicissima Iuliam Agrippinam fratris filiam matrem Neronis reuocatam ab insula in matrimonium accaepit concesso iure nuptiarum ex senatusconsulto. quam dicit frequenter abortum appetisse apud Clodium, ne ex ipso cohaeredem Neroni filium pareret, cui praeparabat imperium, ut Probus inquit. tragico igitur concubitu infamis Claudius, qui scelerate fratris Germanici Domiciani filiam Iuliam in adulterio sumpserat maritata* [maritam], *cum ipse de adulteris leges scaeuissimas promulgasset.*’ *V.*

uxore impudicissima, Agrippinam [filiam] fratris Germanici matrem Neronis, reuocatam ab insula in matrimonium accepit, concesso iure talium nuptiarum ex SC. quam dicit etiam frequenter abortum fecisse, ne ex ipso coheredem Neroni filio pareret, cui illa praeparauit imperium. (Clodius) [Titi] fratris Domicianus filiam Iuliam in adulterio sumpserat maritam, cum ipse de adulteris leges seuerissimas promulgaret.

32. CVM TOT ABORTIVIS. haec pocionem accipiens abortum faciebat, quippe quae per adulterium concipiebat.

33. OFFAS. pro partu.

34. FICTOS. hoc est, philosophos.

35. CONTEMPNVNT ISCAVROS. quia seueritatem Scaurorum simulant.

37. CLAMANTEM T. V. N. L. Iulius enim Caesar dederat legem de damnandis adulteris.

40. TERTIVS E CAELO CECIDIT CATO. multi fuerunt Catones, e quibus duo nobilissimi, prior censor, posterior nepos ipsius, qui de mortis loco dictus est Vticensis Cato.

41. HIRSVTO. piloso.

44. AC IVRE CITARI [SCANTINIA]. lex de infamibus puniendis.

46. DEFENDIT NVMERVS. metafora a bellantibus, multitudo. id est, quia multi sunt, ideo non accusantur. ut Lucanus [V, 260]: 'quicquid multis peccatur, inultum est.'

49. MEDIA NON LAMBIT. nomina meretricum lambentium.

1. uxorem impudicissimam *PS. corr. Nic. Antonius de exilio III, 4. C. Barth, d'Arnaud coni. II,* 19. Agrippinam fratris germani matrem *PS. corr. Nic. Antonius.* 4. uolenter frequentem *e cod. C. Barth.* 5. Clodius — promulgaret *supra p.* 187, 11 *post* 'adulterauit' *habent PS, transponenda uidit s. apertum est duas explicationes de Claudio et Domitiano misere confusas esse.* 6. Titi *om. PS.* Domiciani *PS. corr. c.* adulterium *s.* 9. nec *PS. corr. c.* 13. qui *s.* 16. de adulteriis *Eremita.* 21. 22. pueris *Eremita.*

50. HIPPO SVBIT. uir grauis corrumpitur a iuuenibus. NAM MORBO PALLET VTROQVE. et patitur et lambit. [MORBO VTROQVE]. utriusque sexus. inguina lambentis et propatientis.

53. NOVIMVS AVT VLLO STREPITV FORA. [COLYPHIA]. pulmentum siue membrum uirile. (PAVCAE) athletarum cibum dicit.

56. TORQVETIS ARACHNE. Arachne uirgo Lydia lanifica, quam Minerua pro inuidia, quoniam ausa fuit in certamine prouocare, in araneam conuertit.

57. HORRIDA. magno odio habetur apud uxorem ea quae domino miscetur. ergo hanc insequens grauioribus poenis domina catena uinctam infigit codici atque ita iubet facere pensa.

58. IMPLEVERIT HISTER. Hister quidam infamis, qui omne patrimonium suum uiuus donauit uxori, ob hanc scilicet causam, ut simul dormiret is, qui et illum corrumperet et illi misceretur.

59. CVR MVLTA PVELLAE. consciae sibi, quae nouerat eum corrumpi.

60. DIVES ERIT. quae uideat corrumpi senem et taceat cupiditate habendi. TERTIA. nomen meretricis. tertia ipsa, id est cum duobus adulteris, ut carpat quod non sufficiebat uiris, nisi plures essent.

61. CYLINDROS. gemmas preciosissimas.

63. DAT VENIAM CORVIS. prouerbium est coruorum de inpudicis. discreuit sexum per aues. unde dicunt coire coruos per os et sic parere. CENSVRA COLVMBAS. retulit ad simplicitatem, ideo dixit columbas.

3. ore patientis *Woweren ad Min. Fel. p.*279. propudia patientis *c.* 5. sicut membrum *e cod. Heinsius ad Petron.* 70. sistens membrum *Schurtzfleisch.* in membrum *s.* 8. quod eam ausa *c.* fuit eam certamine *s.* 16. dormiat *PS. corr. p.* 18. ‘*consciae, inquit Probus, quae dominum suum nouit praecidi.*’ *V.* 21. ‘*tertia, aut ordine, aut nomen proprium est, ut putat Probus et* DORMIS *et* ERIS *legit secundae personae.*’ *V.* 26. nempe *C. Barth.*

65. STOICIDAE Q. E. F. L. qui sub praetextu philosophiae infamiam exercent. (NON FACIENT ALII.) dicit contumeliose, ut Virgilius [Aen. IX, 617]: 'O uere Frigii.' Persius [I, 4]: 'Troiades.'

66. MVLTICIA SVMAS. uestes molliori textas sub stamine, quibus solent uti puellae.

68. IN PROCVLAS. in criminosas. MOECHA FABVLLA. de centum una (de meretricibus).

71. AESTVO NVDVS AGAS. minus nuditas quam infamis ignominia deridetur.

73. VVLNERIBVS. recentibus bellis.

75. QVID NON PROCLAMES IN CORPORE [ISTA]. uestimenta.

76. MVLTICIA TESTEM. id est, si testimonium admittitur huius, qui his uestibus utitur.

78. CRETICE. hoc nomine uel quemlibet nobilem significat, uel Iulium Creticum, qui sub Caesaribus inlustres causas egit.

79. ET DABIT IN PLVRES. per te, inquit, Cretice, et alii corrumpuntur.

81. VVAQVE CONSPECTA LIVOREM. et Virgilius [ecl. I, 51]: 'ne mala uicini pecoris contagia laedant.' hoc ex prouerbio sumitur: 'uua uuam uidendo uaria fit.'

83. ACCIPIENT TE. id est, in numerum cinedorum paulatim suscipiaris.

86. ATQVE BONAM TENERAE. id est, nouellae. ABDOMINE PORCAE. pinguedine aut intestinis. [PORCAE] uel matronae.

1. stoicides *V.* stoiadae *h.* 3. Phrygiae *Vergilius.* 5. molliri *PS.* subtemine *p.* 15. '*Cretice. inuehitur in Metellum Creticum eum, qui uicit Cretenses, ut Probus ait.*' *V.* 16. ut *PS. corr. p.* 19. corrumpentur *V.* 21. et prouerbio *PS. corr. c.* 22. uua — fit *ante* et Virgilius *ponit h.* 24. suscipieris *s.* 26. '*abdomine pinguedine uel intestinis.*' *V.* aut stent in his *PS. corr. s.* ut se dent *c.* aut steatomate suis *Beier ad Cic. orr. frr. p.* 74. ut *PS.*

88. FEMINA LIMEN. pulsa.

89. SOLIS ARA DEAE. haec Cereris sacra faciunt. PATET ITE PROFANAE. cum magis nefas sit ad hoc uirorum quemquam accedere, (magis) uiris patet et mulieres pelluntur.

92. CECROPIAM SOLITI BAPTAE. Baptae, titulus libri, quo impudici disscribuntur ab Eupolide, qui inducit uiros ad imitationem feminarum saltantes. LASSARE. baptae autem molles. quo titulo Eupolis comediam scripsit, ob quam ab Alcibiade, quia praecipue perstrinxerat, necatus est. COTYTON. ad exemplum Cotyti dicuntur Issiaca sacra celebrari.

95. ILLE PRIAPO. in uitreum penem. quos appellant drillopotas.

97. GALBINA RASA. polita tenuiter. (rasa).

98. ET PER IVNONEM. non per Iouem, sed per Iunonem. ita, inquit, serui iurant, quomodo solebant ancillae matronis adulantes ‘per Iunonem tuam.’

99. ILLE TENET. [OTHONIS] nomen cuiuslibet fortis uiri, aut ipsius Otonis est. (subnotatio huius retro scripta ubi

2. baptae *add. V.* 6. ‘*res uero ipsa sic, ut exponit Probus, habet. Baptae comoedia, inquit, fuit in qua Eupolis inducit uiros Athenienses in imitationem foeminarum saltantes lassare psaltriam Cotyton. Cotytos apud Athenienses psaltria quam effoeminati colunt noctu illam adeuntes. Baptae titulus libri, quo impudici describuntur.*’ *V.* 7. impudices *S.* uirum *PS.* 8. calcantes *PS.* lassare psaltriam *p.* psaltria *aut potius* psaltrio *siue* psalterio *h.* ‘*Baptae molles. quo titulo Eupolis comoediam scripsit, ob quam Alcibiades quem praecipue perstrinxerat necuit ipsum in mare praecipitando dicens: ut tu me in theatris madefecisti nunc ego te in mari madefaciam.*’ *V.* 11. Cotyttiorum *Schurtzfleisch.* 12. drillopotae *PS. corr. Schurtzfleisch.* phallopotas *aut* ueretrillopotas *Casaubonus ad Capit. Pertin.* 8. 16. neronis *PS.* matronis *V.* heros suos *C. Barth.* heris suis *Schurtzfleisch.* 19. uue *PS.* ubi *Lachmann. etenim quae sequuntur* ‘occiso—lapide’ *S u.* 90 *apponit, P prorsus omittit. quae confusio cum in antiquiore codice iam animaduersa fuisset, palmae signo atque hac adnotatione additis uitium quantum fieri potuit emen-*

palma.) (TIBICINA CORNV) [ILLE TENET SPECVLVM.] occiso Galba imperatore Otho inuasit imperium, qui tam probrosae curae in polienda forma fuit, ut humecto pane faciem liniret ad sollicitandum candorem. utebatur et speculo. hunc incomparabilis uitae bello ciuili Vitellius uicit apud Bebriacum campum. horum bellum scripsit Cornelius, scripsit et Pompeius Planta, qui ait Bebriacum uicum esse a Cremona uicesimo lapide. SPECVLVM. in domo Neronis inuenerat (Nero).

100. ACTORIS AVRVNCI. adlusit de Virgilio [Aen. XII, 94].

103. HISTORIA SPECVLVM CIVILIS. Otho bellum ciuile gessit cum Vitellio, et uictus semet occidit. ET CVRARE CVTEM [SARCINA BELLI]. ironia, quando secum speculum portaret (Galua).

106. BEBRIACIS CAMPIS. Bebriacus campus inter Hostiliam et Cremonam, ubi pugnauit Otho cum exercitu Vitelliano et uictus se ipsum iugulauit. occiso uilo principe, ex quo Nero oppressus est, non multo post Otho effemina-

dare studuit librarius. miror unde hoc scholium ediderit p, cum mihi relatum sit deesse illud in P. 1. ‘*occiso Galba Otho Romanum inuasit imperium securus in expolienda forma ut tumido pane faciem leniret ad sollicitandum candorem: utebatur et speculo. hunc uitae eius comparabilis Vitellius bello ciuili confecit apud uicum Bebriacum. quod bellum descripsit Cornelius Tacitus, post Cornelium uero, ut Probus inquit, Pompeius Planta, qui ait Bebriacum uicum distare a Cremona uiginti milia passuum.*’ *V.* 3. polenda *S. corr. p.* 4. hunc ei comparabilis *c.* 5. uitiis *C. Barth.* uebricum *S.* 6. Campaniae *S. corr. Lipsius ad Tac. hist. II*, 23. 15. ‘*Bebriacus campus inter Hostiliam et Cremonam est ubi pugnauit Otho aduersus exercitum Vitelii.*’ *V.* Bebriacos campos *PS.* 16. Vitellionis *PS. corr. c.* ‘*Valo Vitelii exercitus duce ex quo fuerat oppressus Nero. at non multo post Othonem extinctum effoeminatissimus Vitellius occupauit imperium et Othonis molles habitus quos palatus infamor sustulerat sibi dari iussit.*’ *V.* uilo *PS.* uili illo *aut* uero illo *c.* Galba *s.*

tus occupauit imperium, quem palato infamior occidit. BEBRIACIS. PALATI. pontici, unde pelles bebrinae.

107. ET PRESSVM. quod infames faciunt, ad excandendam cutem.

108. QVOD NEC. SAMER. Sameramis, uxor Nini, Babylonis ciuitatis conditrix, a filio suo, cuius concubitus inceste concupierat, occisa est.

112. FANATICVS ALBO. libidinosi senis reprehensio.

121. O PROCERES. qui emendet, aut qui expiet.

124. SEGMENTA. [LONGOS] profusae uestes. ET LONGOS. [SEGMENTA] fimbriatas siue uittatas uestes. [FLAMMEA] quibus matronae nouae nuptae cooperiuntur. ET FLAMMEA SVMIT. uestis pudori similis, quam propter pudorem accipiebant.

125. ARCANO. qui aliquando salius Martis fuit, nobilis enim erat (SVDAVIT CLYPEIS) Gracchus, accepit uestem nouae nuptae.

126. O PATER VRBIS. apostrofe cum indignatione ad Martem, auctorem generis Romani.

127. NEFAS TANTVM. libidinis.

128. GRADIVVS Mars. VRTICA. prurigine.

131. NEC QVERERIS PATRI. id est Ioui.

1. palatos *PS. corr. c.* ‘*Bebriaci campo, quem in Ponto et hinc pelles bebrinas dictas esse Probus ait; Galba enim Ponticus fuit.*’ *V. cf. schol. XII,* 34. *Beckmann Beitr. zur Gesch. der Erfindungen V p.* 60 *sqq.* 3. quia *PS.* ex candidandam *c.* 4. cudem *PS. corr. c.* 8. libido sine reprehensione *PS. corr. H. Peerlkamp ad Verg. Aen. I p.* 167. libido sine repraesentatione *c.* inuidiosa reprehensio *s.* 118. ‘*cornicini. et est metaphora. i. expertus, ut Probus inquit, naturam eumque grandem habere cornu.*’ *V.* 9. quo—quo *PS. corr. s.* 10. *lemmata recte disposuit Salmasius ad Vopisci Aurel.* 46. pertusae *C. Barth.* 11. fimbriatum *P, C. Barth.* fimbriatus *S. corr. Ferrarius de re uest. III,* 17. limbatas *Hildebrand ad Apul. I p.*60. ‘*segmenta quibus noua nupta amicitur, et* [ut] *ait Probus, segmentarii etiam nunc dicuntur qui uestes ex auro elaborant.*’ *V.* 13. pudori rubore similis *Hildebrand ad Apul. I p.*300. 14. ‘*qui aliquando salius fuit Martis, nobiles enim erant et illi.*’ *V.* 15. enim] non *PS.*

132. IVGERIBVS. recede de Martio campo, quem tenes, qui tibi coeperat aedificari. hic enim ager Tarquini superbi fuit, et pro illius fuga Marti consecratus dictus est Martius campus. IVGERIBVS CAMPI QVEM NEGLEGIS [OFFICIVM]. quidam dicit tamquam interrogatus.

133. IN VALLE COLLE QVIRINI. ad inuidiam dixit in ualle.

136. FIENT ISTA [IN ACTA REFERRI]. annalibus contineri.

140. SED MELIVS. quia illis fecunditatem natura non tribuit.

141. TVRGIDA. Turgida sunt genus medicamenti, quod pregnantes facit et fecundas. PYXIDE LIDE. de Lidia, unde Arachne fuit, conuersa in araneam. haec inclusa in pyxide araneam texit, quae permixta potui fecundam mulierem de sterilitate facit. TVRGIDA. alludens. crassa simpliciter intellegendum est aut pregnans.

142. NATVRA INDVLGET [NEC PRODEST]. steriles mulieres februantibus lupercis se offerebant et ferula uerberabantur. hoc nomine, qui infra tectum multi seminis credit contractus ad fecunditatem dandam. PALMAS ideo dicit, quia aut

2. coepit ita resecrari *C. Barth.* 3. post illius fugam *c.* 10. turgidas genus *PS. corr. c.* 11. *'sane puella Lyde quae in aranean uersa est ira Palladis pro ipsa aranea posita est. haec inclusa in pyxide foecundam mulierem de sterili facit.' V.* 18 *sqq.* hoc omine. qui *Cuper ad Lact. de mort. pers. p.* 174. hoc nomine, quia fuit certum multis feminis cedere contactum eum ob fecunditatem dandam *C. Barth.* hoc nomine quae interea tacta multi seminis credit contactus ad fecunditatem dandam, *Le Moyne uar. sacr. nott. II. p.* 357. hoc nomine, quia februantium contactu multis feminis credunt fecunditatem obtentam *Schurtzfleisch.* hoc omine, quia infratactus multis feminis creditur contactus ad fecunditatem dandam *c.* lupercales ferulas *etiam Prudentius contra Symmachum II,* 862 *commemorat. uidetur expositum fuisse cur ferula potissimum usi sint luperci; ergo legendum* hoc nomine, *et in u.* infra *latere uidetur* in ferula; *cetera non extrico.* 19. *'aut enim osculabantur aut manibus uapulabant a luperco quae uolebant concipere. dicitur, ut Probus ait, et solio si qua post ipsum descenderit statim concipere.' V.*

catomis caedebantur, aut quia manibus uapulabant cunei per ciuitatem. et in solio si qua post lupercum descenderit statim concipit.

143. VICIT ET HOC MONSTRVM T. qui toga deposita, qua utebantur senatores, tamquam infamis tunica utebatur.

144. GLADIATOR HARENAM. Gracchi filius habitu gladiatoris plerumque ad infamiam equabat. reciarius enim fuit.

145. ET CAPITOLINIS. quae tunc nobiles intra urbem fuerunt familiae.

147. HIS LICET IPSVM. nobilibus (non) Neronem. nam Nero et ipse pugnauit in gladiatorem et cantauit in scaena in habitu citharedi et auriga fuit.

148. RETIA MISIT. quia et Gracchus munere Neronis pugnauit.

149. ESSE ALIQVOS. ἐκφάνησις, proclamatio.

150. ET PONTVM. Virgilius [Aen. VI, 302]: ‘ipse ratem ponto subiit uelisque ministrat.’ [Aen. VI, 315]: ‘nunc hos nunc accipit illos.’ hic comparationem contra naturam inducit.

1. catomus laetabantur *PS. corr. Salmasius ad Spart. Hadr.* 18. *cf. Scaliger ad Manil. p.* 400. *epp.* 146 *p.* 362 *sq. intpp. Petron.* 132. uapulant *PS. corr. Salmasius.* cincti *Salmasius.* cum itum *C. Barth.* cuncti *Schreuelius.* cunctae *Cuper.* euntes *u. d. misc. obss. V*, 1 *p.* 272. cunni *Twesten.* concipere cupientes *s.* 2. tē in *S ultima syllaba u.* ‘*ciuitatem*’ *per errorem repetita.* tunc *P.* dicunt— concipere *s.* etenim *c.* solium *s.* coitum *Le Moyne.* lupercum *s.* ipsum *P.* ipsam *S.* ictum *Le Moyne.* istum *Twesten.* 5. infames—utebantur *PS. corr. h.* ‘*ergo hinc lanistae, ut Probus ait, uel* [uelut *h.*] *dissoluti dicuntur, quod tunicis uterentur.*’ *V.* 6. Gracchus salius *s.* habitum—aequabat *Lachmann.* 7. batuebat *aut* pugnabat *C. Barth.* dimicabat *Schurtzfleisch.* fugiebat *Henninius.* plerumque infamiam iactabat *aut* habitum—ad infamiam usque iactabat *h.* ad infamem depugnabat *s.* 10. Neroni *PS. corr. hs.* ‘*Probus, Gracchus, inquit, gladiator munere Neronis pugnauit et Nero ipse pugnauit gladio et in scaena cantauit et auriga fuit.*’ *V.* 11. caena *PS. corr. p.* 13. munere Neronis *s.* minor *PS.* 15. *eKΦωNHCIC PS.* Ἐκφωνη. Cic. *p, quod recte intellexit Koen ad Gregor. Cor. p.* 51. 17. conto *Vergilius.*

152. AERE LAVANTVR. infantes, quia pueri non dant balneaticum.

155. QVID CREMERE. qui apud Cremeram caesi sunt. ibi enim CCC Fabii occisi sunt, uicti a Veientibus, quos Camillus superauit. ET CANNIS. in Apulia uicus, nomine Canna, ubi Hannibal omnem exercitum Romanorum occidit, uictis Paulo et Barrone consulibus. tantum enim populum superauit, ut tribus modiis anulorum impletis ad Cartaginem miserit. e quibus consulibus Barro fugit, Paulus occubuit.

156. TOT BELLORVM. tot animae, quae in bellis occisae sunt. Lucanus [VI, 786]: 'inlustres bellis animas.' HINC TALES AD ILLOS. Virgilius [Aen. VI, 229]: 'idem ter socios pura circumtulit unda.'

157. LVSTRARI. expiari.

160. LITTORALIA. P. P. id est, uincendo ultra Britannias quoque transiuimus. sed deteriores sumus his, quibus imperamus. IVBERNA insula Britanniae est, sita in Oceano mari, a qua non longe sunt triginta aliae Orcades insulae, quas Mela [III, 6, 7] scribit.

161. ORCADAS AC MINIMA. circa solstitium in Britannia prope nox nulla est, hac scilicet causa, quia uicinus occasus et ortus ibidem solis. ex obliquo enim terrae margine lux redundat, et proximam sibi insulam et noctibus et diebus illustrem reddit.

164. ARMENIVS. unus, qui in obsidatum datus fuerat, a quodam tribuno plebis corrumpebatur.

165. ARDENTI. amanti.

166. ASPICE, QVID FACIANT COMMERCIA. hic sumunt turpes et nouos mores.

1. 'quia pueri gratis balnea intrabant quamdiu fuissent impuberes, ut ait Probus.' V. 3. Cremerum PS. corr. c. 4. Fabricii S. 7. uictus PS. corr. s. uictor c. 20. 'ubi aestiuo solstitio prope nox nulla est. qui uicinos occasus uel ortus solis ex obliquo terrae margine laxae ad undas proximam sibi insulam et noctibus illustrem facit.' V.

167. MORA LONGIOR VRBEM. si diu fuerint in urbe morati.

169. MITTENTVR. dimittentur.

170. SIC PRAETEXTATOS. id est mores, quos filii senatorum intra urbem habent, obsides in suis patriis redeuntes reportant, quos ceteri apud se ephoebi discant. ARTAXATA. ciuitas Armeniae.

SATVRA III.

QVARE VMBRICIVS VRBEM DESERAT.

1. QVAMVIS DIGRESSV. quia Roma relicta habiturus est Campaniam hortatu quidem Iuuenalis. DIGRESSV ut Virgilius [Aen. III, 482]: 'digressu supremo.'

2. CVMIS. quia Sibilla Cumana fuit.

10. REDA COMPONITVR VNA. migrantis res familiaris.

11. SVBSTITIT. stetit expectans redam, ubi solent proconsules iurare in uia Appia ad portam Capenam, id est ad Camenas. MADIDAM. ideo quia supra eam aquaeductus est, quem nunc appellant arcum stillantem. primum enim

2. '*aphaeresis, ut placet Probo, mittentur pro omittentur.*' *V.* 10. De Vmbricio *S.* 12. quem *PS. corr. c.* DIGRESSV] dicit *PS.* 15. rei *PS. corr. s.* 17. salutari c. salutare *h. adhibito Festo p.* 241 *M.* 'praetor ad portam nunc salutatur is qui in prouinciam pro praetore aut pro consule exit.' *Heinrichius, qui neque Festum accurate inspexit neque Crameri responsis recte usus est, de more praesides et imperatores e prouincia reuersos ad portam salutandi cogitauit. cum uero nemini magistratum plus quinque dies nisi qui iurasset in leges gerere liceret (Liu. XXXI, 50, 7), etiam iis qui imperium inierant intra quinque dies iurandum erat, ut expressis uerbis docet tabula Bantina (Spangenberg mon. leg. p. 76). quare cum in urbe nemo cum imperio esse posset, eos qui imperium inierant ad portam iurasse uerum uidetur.* 18. Cumenas *PS. corr. p. Dempster Etrur. reg. II,* 45. '*madidam ideo quod supra eam aquaeductus erat, ut ait Probus.*' *V.*

usque ibidem fuerunt portae. CAPENAM. quae porta Capena uocabatur per correptiuum, id est Capuena.

12. AMICAE. Aegeriae nymphae dicit.

15. MERCEDEM. pensionem.

16. MENDICAT SILVA CAMENIS. templa Camenarum Iudaeis locabantur.

17. AEGERIA nimfa quae colebatur in Aricino luco, cum qua Numa et concubium et colloquium se habere simulauit super cultu religionum, quo armorum et pugnae studio (populum) flagrantem populum Romanum abstraheret.

20. MARMORA TOFVM. quia non erant naturales, sed manu factae. quanto melius esset, si natura sua essent nymphae, quam marmoribus exornatae et pollutae a flagitiosis hominibus.

22. NVLLA EMOLVMENTA LABORVM. id est, nunc nullus fructus doctis.

23. RES HODIE MINOR EST. pauperibus. de ipsa [re] parua iam deminuit aliquid.

29. ARTORIVS ISTIC. per Artorium et Catulum ignobiles

1. aquae ibidem *Rutgers uarr. lectt. VI,* 18. Camenarum enim luci ibidem fuerunt priusquam porta Capena uocabatur *u. d. misc. obss. X p.* 404. *is a quo haec adnotatio profecta est, ipse uidit muros ab Aureliano factos eorumque portas cognitas habuit. idem uero traditum acceperat antiquos muros atque portas in interiore parte urbis, quam tunc essent, olim fuisse.* quae — uocabatur *post* portae *ponunt PS.* qua *Becker Roem. Alterth. I p.* 168. 2. Capenam *PS. puto schol. nomen Capenae inde uoluisse explicare quod uia Appia inde ad Capuam ducebat.* 7. ᶜ*Aegeria fuit nympha quae colebatur in Aricino lacu, cum qua Numa et connubium et colloquium se habere simulauit super cultu religionum, quo armorum et praedae studio flagrantem populum romanum abstraheret.*ᵓ *V.* lacu *PS. corr. p.* 8. concubium *P.* concubium *S.* 11. ᶜ*quia non erant naturales, sed manu confectae.*ᵓ *V.* sed c. nec *PS.* 12. ᶜ*melius si natura sua essent nymphae quam marmoribus exornate nec a flagitiosis hominibus polluerentur.*ᵓ *V.* 17. ᶜ*de ipsa re paruula deerit* [deterit] *et diminuit quottidie.*ᵓ *V.* re *om. PS. add. s.*

et sordidos et malis artibus uiuentes homines uult intelligi, qui ex sordidis rebus diuites sunt facti.

30. ET CATVLVS M. QVI NIGRVM IN CANDIDA VERTVNT. qui falsum faciunt, qui norunt mentiri.

31. [CONDVCERE]. ut publicani.

32. SICCANDAM LVVIEM. cloacam. AD BVSTA CADAVER. qui locant se, ut mortuos portent.

33. VENALE SVB HASTA. qui possunt a fisco uendi quasi debitores fisci.

34. QVONDAM HI CORNICINES. simphoniaci parasitorum. ET MVNICIPALES. aut gladiatorum aut uenatorum comites fuerunt eorum, qui in municipiis pugnauerunt, non in urbe.

36. VERSO POLLICE. mutata fortuna. ET VERSO POLLICE. ab his populus occiditur, quos ante populus iubebat, id est imperabat, occidi.

37. POPVLARITER. amabiliter aut fauente populo.

38. CONDVCVNT [FORICAS]. stercora, hoc est uectigal. forire est pro dehonerare uentrem. forire est enim fossas eicere. alii tabernas dicunt foro uicinas, aut uectigal uinarium.

39. QVALES. *ἀναχόλουθον.* dicere ante debuit ‘tales’, et sic ‘quales’.

40. FORTVNA LOCARI. ut de misero faciat diuitem.

5. ‘*aedem conducere. Probus exponit, ut publicani sint.*’ *V.* ut publifani *PS post* luuiem *ponunt. corr. s.* publici fani *p.* 13. ‘*fortuna immutata, id est, loco imperatoris occidit gladiatores, exponit Probus, cum paulo ante intra gladiatorum fuisset numerum.*’ *V.* 16. amabilium fauente *PS. corr. Rutgers uarr. lectt. I,* 16. 17. ‘*foricas, cloacas. forire enim, inquit Probus, ueteres dicebant deiicere ac dehonerare uentrem, hinc forire foras eiicere: aut foricas foro uicinas tabernas et confines: quidam uectigal uini putant quod ex Aphrica in urbem uehebatur. alii domos publico sumptu aedificatas ad locandum, quarum conductores lucra capiebant.*’ *V.* stercorum uectigal *Salmasius de usuris* 18. *p.* 529. 18. enim *s.* non *PS. del. Meursius crit. Arnob. VII,* 9 (?). onus foras *p. Noodt de foen. et usur. III,* 10. 21. ‘*τὸ ἀναχόλουθον. dicere enim debuit tales et sic quales.*’ *V.*

42. LAVDARE. adulari. SI MALVS EST [MOTVS ASTRORVM]. maleficus non sum.

43. FVNVS PROMITTERE PATRIS. his, qui sub seuero patre agentes de morte ipsius cogitant.

44. RANARVM VISCERA NVMQVAM. non sum uenenarius.

45. INSPEXI. FERRE AD NVPTAM. lenocinium exercere non possum.

46. NEMO MINISTRO. non possum assessor esse furis iudicis. bene adlusit de consiliaribus.

49. CONSCIVS. criminis.

54. ACCVSARE POTEST. [TANTI TIBI NON SIT]. Nullae, inquit, diuitiae tanti tibi sint, [ut] cum mala conscientia habeantur.

55. OMNIS HARENA TAGI. flumen Spaniae, in quo aurum inuenitur.

56. VT SOMNO. ut uelis bonum propositum malis moribus inmutare. PONENDAQVE PRAEMIA SVMAS. quae deponere debeas, id est abicere et neglegere. id est reddenda, quae mala arte quaesita sunt.

57. TRISTIS. quasi moriturus. TRISTIS ET A MAGNO. id est ut mala scilicet conscientia torquearis. [TIMEARIS.] ne eum accuses.

60. NON POSSVM FERRE QVIRITES. exclamatio. 'porro Quirites!'

61. QVOTA PORTIO. quamuis pauci sunt, tamen Grecam uiciis urbem fecerunt.

62. ORONTES. fluuius in Antiocia ciuitate, per quem

2. mathematicus *Hermann spicil. p.* 15. *at u. Gothofredum gloss. nom. s. u.* '*maleficus.*' 8. assertor *Schurtzfleisch. c.* '*eleganter lusit de assessoribus.*' *V.* in iudicio *c.* 9. debitum allusit consiliarii *C. Barth.* consularibus *Schurtzfleisch. at de assessoribus siue consiliariis u. H. Grotium florum spars. p.* 108. *intpp. Amm. Marc. XXVIII*, 1, 21. 12. ut *om. PS. add. s.* 17. quod *PS. corr. s.* '*ponere debeas id est abiicere negligere.*' *V.* 23. ut porro *Schurtzfleisch.* 27. in tiocia *PS. corr. p.*

Syros significat, ut Virgilius [Aen. VIII, 728]: ‘et pontem indignatus Araxes.’

63. ET LINGVAM ET CVM TIBICINE CORDAS. rusticos tibicines, qui in obliquum tangent.

64. TIMPANA SECVM. suae gentis, orientalia.

65. VEXIT ET AD CIRCVM. et hoc a Grecis translatum dicit.

66. PICTA LVPA. speciosa. [LVPA] BARBARA MITRA. meretrices.

67. RVSTICVS ILLE. ecce, in quantum Romani rustici didicerunt luxuriam, et palestris uti et filacteriis ut athletae ad uincendum. NICETERIA COLLO [TRECHEDIPNA]. uestimenta parasitica, uel galliculas Grecas currentium ad caenam.

70. HIC ANDRO ILLE SAMO. hae omnes urbes sunt et insulae Asiae, quarum amoenitas et caeli temperies dissolutiores efficit uiros. quarum accolas in urbem Romam transisse significat.

71. A VIMINE COLLEM. Viminalem collem.

72. DOMINIQVE FVTVRI. interiores amici.

74. PROMPTVS ET ISAEO. Isaeus Romae orator omnibus

3. ‘*obliquas, rusticas uel quas tibicines in obliquum tangunt.*’ *V.* 4. cantent *Schurtzfleisch.* 6. a Syris *Iortinus tracts II p.* 242. 11. fracteriis *PS. corr. p.* ‘*niceteria syllateria sunt quae ob uictoriam fiebant et de collo pendentia gestabantur, quae ἀπὸ τῆς νικῆς id est a uictoria nomen traxerunt.*’ *V.* 12. ‘*rechedipna, inquit Probus, curantium coenas uestimenta parasitica uel caligulas graecas dicit. uel est rechedipna ut putat etiam Probus ipse qui coenam fert, ut sit ordo: Quirine, ille tuus rusticus rechedipna sumit et fert niceteria collo caeromatico et est sensus: en tibi o Romule rustici tui, in omnem diffundi luxuriam iam didicerunt et palaestris frui et syllacteriis ut ad molliter certandum athletae uiciis graeca dissolutionibus omnifariam erumpentibus.*’ *V.* 13. palaestrica *Schurtzfleisch.* ut *PS. corr. s.* caligulas *p. at cf. Rutgers uar. lectt. VI,* 16. *Salmasius ad Treb. Gall.* 16. *Tertull. de pallio p.*272. ‘*niceteria, uestes peregrinas uictis* [uictoribus *p.* uitiis *Ferrarius de re uest. I,* 11.] *conuenientes.*’ *V.* 20. ‘*Isaeus rhetor fuit Atheniensis, ut Probus inquit, illius temporis cuius et Tranquillus meminit. alter Isocratis, ut ferunt, discipulus praeceptorque Demosthenis, ut quidam sentiunt, Atheniensis, ut alii*

eloquentior. de hoc Plinius Secundus ait [epp. II, 3]: 'magna Isaeum fama processerat, maior inuentus est.'

76. ALIPTES. unctor.

77. SCHOENOBATES. funambulus.

79. IN SVMMA NON MAVRVS. ad postremum, ut Virgilius [Aen. IIII, 237]: 'haec summa est.' ad ultimum. ne ultra dicam.

81. CONCYLIA. uestem fucatam (et togae erubescendae). fucatos habitus et Romanae togae erubescendos. id est capitium. purpuram, quasi (quas) concilia sint.

90. MIRATVR VOCEM ANGVSTAM. id est gracilem.

93. CREDITVR. nemo sic effigies imitari potest in agendo

Chalcideus. sed Isaeum dixisse hunc credi par est, de quo Plinius in epistolis: magna Isaeum fama praecesserat, maior inuentus est. summa est facultas copia ubertas: dicit semper ex tempore sed tamquam diu scripserit, sermo Graecus imo Atticus, praefationes tersae dulces graues interdum et erectae. poscit controuersias plures, dictionem auditoribus permittit saepe et partim [partes]. *surgit iam ergo* [amicitur] *incipit, statim omnia ac paene pariter ad manum, sensus reconditi occursant, uerba, sed qualia? quaesita et exculta, multa lectio in subitos* [subitis], *multa scriptio elucet, prohoemiat apte, narrat aperte, pugnat acriter, ornat excelse, postremo docet delectat afficit.' V. postrema e Plinii exemplis impressis Vallam descripsisse probabile est, in prioribus ualde memorabilis est Suetonii mentio, quae ad librum de uiris illustribus pertinet, neque a Valla ficta esse potest.* 6. ad ultimum omnem uitam dicam *PS.* ad ultimum omnium id tantum dicam *H. Cannegieter obss. III,* 19. ad ultimum omne, ut ita dicam *c.* ad ultimum, ne omnem uitam dicam *s.* 8. '*conchylia, ostrinos colores et quos Romana modestia debet auersari. conchylia, capitia purpurea ita flagrantia ut conchylia ipsa uideri possint.' V.* 9. fucatus auitus *PS. corr. p.* Romae *p.* erubescendus *PS.* id est] in *PS.* 10. sint] signant *PS. fortasse* SIGNAVIT *e u.* 82. uestem fucatam et togae erubescendos fucatae habitus. ut Romanae togae erubescenda est in capitium purpura, quasi conchylia signans *C. Barth.* uestem fucatam et erubescendos togae fucatae habitus, et Romanae togae, erubescendas in capiciis purpuras, quas conchylia signant *aut* togae rubescentis fucatos habitus et Romanas togas rubescentes intra capitium purpura, quasi conchylia sint *Schurtzfleisch.* uestem fucatam et togae erubescentis graecatos habitus [sed Romae togis erubescendis tantum capitium purpurant] quos conchylio signant *Hildebrand ad Apul. I p.* 97.

comoedus, ut Graecus adfingere quod uult. TAIDA. nomen comicum.

94. VXOREM COMEDVS. an melius aliquis agit comediam Greco? cum aut amicam aut uxorem aut ancillam imitatur, nonne ipsas praesentes creditis exhiberi personas? VEL DORIDA NVLLO. habitu, quasi ueram mulierem. DORIDA. ancilla.

96. NON PERSONA LOQVI. dicas, inquit, in comedi habitu nihil fucatum, quin ipse, qui loquitur, mulier uideatur. [PLANA] OMNIA DICAS. sine pene, id est inguina feminea.

97. ET TENVI DISTANTIA RIMA. naturam muliebrem significat.

98. NEC TAMEN ANTIOCHVS. hi illius temporis comedi fuerunt.

100. NATIO COMOEDA EST. omnium rerum imitatrix. NATIO. quid, inquit, mirum est, si unus imitatur, quod omnes Greci possunt?

101. CONCVTITVR. id est, et risum et lacrimas imitatur.

102. NEC DOLET IGNICVLVM. si pallium uestierit, et ipse poscit.

103. ACCIPIT ENDROMIDEM. lodicem, qua se cooperiunt.

107. MINXIT AMICVS. diues, cum quo est Grecus.

108. SI TRVLLA. si pepederit. alii sic intelligunt, ut si calix (INVERSO CREPITVM) aureus crepitum dederit cadens e manu diuitis.

109. AB INGVINE TVTVM. id est, corrumpunt omnia.

110. NON MATRONA. non domina domus.

111. ANTE PVDICVS. ante aduentum ipsius castus.

112. HORVM SI NIHIL EST. si horum nullus inueniatur qui possit corrumpi, si fuerit anus, ad ipsam se conuertit.

1. effingere *c.* 4. amicum *PS. corr. s.* 9. non fucatam *PS. corr. s.* ipsa *PS. corr. s.* uidetur *s.* '*plana, sine pene: id est inguina esse foeminea quod referat foeminam.*' *V.* 16. unus] mimus *P.* minus *S.* imitat *PS. corr. c.* 30. ipsum *PS. corr. p.*

113. ATQVE INDE TIMERI. conscii uolunt esse rei familiaris.

114. MENTIO TRANSI. praetermitte minora eorum uitia et ueni ad maiora.

115. GYMNASIA. ABOLLAE. prouerbium. quasi maioris togae, id est, sceleris potioris. ABOLLA. species est maioris uestis, quasi pallii maioris. ergo abollae per ironiam dixit, quasi sanctioris philosophi.

116. STOICVS OCCIDIT. detulit stoicus imperatori discipulum suum Baream, dicens, quasi in eius perniciem cum ceteris coniurasset. hoc temporibus Neronis factum est.

117. RIPA NVTRITVM NVLLA. apud Tarsum ciuitatem Ciliciae, quam praeterfluit amnis Cidnus. cuius urbis est conditor Perseus, qui nomen ciuitati ex facto dedit, quia ibi una ex talaribus pinnis ei excidit.

118. AD QVAM GORGONEI DELAPSA EST. Pegasum dicit, Medusae siue Gorgonae filium. PINNA CAVALLI. apud Tarson propter Perseum et Pegasum, quod de sanguine Medusae equus natus sit Pegasus.

120. PROTOGENES. nomina Graecorum.

121. QVI GENTIS VITIO. Graeci enim soli uolunt maioribus amici esse, hoc est *μονοφιλεῖς*.

122. STILLAVIT IN AVREM. susurrauit. [FACILEM] ad leuitatem illorum.

124. TEMPORA LONGI. quicquid ante obsecutus sum.

125. [NVSQVAM MINOR] LIMINE SVM. nusquam damnum [minus] est in cliente perdendo, quam [hic ubi] propter Graecum excluditur. IACTVRA. damnum.

126. QVOD PORRO. quid faciat pauper, si diues officium sordidum non abnuit aut contemnit?

6. potiores *PS. corr. p.* 7. pro ironia *PS. corr. p.* 10. in eum *PS. corr. c.* 13. perfluit *c.* 15 *sq.* alaribus equi *Martini lex. phil. s. u.* ‘pinna.’ 22. *μονοφυλις S. μονόφιλοι Schreuelius.* 25. consecutus *s.* 27. minus *om. PS. add. s.* hic ubi *om. PS. add. s.* 28. excludi *PS. corr. s.* 30. abutitur aut *PS. corr. c.*

127. PAVPERIS. quid, inquit, pauper amplius facturus est, cum ipse patronus ad aliorum festinet obsequium?

129. PRAECIPITEM. festinantem. VIGILANTIBVS ORBIS. ad quos heredipetae uigilant nunc. ut sibi praetor tutorem daret. qui propter praetorem uigilant. quamuis praetor eos contemnat festinat tamen. qui expectant litem. has orbas et diuites uult intelligi.

130. NEC PRIOR COLLEGA SALVTET. qui eos contemnens festinat.

131. DIVITIS HIC [CLVDIT LATVS]. aut in medium seruum mittit, aut in sinistra ambulat.

132. FILIVS. ALTER ENIM. cogitur, inquit, ingenuus currere cum seruis, qui se facultatibus uincunt. quantum enim tribuni solent accipere stipendii, tantum serui meretricibus donant.

133. ACCIPIVNT DONAT CALVINAE. praetoris cuiusdam soror, quae se occidit tamquam infamis in fratre temporibus Claudii.

136. DEDVCERE SELLA. inde sellariae dicuntur, id est a sella. unam meretricum a sella sua abducere conductam cunctaris, cum alii adulteria emant.

137. QVAM FVIT HOSPES. Scipio Nasica, quem propter probitatem uitae suae senatus elegit, ut hospes esset matris deum, id est ut simulacrum eius domi suae haberet, dum ei templum fieret, quod simulacrum de Frigia allatum est. (NOCTE TOGATVS). hic est Scipio, qui oppressit Tiberium Graccum leges agrarias ferre conantem.

138. SERVAVIT TREPIDAM. L. Caecilium dicit Metellum, pontificem maximum, qui ardente templo Vestae Palladium

6. qui] cui *PS.* 12. cogitet *PS.* 17. fratrem *PS. corr. Lipsius ad Tac. ann. XII,* 8. is frater *c.* 19. a sella. inde sellariae dicuntur. tu, inquit, meretricem *s.* 21. adulteri *PS. corr. C. Barth.* 26. nocte—conantem *supra ad u.* 127 *ponunt PS.* 27. sacrarias *PS. corr. p.* 28. Lucilium *PS. corr. s.*

ex mediis ignibus rapuit ibique caecatus est. iste enim cum per Latinam uiam proficisceretur augurio corui in oculos suos uolantis reuocatus est, et Palladium cum ex incendio rapuisset, passus est caecitatem.

143. TANTVM HABET ET FIDEI. Lucilius: 'aurum adque ambitio specimen uirtutis utrique est. tantum habeas, tantum ipse sies tantique habearis.'

145. FVLMINA PAVPER. pauperi enim quasi propter aegestatem periuranti dii non irascuntur.

148. OMNIBVS HIC IDEM. id est pauper.

151. ATQVE RECENS L. a sutriballo sutus.

154. SI PVDOR EST DE SE P. non sedeat, inquit, in ordine uel in numero equitum pauper.

155. CVIVS RES LEGI NON SVFFICIT. Othonis lex, in qua iussit eos, qui quadringentorum sestertiorum habent reditus, in numero equitum esse.

158. PINNIRAPI. diuitis degener gladiatoris. a pinna. pinnis pauonum ornari solent gladiatores, si quando ad pompam descendunt. pinnirapos autem dicit lanistas ex habitu gladiatorum, quia post mortem retiarii pinnam id est manicam rapit, ut ostendat populo se uicisse. aut ideo pinnirapos, quia pinnas in galeis habebant, ut Lucilius: 'cum septem incolumis pinnis redit ac recipit se.'

159. SIC LIBITVM DISTINXIT OTHONI. discreuit et proiecit de numero eorum, qui habent quadringenta sestertia.

160. QVIS GENER. quando gener placet pauperior?

161. SARCINVLIS, nunc doti. colligit autem quasi incommoda paupertatis, ut non maritus uxori sit pauperior.

5. Lucilius] *cf. schol. I*, 106. 6. ambitiost: *Lachmann.* speciem *PS. corr. p.* utrumque *Dousa.* ubique *Schurtzfleisch.* utrimque *Lachmann.* quantum habeas *Dousa. cf. Hermann spicil. p.* 26. 17. diuitis — a pinna *om. P.* de genere *c.* 19. pinnirapes *PS. corr. Schreuelius.* lanestas *PS.* pinnirapus autem dicitur lanista *s.* 20. pinnam is ex manica *Schurtzfleisch.* 21. pinnirapes *PS.* pinnirapi *s.* 22. rapiebant *h.* 23. pinnis *om. P* (*rec. manu add.*) *S.* 27. non doti *p.* cunctae doti *C. Barth.* minor doti *c.*

162. AGMINE FACTO [IN CONSILIO]. in curia non suscipitur pauper.

163. MIGRASSE QVIRITES. collecta, inquit, multitudine debuerant pauperes migrare ex urbe. nunc, quasi non pauperes, sed quasi Romae mediocres, grauius transient.

165. RES ANGVSTA. paupertas.

166. CONATVS. conuersatio. HOSPITIVM. cara manetur pensione. (MISERABILE) MAGNO. id est, mediocris cenula care comparatur.

167. SERVORVM VENTRES. cibaria seruorum care emuntur.

168. FICTILIBVS. in urbe in fictilibus uasis manducare turpe uidebatur. quod si apud Marsos aut Sabinos uideris, negabis esse turpe.

169. SABELLAM. diminutiue, Sabinam.

170. DVROQVE CVCVLLO. aut crasso habitu, aut quales cucullos habent Perusini. uel a colore aut prouincia uenetos.

172. NISI MORTVVS IPSA DIERVM. ut ei supra lectum mittant, dum mortuus effertur.

173. SI QVANDO THEATRO. quoniam post longum tempus celebrantur ludi.

174. [MAIESTAS]. deuotio. AD PVLPITA NOTVM. non nouum aut exquisitum.

175. EXODIVM. exodiarius apud ueteres in fine ludorum intrabat, quia ridiculus foret, ut quicquid lacrimarum adque tristitiae conlexissent ex traicis affectibus, huiusce spectaculi risus detergeret. huius et Lucilius meminit: 'principio exitus dignus exodiumque sequetur.'

1. curiam *s.* 7. carae *P.* care *S.* 8. pensioni *PS.* 9. caro *PS.* 14. '*Scipionem dici Probus putat.*' *V.* 17. VENETO. a colore aut prouincia *s.* 22. MAIESTAS *om. PS. add. o.* 25. quod *p.* quo *s.* et *s.* 26. quae exissent *PS. corr. Lachmann.* coegissent *p.* collegissent *o.* consciuissent *s.* huiusque *PS.* 27. principio dignum exodiumque sequetur *Salmasius ad Vopisci Aurel.* 42. dignus principio exitus exodiumque sequetur *Dousa.* principio exitus dignus | exordiumque sequetur *G. Hermannus el. doctr. metr. p.* 348. 28. sequitur *PS.*

177. AEQVALES HABITVS. actores mimorum similes spectatoribus uideas, ex uestis habitu pares.

178. ORCESTRAM. orcestra spatium, in quo saltat pantomimus, uel idem qui in orchestra procedit aut spectatur.

180. AEDILIBVS ALBAE [HABITVS]. potest esse genitiuus, huius habitus nitor; possunt et singula pronunciari nominatiuo casu.

184. CVM PRETIO [COSSVM]. tunc tempore suo nobilem et superbum.

185. LABELLO. ut salutatus tantum te respicere dignetur.

186. ILLE METIT BARBAM. id est, tondet.

187. PLENA DOMVS LIBRIS. sic fit ut damno quatiaris, si iueris salutatum.

188. FERMENTVM. dulcium malum, quod stomachum indigestum praestat. PRAESTARE TRIBVTA. id est seruis donare cogimur, ut admittamur ad salutationem dominorum.

189. COGIMVR ET CVLTIS. bene uestitis; quippe festo die suo.

190. QVIS TIMET AVT TIMVIT GELIDA. aut ab aquarum abundantia dicit 'gelida,' quia omnes aquae in urbem inde ueniunt, aut frigorosam.

191. AVT POSITIS NEMOROSA. siluestria.

192. SIMPLICIBVS. non ornatis. AVT PRONI [TIBVRIS ARCE]. in praecipiti posita, ut Horatius [c. III, 4, 23] 'cliuumque supinum.'

3. spatium imum, quo saltans pantomimus spectatur, uel qui in orchestra praesident, cum spectatur *C. Barth.* spatium, in quo saltator pantomimus senatui, qui in orchestra praesidet, spectatur *Schurtzfleisch.* 4. ut spectatur *c.* 5. '*habitus genitiuus casus. sunt qui uelint singula per se pronunciari, habitus, nitor ut sint nominatiui casus.*' *V.* 8. COSSVM *om. PS. add. c.* tunc tempore suo uilem *PS.* illius temporis nobilem *s.* tunc tempore suo diuitem *c.* 10. te] uel *PS.* uix *c.* ut salutantem uel *s.* 13. fueris *PS. corr. c.* si admissus fueris *s.* 14. lucunculum *C. Barth.* dulcium mellitum *Schurtzfleisch.* dulcium, malum *c. cf. Salm. ad Vopisci Tac.* 6. 20. omnia quae *S.* 24. seu Tibur *Hor.*

193. TIBICINE FVLTAM. tibicinatam, tamquam tibicine, id est materia gracili.

196. DORMIRE RVINA. crepaturas parietum calce modica perfundunt et inquilinos iubent manere, tamquam si restaurassent ruinam.

198. NOCTE METVS [FRIVOLA]. supellectilem pauperis dicit.

199. VCALEGON. ut Virgilius [Aen. II, 311]: 'iam proximus ardet Vcalegon.' FVMANT. superiora tecta et tristega.

200. NAM SI GRADIB. ut si a prima scala coeperit ardere, is nouissimus sentit, qui sub tecto manet.

202. COLVMBAE. quia super tecta columbaria fiunt.

203. LECTVS ERAT. pauper poeta, cuius et supra [I, 2] meminit.

204. ORNAMENTVM ABAGI. quod nos delficam appellamus.

205. CANTARVS ET RECVBANS. quemadmodum solent e marmoribus facere sigilla diuersa. RECVBANS. enim et a posteriore parte recumbens. [CHIRON]. ippocentaurus.

206. CISTA LIBELLOS. in arcula libros inutiles uel imperitos.

207. ET DIVINA OPIFICI. Opizin Greci dicunt de his qui inperite locuntur. alii opicos dicunt eos qui foedam uocem habent.

210. NEMO CIBO [FRVSTA]. aut sine causa aut panem petentem.

211. TECTOQVE IVVABIT. suscepit.

1. tibicina tamquam tibicina *P.* tibicine tamquam tibicina *S.* tibicinatam *p.* tibicine *Schurtzfleisch.* 2. maceria *C. Barth.* gracilis *PS. corr. p.* 3. erepturas *P.* crepturus *S. corr. o.* erupturas *Rutgers uar. lectt. VI,* 18. rupturas *Schreuelius.* 7. Vcalecon *P.* Vcaleon *S.* 9. id est si *s.* 10. his *PS. corr. o.* hic *c.* 11. '*quia, inquit Probus, parietes texti* [tecti *s.*] *rari et ruinosi perflunt* [perfluunt *c.* perpluunt *s.*].' *V.* 14. '*genus fuit, inquit Probus, suppellectilis pro quo nunc mensam delphicam dicimus.*' *V.* 16. id est *s.* 17. hippocentaurus fingitur *p.* 23. '*barbarismus in metro, inquit Probus, est. non ut quidam legunt* frusta *sed* frustra.' *V.*

212. ASTVRICI. nobilis senatoris. HORRIDA MATER. id est diuitis mater. a parte totum, id est matronae. item HORRIDA MATER, mater familias.

213. PVLLATI. cum nigris uestibus lugentes. VADIMONIA PRAETOR. lites siue iudicia.

214. TVM GEMIMVS CASVS [TVNC ODIMVS IGNEM]. non incandiunt lares nostri aut prae tristitia aut propter casum, nec focum in domo nostra fieri patimur, quod et lugentes obseruare solent.

215. MARMORA DONET. id est, diuiti omnes conferunt.

216. CANDIDA SIGNA. statuas marmoreas.

217. EVPHRANORIS ET POLVCLYTI. Athenienses caelatores fuerunt.

218. HAEC ASIANORVM. superstitiose gentem nominauit.

219. ET FORVLOS. armariam siue bibliothecam.

221. PERSICVS. Persicum quasi diuitem posuit, eo quod Persae diuites. Sic Horatius [c. I, 38, 1]: 'Persico socii.' Terentius [ad. V, 7, 17]: 'dinumeret nunc ille Babylonias.'

222. INCENDERIT AEDES. ideo suspicati sunt ultro ipsum succendisse domum suam, quoniam meliora et ampliora ei collata sunt.

226. HORTVLVS HIC [224. FABRATERIAE]. ciuitatum nomina Campaniae.

227. DEFVNDITVR HAVSTV. in fluentem aquam.

228. VILICVS HORTI. terram colens.

2. aut a parte *s.* 6. '*non incendii sed laris nostri ut prae maesticia ne focum quidem apud nos incendi patiamur. hoc enim apud lugentes, ait Probus, obseruatum ut ignem non paterentur incendi.*' *V.* non incendium laris nostri *p.* non ob incendium laris nostri *Rutgers uar. lectt. I*, 16. non ob incendium laris Asturici *Schurtzfleisch.* non incandiuntur lares nostri *c.* 7. at *Rutgers.* sed *Schurtzfleisch.* et *s.* pro *PS. corr. p.* aut *del. Rutgers.* eum *Schurtzfleisch.* 14. superstitiosam gentem notauit *s.* 15. armarium *s.* 16. eo quasi *PS. corr. p.* 17. Persicos odi *Hor.* 18. Babylo XX minas *Ter.* 20. domui suae *PS. corr. s.*

229. PYTAGOREIS. secta filosoforum, qui ab animalibus abstinent et olera tantum manducant.

231. FECISSE LACERTAE. notandum quia feminino genere dixit 'lacertae', cum Virgilius [ecl. II, 9] masculino dixit 'lacertos'.

233. LANGVOREM PEPERIT. indigestus uigiliis.

234. MERITORIA SOMNVM. taberna, ab eo quod mercedes praestat.

235. ADMITTVNT MAGNIS. magna potentia silentium inponitur uicinis tabernariis, uel magno pretio somnus constat.

237. CONVICIA. molestia. CONVITIA MANDRAE. locus, in quo porci includuntur.

238. ERIPIENT SOMNVM DRVSO. Drusus, qui multum dormiebat. VITVLISQVE MARINIS. quia uituli marini multum dormiunt.

239. SI VOCAT OFFICIVM. si officium faciendum sit consuli a praetore, disponit. TVRBA CEDENTI. uiam facienti.

240. LIBVRNA A. lectica magna liburnatos nec gerulos liburnos. ipse [VI, 477]: 'tarde uenisse Liburnos' in secundo libro.

241. ATQVE OBITER. cum fertur.

4. '*aut, inquit Probus, ad animal rettulit quia sunt in agro quam plurimi, aut lacertam pro horto posuit per quem et discurrere et latitare consueuit, et foeminino genere protulit cum Vir. dixerit: et uirides occultant spineta lacertos.*' *V.* 7. habeo ***PS.*** *corr. p.* quae ***PS.*** *corr. C. Barth.* qui *p.* quod ibi mercede prostant *Schurtzfleisch.* 10. ut ***PS.*** *corr. s.* 11. '*mandra, inquit Probus, est hostium uici uel flexum uel arctum aut breue et uile aedificium quod angustet latitudinem uici: uel ingens uehiculum, quo trabes portantur.*' *V.* 17. disponit qui uiam faciant *p.* 18. '*liburnum lecticam magnam dicit tanquam nauigium et eius baiulos liburnos ipse alibi uocat.*' *V.* id est gerulos *c.* a lectica magna. liburna nauis: et gerulos *C. Barth.* liburno a lectica. MAGNO. magna liburna nauis et gerulus Liburnus *Schurtzfleisch.* lectica magna liburnata. lectica gerulo liburno *h.* aut lectica magna liburnata aut gerulo Liburno *s. cf. schol. VI,* 477. 21. confertur ***PS.***

243. ANTE TAMEN. quod festinat, ante nos uenit, cum ab omnibus illi locus transeundi detur. OPSTAT. inpedit.

244. VNDA PRIOR MAGNO. populi multitudo stantis ad officium.

245. ASSERE DVRO. amite lecticae. lecticarios significat.

246. METRETAM. uas, quod amphoram capit.

247. PINGVIA CRVRA LVTO. currenti uel festinanti fient crura lutosa.

249. NONNE VIDES Q. C. B. T. SPORTVLA. quanta inundatio fiet sportulam accipientium. FVMO. quanta apparatione.

250. CENTVM CONVIVAE. perinde conuiuium, quia sibi faciunt in commune. SEQVITVR SVA QVEMQVE CVLINA. pulmentaria portant secum conparata ex sportula.

251. CORBVLO VIX. alii dicunt athletam illius temporis fortem Corbulonem fuisse, alii genus nauis.

253. VENTILAT IGNEM. cursu enim uentilatus ignis ardet.

254. SCINDVNTVR TVNICAE. cuiuslibet pauperis. CORVSCAT. apparet.

255. ATQVE ALTERA PINVM. uehicula nam materias portantia euntibus inpediunt.

256. PLAVSTRA VEHVNT NVTANT ALTE. in latus se extollunt.

257. LIGVSTICA. nomen insulae.

258. AGMINA MONTEM. saxum inmane.

260. INVENIT OBTRITVM. minutatim concisum.

261. MORE ANIMAE. sicut animae non uidentur, ita cadauer obteritur.

263. LINTEA GVTO. et apparatur ad balnea ferre, si ue-

7. ut *PS.* fierent *S.* 10. sportula accipientum *PS. corr. c.* 11. perinde ut conuiuium quasi sibi faciant *C. Barth.* perinde quasi conuiuium faciant *Schurtzfleisch.* 13. portans *PS. corr. C. Barth.* cum paratu *C. Barth.* 20. inpedimento sunt *s.* 21. in altum *c.* 28. appartur *P.* apparatura *S.* apparatur *p.* ea properat *Schurtzfleisch.* et apparatum *c.* ad balneo *PS. corr. p.* fert *c.* forte *f.*

nerit, quem nescit peremptum. GVTO autem ideo (habeo), quia guttam mittit. quos habent capsarii. STRIGVLA autem est, quod xystram dicunt, unde oleum deteritur.

265. IAM SEDET IN RIPA. id est, qui defunctus est, mox ad inferos peruenit, ut Virgilius [Aen. VI, 450]: 'inter quas Foenissa recens ab Venere Dido.'

266. PORTAMEA. Caronem porthamum dicit, non angustum traiectum. CAENOSI. id est Acheruntem.

(271. VASA. c.) 267. Q. P. [ORE TRIENTEM]. nummum, stipem. et nunc apud Athenienses mortuis solent in ore nummum inmittere, ut apud inferos non tamquam inopes errent, unde naulum Charon accipere solebat, ut Virgilius [Aen. VI, 323]: 'haec omnis, quam cernis, inops inhumataque turba est.'

269. VNDE CEREBRO. id est, quanto in excelso sunt insulae, uel quemadmodum coniunctae.

274. INTESTATVS. putas periculum sustinere, si non feceris testamentum et sic ieris ad caenam. TOT FATA. tot mortes.

275. PRAETEREVNT F. quasi per omnes fenestras iactare soleant et transeuntes occidere.

277. ERGO OPTES. hoc tibi, inquit, opta per uota, ut stercore perfundaris potius, quam alio graui pondere feria-

1. *'guttus, inquit Probus, in quo oleum mittitur dictus quod guttam mittat.' V.* 2. guttatim *C. Barth.* strigil *Woweren ad Petron.* 91. 3. quem xystra *Woweren.* quod *χύτρον Henninius.* *'striges, inquit Probus, dicuntur quas habent capsarii uel candelae tridentem dicit.' V.* 6. a uulnere *Vergilius.* 7. carinam *PS. corr. Muncker ad Hygin. f.* 14 *p.* 55. Charontem *p.* porthmeum *p.* non porthmum angustum *Burmannus ad anth. Lat. II p.* 41. ob angustum *Hildebrand ad Apul. I p.* 457. angestum *PS. corr. p.* *'porthmeus, inquit Probus, traiectus angustus.' V.* 10. apud ethnicos *H. Peerlkamp ad Verg. Aen. I p.* 392. 12. Choro *P* (*corr.* 2 *m*) *S.* 14. quantae—insidiae *Rutgers uar. lectt. VI,* 18. sint *C. Barth.* 15. contingat iactus *C. Barth.* 16. putaris *S.* 21. opta prout aut *PS.*

ris. PELVES. conchas, in quibus pedes lauant, aut uasa fictilia, *ποδάνιπτρα*.

278. PETVLANS. luxuriosus.

279. LVGENTIS AMICVM. quomodo Achillis mestus fuit pro Patroclo, quando occisus est, sic patitur, si neminem ceciderit. id est, non potest dormire sine lite.

280. PELIDAE C. I. F. iuuenes ebriosi, qui libentius dormiunt, si ceciderint aliquem.

283. COCCINA LAENA. ʻlaenaʼ quod diuites olim utebantur [laena]. ʻcoccinaʼ purpurea dixit ut Virgilius [Aen. IIII, 262]: ʻuarioque ardebat murice laena.ʼ aut antiqui amphimallum laenam appellabant.

284. VITARI IVBET E. C. fugit multitudinem seruorum.

285. LAMPAS. candelae lumen.

286. ME QVEM LVNA S. aut in obscuro, aut ad lumen lunae.

287. CANDELAE CVIVS D. cuius candelae papirum temporibus partior, ut duret. DISPENSO. dispono. TEMPERO. ne aut citius ardeat aut extinguatur.

289. SI RIXA EST. si rixa dicenda est. VBI TV PVLSAS. caedis, ut Terentius [ad. II, 2, 5]: ʻego uapulando, ille uerberando, usque ambo defecti sumus.ʼ

291. NAM QVID AGAS. quid sis facturus, si a fortiori et furioso cogaris?

293. CVIVS CONCHE TVM. faba inflatus es. SECTILE PORRVM. folia porri, siue condimentaria.

1. conchas aut uasa fictilia in quibus *S.* 2. *ποδνιπτρα* **P.** *Π̄*to*Λ N̄ΙΠΤ*Ra *S.* *ποδόνιπτρα p.* 5. pro Patruclo ***PS.*** propter Patroclum *s.* sic passibus ***PS.*** *corr.* c. 8. ciciderint ***PS.*** *corr. p.* 9. qua *p.* laena purpurea qua ***Burmannus ad anth. Lat. II p.*** 408. 10. laena *om.* ***PS.*** 11. Tyrioque *Verg.* at ***Burmannus.*** ast *f.* amphiballum ***Burmannus.*** *ἀμφίβαλον uel ἀμφίβολον f.* ʻ*laena, id est purpurea: sic Virgilius. Tyrioque ardebat murice laena. quod graeci coccum latini teres* [ueteres *Iuretus*] *byrrum uocarunt inquit Probus.*ʼ *V. cf. Salmasius ad Tertull. de pallio p.* 23 *sqq.* ***Burmannus*** *l. l.* 13. fuit ***PS.*** *corr. c.* 16. tempero id est ***Schurtzfleisch.*** 21. defessi ***Ter.*** 24. phiala inflatus *o.*

296. PROSEVCHA. quidam nomen loci dicunt ad conuiuium constitutum, ex gaudio dictum; alii dicunt locum ad quem conuenire solebant mendici ad stipem petendam; alii tabernam, in qua pauperes uiuunt. PROSEVCHA locus Iudaeorum, ubi orant. *προσεύχεσθαι* enim Grece orare dicitur.

298. TACITVSVE RECEDAS. siue loquaris, siue taceas, uniter cedit. VADIMONIA D. id est, postea accusant.

300. CONCISVS ADORAT. haec est paupertatis miseria, ut post caedem in se collatam etiam ei causas dicat.

301. VT LICEAT P. C. D. id est, excussis dentibus.

304. FIXA CATENATA EST. quia catenas grandes ferreas per singulos axes inducunt.

305. INTERDVM ET FERRO. aliquotiens occidunt. GRASSATOR. miles.

306. ARMATO QVOTIENS. quotiens armato praesidio muniuntur ad depellendos latrones. quotiens latrones praesidiis conlocatis a solitis locis deiciuntur, Romam quasi ad certas praedationes refugiunt.

307. ET POMPTINA PALVS. loca sunt habundantia latronibus in Campania.

308. SIC INDE HVC OMNES. ubi plures inueniunt, quos occidant. TAMQVAM AD VIVARIA CVRRVNT. id est ad paratos pastus.

310. MAXIMVS IN VINCLIS. id est, omnes fabri uincula operantur.

311. VOMER DEFICIAT. ferramenta sunt, quibus terra colitur.

313. SVB REGIBVS ATQVE T. quia post illos reges tribuni consulari potestate rempublicam gubernarunt.

4. uiuebant *s.* 5. *προσευχεσθη P. προσευχετη S. προσεύχεσθαι* —dicunt *post* uiuunt *ponunt PS, transposuit s.* 6. iugiter *c.* 9. etiam et *PS.* 10. excusis *PS. corr. o.* 12. singulas *PS. corr. p.* 21. inueniant *PS.* 23. pastos *PS. corr. p.* 29. consulariam potestatem in republica *PS. corr. c.*

314. VIDERVNT VNO. tulliano scilicet, cuius aeque et Salustius [Cat. 55] meminit.

315. HIS ALIAS. Vmbricii scilicet uerba. poteram et alia incommoda urbis dicere, nisi animalia me uocarent.

316. IAMDVDVM [IVMENTA VOCANT]. hoc est honerata expectant. [SOL INCLINAT] EVNDVM EST. sero fit.

317. MVLIO VIRGA INNVIT. meliori deae.

319. REDDET AQVINO. inde enim fuit Iuuenalis, de Aquino ciuitate Campaniae.

320. ME QVOQVE AD HELVINAM CEREREM. ibi namque apud Aquinum colunt numina earum dearum, quae colunt in Galliis.

SATVRA IIII.

DE PISCIS MAGNITVDINE. DE CONVIVIO DOMITIANI.

1. ECCE ITERVM CRISPINVS. Crispinum dicit, qui sua terra Aegypto egentissimus fuit, et postea factus est magister equitum Neronis. ECCE ITERVM. de quo superius, ideo 'ecce.' SAEPE VOCANDVS. a me uocandus deest, qui saepe uitiis ipsius excitor, ut crimina ipsius dicam. ergo 'iterum Crispinus a me uocandus ad partes.'

2. AD PARTES. hoc est operis mei. metaforam facit a comedia. aut ad partes quasi comoediae, quae multae sunt in eum, aut ad partes quasi conuiuii et copulationis mensae. ita et Sesenus libro II. ait: 'non dignus, in quem debeam saturam calente ui adingerere.' AD PARTES. ad

1. tullianum *PS. corr. p.* 5. honeratas *P.* honeˢtas *S.* onustata *c.* 11. nomina *PS. corr. p.* 12. Gallis *PS. corr. p.* 13. *scholia ad u.* 1 *et* 2 *mire turbata sunt in PS, neque tamen difficile fuit ea in ordinem redigere.* 24. Sisenna *Popma.* Seuerus *C. Barth adu. XI*, 2. Serenus *Achaintre. de Septimio Sereno u. Wernsdorf poett. Latt. min. II p.* 247 *sqq. et Lachmann ad Terent. Maur. p. XII sqq.* condignus *h.* 25. uiro Ingerere *Lachmann.*

uituperationem operis mei. metafora a comoedis. aut certe quia scenici ad partes suas solent uocari.

3. AEGRAE SOLAQVE LIBIDINE FORTES DELICIAE. figura. quid est Crispinus? 'aegrae solaque libidine fortes deliciae.' LIBIDINE FORTES. quem nullus potest etiam a consuetis uitiis deterrere.

4. SPERNATVR ADVLTER. in minore debilis scelere.

5. QVI REFERT. quid prodest quod diues est, cum sit moribus criminosus.

6. PORTICIBVS [NEMORVM]. uiridiaria, ubi solent gestari.

7. IVGERA. ortos aut spatia dicit in suburbio.

8. NEMO MALVS F. id est, qui malus est plerumque felix est. uel sic: omnis malus, qui felix est, corruptor [sit] necesse est.

9. VITIATA IACEBAT SANGVINE ADHVC. haec uirginibus Vestae poena fuerat decreta, (ut,) si uitiatae fuissent; uiuae in parietibus struebantur aut sub terra obruebantur.

12. SVB IVDICE MORVM. a censore damnaretur.

13. NAM QVOD TVRPE B. S. inrisiue hos laudat; comparatione Crispini bonos dicens.

14. [QVID AGAS]. non ea obicies, quae in eo turpissima sunt?

15. SEX MILIBVS EMIT [PERSONA]. non homo, sed persona.

16. SESTERTIA LIBRIS. sex librarum. qui tantum potuit habere in pondere, quantum in pretio.

1. operis ciere *C. Barth.* 6. deternere *S.* decernere *P. corr. p.* *'a uitiis. id est quem nulla uirtus a consuetis potest uiciis reuocare.' V.* 10. uiridaria *Schreuelius. cf. Oudend. ad Suet. Tib.* 60. *Cardinali iscr. Velit. p.* 160 *sq.* 13. *'omnis qui foelix malusque est corruptor sit necesse est.' V.* ut sic *PS.* 14. sit *PS.* 19. hoc *S. corr. o. om. P.* 21. *'nisi obiicas quod in ea turpissimum est.' V.* QVID AGAS *add. s.* obiciens *PS.* obiiciemus *Rutgers uarr. lectt. I,* 16 *qui ad u.* 11 *refert.* nisi ea obiicias *s.* in eum *PS. corr. s.* dicens non ea abiici, quae in se sunt *C. Barth.*

17. VT PERIBENT. diuites gluttones.

18. SI MVNERE TANTO. hoc argumento utebatur ad celibes, ut muneribus eos leuissimis corrumpens hereditatem illorum captaret.

19. PRAECIPVAM. primam, in qua heredes primi scribuntur. ABSTVLIT ORBI. 'orbi,' id est, qui non habet liberos.

20. SI MISIT AMICAE. est et alia ratio, quae eum cogeret grandem piscem emere, ut per eum matronam corrumpat.

21. ANTRO. lecticam mulieris aut sellam clausam.

22. NIL TALE EXPECTES. non potest dici heredipeta: luxuriosus et uentris sui est cultor.

23. QVAE MISER E. F. N. F. A. Apicius auctor praecipiendarum caenarum, qui scripsit de iuscellis. fuit nam exemplum gulae. Hoc TV [FRVGI] ad comparationem Crispini.

24. SVCCINCTVS. fuit nam Aegyptius Alexandrinus, in qua papyrum nascitur in Nilo. sicut uult Iuuenalis, Crispinus cartapola fuit.

25. HOC PRETIO S. piscem. a parte totum. MINORIS. paruo.

26. PISCATOR [MAIORES]. pisces scilicet. antipofora. quasi Crispinus hoc responderit: 'quid mihi inuides? Apulia carius agros uendit, uel maiores pisces uendit, quos tu prouincialibus gratis abstulisti.' et ironia 'maiores Apulia uendit.'

28. QVALES TVNC AEPVLAS. quantas, inquid, aepulas princeps ipse consumpsit, cum extremae mensae aepularum pars

5. prima *PS. corr. p.* 8. grauidem *PS. corr. c.* 11. luxuriosus et *post* dici *ponunt PS. transposuit s.* suae cultor *PS. corr. s.* 13. non *PS.* enim *p.* 15. 'biblo Nilotica' *add. p. quae glossa est inter uersus scripta in P.* 20. '*amphibologia, inquit Probus, utrum agros an mulos* [mullos], *ut per anastrophem postpositum sit sed hoc pacto: sed agros maiores Apulia uendit, uel certe prouincia tanti uendit agros quanti tu mulos emisti. Sed maiores Apulia uendit. hoc dicit: maiores Apuli uendit mulos, ut placet Probo, quos tu prouincialibus gratis abstulisti: et ironia est maiores Apulia uendit.' V.* curiovs *PS. corr. p.* 21. ut maiores *PS.* 22. aut ironia *h.* cur suos Apulia agros uendit ut maioris pisces uendat. quin hos tu prouincialibus gratis abstulisti? id est ironia. *C. Barth.* 23. piscis ipse *PS. corr. s.*

tanto constaret. et figurate tot sextertia partem exig[uam dic]it.

29. INDVPERATOREM. Neronem dicit gluttonem, ut Domicianus sub Neronis nomine lateret.

31. PVRPVREVS. a uestis colore. SCVRRA PALATI. Crispini satelles est idem Domicianus.

32. IAM PRINCEPS EQVITVM. magister equitum Romanorum factus est scilicet.

33. DE MERCE SILVROS. id est, fracto uaso sardarum. [MVNCIPES]. eiusdem municipii, unde ipse, Aegyptios. siluri nam pisces sunt Alexandriae, unde fuit Crispinus, nullius pretii, quos inopes in Aegypto uenditant.

34. INCIPE CALLIOPE [CONSIDERE]. aut summisse dicere, aut proprie res tenues dicere.

36. PIERIDES PROSIT. Virgilius [Aen. VIIII, 92]: 'prosit nostris in montibus ortas.' id est, ad laudem uestram sufficiat uos puellas nominatas.

37. FLAVIVS. ut quidam dicunt, delator fuit.

38. VLTIMVS. hoc conuicium in Fl. Domicianum, Titi fratrem, Vespasiani filium, iactat, qui caluus fuit. propterea quod Iuuenalis sub specie honoris relegatus est ad cohortis curam in Aegypto Hoasa, ubi mortuus est. ultimum autem Neronem dixit, quia in illo Caesarum origo defecit. [CALVO]. nam et Suetonius [Dom. 18] refert quia caluus fuit. ultimum uero ideo dicit, quia cum Vespasianus et Titus et Domicianus Flauia ex gente fuerint, Domicianus ultimus illorum et dissimillimus imperauit. meminit hoc Valerius Martialis in

1. figuratos sextertia partem exigit *PS. corr. c.* 5. Crispinus—Domitiani *C. Barth.* Crispinus—est, dominus *Schurtzfleisch.* id est Domitianus *c qui refert ad u.* 29. 9. baso *PS.* uase *p.* fasce *C. Barth.* 10. municipes *add. s.* Aegyptius *PS. corr. s.* 14. res tenues dicere *nouam glossam uult s.* 20. propter quod *p. cf. Francke exam. crit. p.* 50 *sq.* 27. Martialis III *Scriuerius ad Mart. p.* 29.

epigrammate, [et] his uersibus finit: 'Flauia gens, quantum tibi tertius abstulit heres. pene fuit tanti non habuisse duos.' Flauiae gentis ultimum Domitianum dicit. hoc enim ordine regnauerunt, Nero Vespasianus Titus Domitianus.

39. RHOMBI. piscis. [SPATIVM]. enormis magnitudo.

40. ANTE DOMVM. id est, ante templum Veneris. DORICA. Ancona Greca ciuitas, quam Greci in Italia condiderunt, ideo Dorica.

41. IMPLEVITQVE SINVS. retia. Virgilius [Aen. X, 819]: 'impleuitque sinus sanguis.'

42. QVOS OPERIT G. quia qui in Ponto et Maeotica palude capiuntur pisces, inmanes [sunt] et pingues ex ipsa tarditate, quoniam, quando gelat, in glatie herent. Salustius: 'itaque tempestate piscium uis Ponto erupit.'

43. SOLIBVS EF. id est, soluta a sole glacie. TORRENTIS. perfluentis, currentis. illic nam reuma quoddam trahit mare.

44. DESIDIA T. E. L. F. P. qui fiunt nullo exercitio propter hiemem pinguiores.

46. PONTIFICI SVMMO. ironia. Domitiano. ex ironia 'sunimo.'

47. DELATORE FORENT. et per litora et per omne mare delatores fuerunt, non solum per fora.

48. PROTINVS ALGAE. id est, et in alga, cum a piscatoribus inquirebant.

1. et *om. PS.* quod *Burmannus ad anth. Lat. I p.* 237. his uero sibi finit *PS. corr. p.* uero sic *Scriuerius.* his uerbis sub finem *idem apud Burmannum.* his uersibus ibi *Heinsius ibidem.* his uersibus finiens *Henninius.* 3. Flauiae—Domitianus *u.* 9 *apponunt PS.* 5. formae *PS.* piscis enormi magnitudine *s.* 6. ante templum id est Veneris *PS. corr. s.* 7. Italiam conciderunt *PS. corr. p.* 11. Maeotia *PS. corr. Schurtzfleisch.* 13. et quoniam *Schurtzfleisch.* 14. regelataque *C. Barth.* finitaque *Schurtzfleisch.* 'Salustius: qua tempestate ex Ponto uis piscium erupit.' *Seruius ad Verg. Aen. IIII,* 132. *cf. Mai auctt. class. VII p.* 586. 16. profluentis *c.* quaedam *PS. corr. p.* 18. qui sui ut *PS.* quia fiunt *o.* 20. Domitiano scilicet *s.*

50. NON DVBITATVRI FVGITIVVM. hoc dicerent, inquit, calumniatores uel delatores: 'hic talis piscis de uiuario Caesaris elapsus est, et quia ibi pastus est, eodem debet reuerti.'

53. SI QVIT PALFVRIO. Palfurius Sura, consularis filius, sub Nerone luctatus est. post inde a Vespasiano senatu motus transiuit ad stoicam sectam, in qua cum praeualeret et eloquentia et artis poeticae gloria, abusus familiaritate Domitiani acerbissime partes delationis exercuit. quo interfecto, senatu accusante damnatus [est], cum fuissent inter delatores potentes apud Domitianum hi, Armillatus, Demostenes et Latinus archimimus, sicut Marius Maximus scribit. ARMILLATO. nomina delatorum.

55. RES FISCI EST. fisco donabitur.

56. NE PEREAT. quod distrahi non potest. CEDENTE PRVINIS. hieme. corrumpi ab aestu non poterat, quia autumno discedente hiems uenit. Virgilius [ge. IIII, 135]: 'et cum tristis hiems.'

57. AVTVMNO. per autumnum nam iugulant morbi.

59. AVSTER. uentus calidus, quo pisces corrumpuntur.

60. VTQVE LACVS. id est, cum prope lacus Albanenses iam uenisset piscator.

61. IGNEM TROIANVM ET VESTAM. Romani nam Tullo Hostilio rege cum diruissent Albam, sacra sublata Romam transtulerunt et deos penates. quorum penetrale tam uene-

5. '*Palfurius Sura, ut inquit Probus, consularis uiri filius sub Nerone luctatus est cum uirgine Lacedaemonia in agone: postea a Vespasiano summotus e senatu transiit ad stoicam sectam, in qua cum eloquentia praecelleret Domitiano familiaritate coniunctus delationem acerbissime exercuit sed interfecto Domitiano accusatus est a senatu et damnatus.*' *V.* Palfirius Syra *PS. corr. p.* 6. deinde *Pricaeus ad Ioann. eu.* 18, 7. senatum *PS. corr. p.* 10. est *add. p.* fuisset *PS. corr. p.* 11. et hi *p.* 15. quod iam *p.* 16. extu *PS. corr. p.* 19. uigilant *P* (*in marg.* 2 *m.* uigent) *S.* pullulant *s.* 21. Albunenses *P.* Aluenenses *S. corr. p.* 23. cum *PS.* 24. deseruissent *PS. corr. C. Barth.* Roma *PS. corr. p.*

rabile deprehensum est, ut lapidatio de caelo caderet supra memorati ponderis. propter quod prodigium ex libris Sibyllinis iussi pontifices ex SC. Albae sacra renouare. tanta enim repente, cum ea uellent transferre, grando cecidit, ut intellegerent suis locis sacra non esse mouenda. inde ibi perseuerant. ideo et 'Vestam minorem' dixit ad comparationem.

63. VT CESSIT. CARDINE. ianuae Palatii praebuerunt iter pisci.

65. ITVR A. ACCIPE [PICENS]. piscator de prouincia, ubi piscis fuerat captus.

67. LAXARE SAGINAM. alii SAGITTIS, ut sit sensus, acutis curis, uel exercitatione sagittarum digestionem inquire. HARENIS. quibus uectari illum debere dicit ob cibum futurum. legitur et SAGINIS, id est, escis futuris stomachi indigestum praeparare.

69. ET TAMEN ILLI SVRGEBANT CRISTAE. id est, hac adsentatione ac laude intumescebat imperator quamuis falsa.

71. AEQVAE POTESTAS. regnum scilicet.

73. ODERAT ILLE. Tiberius Nero Domitianus. et hoc ad mores refert regis, non ad illorum merita.

75. PALLOR AMICITIAE. simulatae amicitiae. Cicero [fr. p. 570 Or.]: 'nulla est occultior res insidiae quaeque latent

1. super eo memorati *Rutgers uarr. lectt. I*, 16. supra memorandi *C. Barth.* supra fidem memorati *h. scholiastes historicum aliquem totidem uerbis descripsit.* 2. et *S.* Sibellinis *PS. corr. p.* 3. pontificem *PS. corr. p.* 5. inibi *Rutgers.* perseueranti deo *PS. corr. Lipsius de Vesta* 2. perseuerant idola *C. Barth.* perseuerabant. ideo *s.* 6. compositionem *PS.* 7. facilem aditum *s.* 11. '*in quibusdam est iactare sagittis, et hac lectione hunc locum Probus exponit ut sit sagittis i. e. curis: uel certe exercitationibus sagittarum stomachi tibi compara decoctionem.*' *V.* 12. ut *PS. corr.* o. digestioni inquit et *PS. corr.* c. digestionem inuita *Schurtzfleisch.* 12. HARENIS] legitur et sagenis *Schurtzfleisch.* 14. legit *PS. corr. p.* stomachum digestioni *Schurtzfleisch.* 16. ac *PS.* 20. referunt *PS.* infert *p.* 22. 'quod ait Tullius: nullae sunt occultiores insidiae quam eae quae latent in simulatione officii aut in aliquo necessitudinis nomine.' *Augustin. de ciu. dei XVIIII*, 5.

in simulatione officii.' CLAMANTE LIBVRNO. qui admissionibus praeerat.

77. PEGASVS. filius trierarchi, ex cuius liburnae parasemo nomen accepit, iuris studio gloriam memoriae meruit, ut liber uulgo, non homo diceretur. hic functus omni honore cum prouinciis plurimis praefuisset, urbis curam administrauit. hinc est Pegasianum SCtum. VILICVS VRBI. eleganter sub Nerone urbis praefecturam iacuisse dicit.

79. INTERPRES LEGVM. iuris peritus fuit, ut praefectus; unde ius Pegasianum. quod iuris peritus fuerat.

80. TEMPORIBVS. interpres quamquam optimus, tamen pro tempore omnia iniuste agenda credebat.

81. FACVNDIA MITAE. Lucanus [VIII, 476]: 'fractisque modestior annis.' Crispus, municeps Viselliensis, tirocinio suo in senatu ita coepit: 'patres conscripti et tu Caesar.' propter quod simulata oratione plenissime a Tiberio conlaudatus [est].

3. '*fuit et Pegasus trierarchi filius cuius nauis pegase monumentum accepit.*' *V.* ex quibus *PS. corr. p.* parasia *PS. corr. Scaliger ad Euseb. p.* 40. *Salmasius exercc. Plin. p.* 403. 6. profuisset — cura *PS. corr. p.* 7. scilicet ius *PS. corr. p.* 9. '*Pegasus iuris peritus tunc urbi praefectus unde et Pegasianum SCtum.*' *V. unde schol. corr. s.* 10. quod — fuerat *post* scilicet ius *ponunt PS.* 11. tum *PS. corr. C. Barth.* 12. prae *PS. corr. p.* improbo *uel* impio *C. Barth.* iuste *C. Barth.* mitius *Henninius.* 14. '*Vibius Crispus Placentinus, ut inquit Probus, nec me praeterit quod Tacitus scribit, et manu promptus et lingua sub Claudio et consulatum adeptus ita modestia studium orandi temperauit ut amorem in se principum prouocaret. idem postremo amissis plurimis filiis ab uxore speciosa, quam formae gratia duxerat, ueneno necatus est. hic item Crispus Thyberium Caesarem per Alpes iter facientem adolescens secutus est et nullo audiente ab eodem interrogatus haberetne stupri consuetudinem respondit caute: nondum, ut se libidinem exueret et ne principis libidinosi aures offenderet.*' *V. In scholio confusos esse Vibium Crispum atque Crispum Passienum monuit Lipsius excursu ad Taciti ann. XII,* 6. *idem de iis ualet, quae ex Probo refert V. quodsi ab hoc errore discedis, egregias doctrinae reliquias hic seruatus esse apparet, cuius fontem Suetonii librum de uiris illustribus appellare non dubito.* Vercellensis *p.* Vitelliensis *aut* Vicelliensis *Lipsius.* 16. simul oratione *PS.* simulatione *p.* simul orationem *Lipsius.*

plurimas sponte causas apud C. V. egit, pro qua re in basilica Iulia eius statua posita est. consulatus duos gessit, uxores habuit duas, primam Domitiam, deinde Agrippinam, illam amitam, hanc matrem Neronis Caesaris. possedit bis milies sestertia. omnium principum gratiam adpetiuit, sed praecipue [C.] Caesaris, quem iter facientem secutus est pedibus. hic nullo audiente a Nerone interrogatus, haberetne sicut ipse cum sorore germana consuetudinem, 'nondum' inquit, quantumuis decenter et caute, ne aut negantem eum argueret, aut adsentientem sibimet mendacio dehonestaret. periit per fraudem Agrippinae, quam heredem reliquerat, et funere publico elatus est.

85. SEVICIAM. si liceret crudelitatem damnare, cui magis liceret quam huic? ET HONESTVM ADFERRE L.

87. CVM QVO DE PLVVIIS. cum quo et de rebus fribolis et usualibus loquentes uehementer timebant.

89. BRACHIA CONTRA. id est, nunquam uoluntati bonae Neronis obstitit.

90. TORRENTEM NEC CIVIS ERAT. aut ipse Crispus, aut quicumque.

91. VERBA ANIMI PROFERRE. nemo potuit libere loqui sub illo. ut Virgilius [ge. IIII, 238]: 'animasque in uulnera ponunt.'

92. SIC MVLTAS. sic in uita diu multumque durauit, dum praeceptis Caesaris paret.

94. PROXIMVS [ACILIVS]. consul sub Domitiano fuit, indignus pati quae passus est. huius cum iuuenem Nero oc-

5. mille *PS. corr. p.* 6. C. *add. Lipsius.* 7. illo audiente *Lipsius.* 9. negans *p.* negando *Lipsius.* 10. adsentiens semet *p.* adsentiendo semet *Lipsius.* adsentientem sibi semet *Dorleans ad Tacit. p.* 675. 13. SEVICIAM — L. *supra l.* 3 *post* Agrippinam *interponit S.* SEVICIAM — ET *om. P.* 17. uoluntati imperatoris *s. at solent scholia semper Neronem ineptissime intrudere.* bonae *sane corruptum.* 23. durabit *PS. corr. c.* 26. *'huius cum filium Domitium Domitianus occidisset ipsum Acilium quo poenas sentiret seruauit incolumem, qui ut eius uirtutem se amare fingeret se amare studia simulabat.' V.*

cideret, ipsum Acilium seruauit, qui poenas sentiret orbitatis. ACILIVS AEVI. Vergilius [Aen. II, 561]: 'ut regem aequaeuum.'

97. PRODIGIO. quasi prodigio similis est nobilibus senectus. difficile nam nobilibus continget senescere. plerumque nam inmatura morte occiduntur, praesertim sub Domitiano.

98. GIGANTIS. ut omnes me oderint aut timeant aut contemnant. [GIGANTIS]. id est, ignobilis. pro gigantibus.

100. FIGEBAT NVMIDAS. et iste iuuenis in lusorio Caesaris ursos saepe quasi uenator occidit.

101. ARTES. fraudes.

102. MIRATVR ACVMEN. hoc ideo quia stoliditatem finxerat Brutus, ne a Tarquinio occideretur. BRVTE TVVM FACILE. facilius poteris, inquit, fortem eludere quam infamem.

103. BARBATO REGI. Tarquinio superbo. propexam enim barbam habuit, cum socer eius Serui[us Tul]lius adtonsam haberet, quem ipse occidit. dicit ergo cinedum non facile posse falli. BARBATO. ac rustico intellegitur.

105. RVBRIVS. iste Rubrius aliquando Iuliam in pueritia corruperat, et uerebatur ne pro hac mercede penas ab ipso reposceret.

106. ET TAMEN IMPROBIOR. qui plus improbus est cinedo. SATVRAM SCRIBENTE. qui in aliis sua uitia reprehendebat.

107. MONTANI. nam Montanus pinguis et uentrosus erat. et acerbe uentrem potius quam ipsum uenire dixit.

1. quo *c*. 5. praeterea ***PS. corr. c.*** 8. '*id est ignobilis, ut aliis sim superstes. nam post gigantas dicitur simiam terra in deorum contemptum procreasse.*' *V.* GIGANTIS *add. s.* ignobiles ***PS. corr. s.*** gigantis pro gigantibus *s.* 10. clusorio ***S.*** 16. '*Tarquinium superbum fallere. propexam enim barbam habuit, cum socer eius Seruius Tullius attonsam haberet, quem ipse occidit.*' *V.* 17. Seruilius ***PS. corr. Almelouenius.*** 19. autem rusticus *s.* 20. Tibiam ***PS. corr. Schurtzfleisch.*** Titi filiam *idem.* Liuiam *p.* 21. ne stupri mercedem patruus *s.* 23. est a cinedo ***PS.*** 24. scribit ***PS.*** 26. aceruae ***PS. corr. p.***

108. AMOMO. orientali unguento a mane sumpto.

110. SVSVRRO. qui leui susurro poterat alios deferens ad necem tradere, aut per leues suspiciones solitus est homines iugulare.

112. FVSCVS. Fuscus sub Domitiano exercitui praepositus in Dacia periit. notat autem eum, quia, cum luxuria diffluueret, inter dilicias bellorum actus exercebat. PRAEMIA VILLA. in sua uilla. qualis ille bellator, qui in hac luxuria bellorum fortia meditabatur.

113. ET CVM MORTIFERO. id est, delatore. LENTO CATVLLO. ['Veiento'] nominatibus. hos quoque uult studio crudelitatis Neroni fuisse familiares. [PRVDENS]. utrum ad nocendum, an ad sapientiae rigorem, an adulandi peritus et temporum?

114. AMORE PVELLAE. qui eas amat, quas numquam uiderat. caecus nam amator fuit Catullus.

116. SATELLES. de numero mendicorum.

117. MENDICARET AD AXES. qui ad portam Aricinam, siue ad cliuum mendicaret inter Iudaeos, qui ad Ariciam transierant ex urbe missi.

118. BLANDAQVE BASIA REDE. qui redae ferenti mulieres oscula iactaret ut caecus. DEVEXAE. inclinatae et per cliuum descendenti.

119. NEMO MAGIS RHOMBVM. quam Catullus, caecus adulator. nam in sequentibus dixit: 'non cedit Veiento,' utique Catullo.

3. sit *PS.* 5. '*Fuscus sub Domitiano exercitui delectus dux in Dacia periit.*' *V.* 6. '*qui cum luxuria afflueret inter delitias bellicos actus exerceret.*' *V.* 7. luxurians flueret *PS. corr. p.* 10. delatori *PS. corr. p.* 11. '*hos quoque uult studio crudelitatis imperatori fuisse familiarissimos.*' *V.* 13. rigidiorem *PS. corr. p.* patientiam frigidiorem *C. Barth.* 15. amabat puellas, quas *s.* 19. '*inter Iudaeos, qui erant illo ex urbe transmissi. fuit enim aricinus lucus, ut Probus inquit, in quo Iudaei mendicabant ab Aricia dictus, qui non longe ab urbe distabat.*' *V.* 24. qui *PS. corr. p.*

120. IACEBAT. tantae adulationis erat iste Catullus caecus, ut cum ei piscis ad dextram iaceret, ad sinistram respiciens laudaret et miraretur.

121. LAVDABAT. sic omnia, quae non uidebat, referebat.

122. ET PECMA [AD VELARIA]. ad alta theatri uelamina. RAPTOS. pergat ad Romam, aut de pegmate excussos.

123. NON CEDIT. laudationibus Catulli non cedit Veiento, sed tamquam stimulatus furore.

126. DE TEMONE. de isto uehiculo ad pedes supplex. DE TIMONE. regimine. de regno. BRITANNO. falcatis nam curribus Britannorum rex Arbila.

129. FABRICIO PATRIAM. Veiento nam ipse est Fabricius.

130. [QVIDNAM IGITVR]. Nero dicit.

131. TESTA ALTA PARETVR. patella, in qua possit integer coqui.

133. DEBETVR MAGNVS. figuram hic dicitur posuisse propter Magnum Pompeium, quoniam Patina dictus est, qui sustulit caput ipsius. PROMETHEVS. saturice figulus.

135. SEQVANTVR. Montanus dicit.

136. VICIT DIGNA VIRO. Neronem Montanus.

137. LVXVRIAM. qua corrumpebatur Nero.

138. IAM MEDIAS ALIAMQVE FAMAM. libidinis oris. peruersam. hoc ideo, quia auiditas cibi sequitur nimiam perpotationem.

139. VSVS EDENDI. quam Caesari Domitiano, aut certe Montano.

141. LVCRINVM AD SAXVM. locus Brittiorum. RVTVPINOVE. locus in Brittannia siue ciuitas.

3. miraret *PS. corr. c.* 4. efferebat *s.* 5. alta *om. S.* 6. excussus *PS. corr. o.* 10. falcatis ibat curribus Britannorum rex ad bella *C. Barth.* utebatur *aut* bellabat *Schurtzfleisch.* 13. QVIDNAM IGITVR *add. p.* 16. patinae figurate *s.* 22. per uerum *PS.* libidinosioris per merum *Schurtzfleisch.* libidinem oris peruersam *c.* 23. aut *Henninius.* 27. lacus *Schurtzfleisch.* 28. littus *Schurtzfleisch.*

147. TAMQVAM DE CATTHIS. gentes Germanorum siue Francorum.

149. EPISTVLA PINNA. antea, si quid nunciabant consules in urbem, per epistulas nunciabant. si uictoriae nunciabantur, laurus in epistula figebatur, si autem aliquid aduersi, pinna figebatur.

150. ATQVE VTINAM H. P. ut solum nugis rebus uacasset.

153. CERDONIBVS ESSE T. ignobilibus. cerdo est proprie turpis lucri cupidus.

154. COEPERAT HOC NOCVIT LAMIARVM CAEDE MADENTI. hoc nocuit, ut occisis nobilibus et a cerdonibus timeretur. ut iam non essent nobiles, qui timerent, omni nobilitate extincta. in Lamiis indignatur satiricus. tunc periit, cum eum populus timere coepisset, extincto iam senatu.

SATVRA V.

IN PARASITOS DE CENIS CONTVMELIOSIS.

1. ATQVE EANDEM EST MENS. de iuuene contumelioso in parasitos dicit.

3. SI POTES ILLA PATI, QVAE NEC SARMENTVS. Sarmentus natione Tuscus, e domo Marci Fauoni, incertum libertus an seruus, plurimis forma et urbanitate promeritis eo fiduciae uenit, ut pro equite Romano ageret [et] decuriam quo-

3. ANXIA *Gronouius dialr. in Stat.* 47 *cf. Salmasius epp.* 97 *p.* 222. 4. urbe *PS. corr. Gronouius.* 5 *et* 6. fiebantur *PS. corr. Dempster paral. ad Rosin. X*, 29. *Lipsius epp. IIII*, 2. *Marcilius ad Pers. VI*, 43. *Salmasius ad Lampr. Alex. Seu.* 58. ferebatur *p.* uisebatur *Eremita.* 17. de cena contumeliosa *s.* 20. Faboni *PS. corr. Rutgers Venus. lectt.* 16. 21. plurimum is *Dorleans ad Tac. ann. p.* 681. permeritis *PS. corr. p.* promeritus *Dorleans.* fiducia *PS. corr. p.* 22. per equitem Romanum *PS. def. Salmasius ad Tertull. de pallio p.* 124. *corr. p.* per *om. Salmasius de prim. papae* 2. praeter *Dorleans.* liber *Rutgers.* pro tempore *Heinsius apud Burmannum ad anth. Lat. I p.* 306. peregrinus *c.* et *add. c.*

que quaestoriam compararet. quare per ludos quibus primum XIIII ordinibus sedit, haec a populo in eum dicta sunt: 'aliud scriptum habet Sarmentus, aliud populus uoluerat. digna dignis: sic Sarmentus habeat crassas compedes. rustici ne nihil agatis, aliquis Sarmentum alliget.' tum ut causam usurpatae dignitatis dixit precibus et gratia summoto accusatore dimissus est, cum apud iudices nihil aliud docere temptaret, quam concessam sibi libertatem a Mecenate, ad quem rectio bonorum Fauoni pertinuerat. iam autem senex in maximis necessitatibus, ad quas libidine luxurieque deciderat, coactus auctionari, cum interrogaretur, cur scriptum quoque censorium uenderet, non infacete, bonae se memoriae esse perdita.

4. GABBA TVLISSET. parasiti Caesaris fuerunt.

5. VENTRE NIHIL NOVI. [QVAMVIS IVRATO]. hoc [est], quamuis parasitus iureiurando confirmet.

(15. ET QVAMVIS R. T. IN.) 7. [PVTA]. puta et hoc quod tibi paupertas dabat deficere potuisse, non potius [est] mendicare quam hoc pati?

1. per eos ludos *Salmasius de prim. papae* 2. qui ibi primus *PS. corr. Rutgers.* quibus primis *p.* quibus primitus *Rubenius electt. II,* 28. quibus primum is *Dorleans.* cum primus *Eremita.* quia libertinus *C. Barth.* 3 *et* 4. Sarmentius *PS. corr. p.* 4. crassos *PS. corr. p.* 5. agitis *PS. corr. p.* dum ut *PS. corr. s.* dum autem *p.* demum ut *Dorleans.* dum causam ut *Rutgers.* dicturus *C. Barth.* 6. dixit *s.* hic *PS.* agit *p.* egit *Dorleans.* dicit *Rutgers.* pro ciuibus et *PS. corr. p.* procliuus ex *C. Barth.* Mecaenatis prece uiuus *Schurtzfleisch.* 8. quod *PS. corr. p.* quam id concessum sibi liberalitate Maecenatis *C. Barth.* sectio *p.* cretio *C. Barth.* 9. Fauor *PS. corr. p.* aut ut *PS. corr. p.* 11. auctionare *PS. corr. Dorleans.* interrogaret *PS. corr. Eremita.* interrogarent *C. Barth.* conscriptum *PS. corr. p.* quaestorium *Rutgers. Salmasius de prim. papae* 2. censorium *om. Salmasius ep. ad Sarrauium* 82. *def. Weichert poett. Latt. rell. p.* 226 *sq.* 12. bona suae *Dorleans.* praeditum *Rutgers.* praedicauit *Rubenius electt. II,* 28. prodidit *Salmasius de prim. papae* 2. respondit *Salmasius ep. ad Sarrauium* 82. perdita re *Burmannus ad Petron.* 66. re perdita respondit *Burmannus ad anth. Lat. I p.* 306. 13. Gappa *S.* '*Appicius* [*l.* A. Sulpicius] *Galba sub Tiberio scurra nobilis fuit.*' *V.* 14. est *add. s.* 15. quasi *PS. corr. s.* '*crepido, inquit Probus, est ora terrae quam aqua alluit, ex hoc appellata, quod ibi aqua allidens concrepitet.*' *V.*

8. ET TEGETIS PARS. mattae pars ut tegumen corpori factae.

10. HONESTIVS ILLIC. in crepidine.

11. FARRIS MORDERE CANINI. panis sordidus canum est.

12. PRIMO FIGE LOCO. in prima pone iniuria, quia, si iusserit ut recumbas, putat se in hoc totum soluisse, quicquid umquam obsequiis meruisti.

14. FRVCTVS [AMICITIAE]. obsequiorum. ita reddunt clientibus merita. INPVTAT HVNC REX. quid aliud non inputet, ubi et hoc quod uile est inputat?

17. TERTIA NE VACVO. apud ueteres accubitorum usus non erat, sed in lectulis discumbentes manducabant. tres autem lectuli erant, in quibus discumbebant, unde hodieque triclinia appellantur.

18. QVID VLTRA [VOTORVM SVMMA]. haec sunt apud te.

19. TREBIVS. nomen parasiti.

20. ET LIGVLAS. Calciari, cum festinatione et ansas caligarum praetereant nonnullas. dictae autem ligulae a ligando.

21. PEREGERET ORBEM. compleuerit numerum cathedrarum.

23. [SERRACA BOOTAE]. plaustra. PIGRI SERRACA BOOTAE. septemtriones. id est, media nocte. PIGRA SERRACA BOOTAE. ursae duae quae uocantur Elice et Cynosura. Bootes autem qui et Arcturus. quorum siderum Lucanus quoque sic meminit [II, 236]: 'sunt nocte supora Parrasis obliquos Elice cum uerteret axes.'

2. fornici factum c. '*Probus uero exponit: tegetis, pinnatae sportae aut tegetis de sirpo factae.*' *V.* 4. canini] cantabri *suprascr. P.* 5. qua *PS.* quod c. 8. in clientibus *S.* 9. putet *PS. corr. p.* 10. uiles inputat *PS. corr. p.* '*quid aliud dabit cum quod uile est, imputet.*' *V.* 17. calciarii *PS. corr. Ferrarius anall. de re uest.* 34. cum festinant et *p.* nam festinantes *Schurtzfleisch.* 18. praetereunt *p. Schurtzfleisch.* 22. idem *PS. corr. p.* 25. sub nocte sopora *Lucanus.*

24. QVALIS CENA T. V. 25. [CORYBANTA]. hoc est [ex] gustu uini mali. sic nam uinum malum mentem turbat, quomodo lana tincta mutatur.

27. SAVCIVS ET RVBRA DETERG. cruentata mappa detergis.

28. INTER VOS QVOTIENS LIBERTORVMQVE. id est, conuiuas et seruorum multitudinem.

29. PVGNA SAGVNTINA. ciuitas Spaniae, in cuius territorio malum uinum nascitur.

31. CALCATAMQVE. id est, bellis ciuilibus natum uinum bibit, hoc est uetus et bonum.

32. CARDIACO. unde numquam amico uel cordolenti modicum dabit. CYATHVM. mensura modica, potio.

34. TITVLVMQVE SENECTVS. bibit aut uinum de montibus Albanis ita uetus, ut non possit nec ex superscriptione cognosci, quanti sit temporis.

35. DELEVIT M. V. ex antiquitate deletum est.

37. BRVTORVM. qui Caesarem in senatu occiderunt.

2. est gustum *PS. corr. s.* ‘*ut Probus quod si* [*l.* sic] *malo uino mentes turbantur quomodo lana tincta mutatur.*’ *V.* 9. *u.* 30. ‘*capillatum arguit, inquit Probus, mollioris uitae*’ *V.* 10. belli *PS. corr. c.* 14. uiuit *PS.* Setinum *add. s.* 17. *u.* 36. ‘*Heluidius post damnationem, ut inquit Probus, soceri Peti Traseae interdicta sibi Italia Apolloniam concessit, sed post interfectum Neronem restitutus a Galba non aliter quam libero ciuitatis statu egit. hic tamen* [tam *p.*] *industrius fuit, ut cum sub Nerone Achaiam quaestor administraret ciuitates quaedam quas non adierat* [adiuuerat *cod. Schurtzfleischi*] *inclamarent αἰ ἡμεῖν πρέπον* [*καὶ ἡμῖν πρέπον C. Barth. καὶ ἡμῖν πρέπον ** Schurtzfleisch. καὶ ἡμῖν ἐπάρχεσον h.*]. *hic postea Vaspasianum ita studio libertatis offendit, ut putaret* [putaretur *C. Barth.*] *id optante* [adoptante *c.*] *auunculo Claudio* [Heluidio *c.*] *pristinum libertatis statum posse reuocari* [reuocare *c.*]: *quo nomine reus ac praeter spem absolutus est. sed Trasea a* [*del. p.*] *Nerone in senatu de nece matris agente cum quasi parricidam* [parricidium *p.*] *damnans e curia se proripuisset et ex urbe discessisset accusatus crimine maiestatis defendi se noluit secandasque uenas praebuit, conuersusque ad Demetrium cynicum: nonne tibi libare uideor Ioui liberatori? atque* [atqui *p.*] *singulis amicis oscula offerens exanimatus est.*’ *V.* 18. senatum *PS. corr. p.* *u.* 38. ‘*in quibusdam est Beliadum, et ita legit Probus,*

38. INAEQVALES BERVLLO. fiolas ex gemmis factas.

41. QVI NVMERET GEMMAS. si tibi data fuerit fiola, ponitur qui te et custodiat, ne ex ipsa aut gemmam rapias aut de unguibus aurum radas.

42. DA VENIAM. id est, uenia danda est, si custodiaris, cum acceperis fiolam, quoniam gemmae pretiosae in poculo sunt. HIASPIS. genus gemmae pretiosae.

42. PRAECLARA. 43. [AD POCVLA TRANSFERT]. id est, de anulis tollit gemmas et in fiolas mittit. AD POCVLA TRANSFERT. calices gemmatos facit.

45. PONERE ZELOTYPO. figura diasyrtica in Virgilium [Aen. IIII, 261]. id est, tales gemmas mittit in calicibus, quales solebat Aeneas in uaginis gladii habere, qui antepositus est Iarbae a Didone.

46. VOTORIS NOMEN HABENTEM. quidam 'sutor fuit Beneuento, qui grandem nasum habuit.

47. [NASORVM QVATTVOR]. id est, in talem calicem bibis, qui quattuor in longitudine nasos habeat.

48. QVASSATVM. iam fractum. QVASSATVM ET RVPTO. ut solent sulfure calices fractos siue caluariolas conponere.

49. STOMACHVS DOMINI. id est, si ex indigestione inualidus fuerit, frigi[di]ssima illi aqua adfertur.

51. NON EADEM VOBIS PONI. id est, non solum quod aliud uinum bibitis, sed etiam et aquam diuersam.

53. GETVLVS DABIT AVT NIGRI. tam niger, ut eum possis timere in obscuro.

56. FLOS ASIAE ANTE IPSVM. pulcher puer Asianus, caro praetio comparatus.

57. QVAM FVIT ET TVLLI. regum priorum patrimonium.

ut ad illud alludat Virgilianum [*Aen. I*, 729]: *impleuitque mero pateram qua Belus et omnes a Belo soliti.*' *V.* 1. fialas *s.* 3. de *om. c.* 9. tollat *PS. corr. c.* 11. ut Virgilius *PS.* 15. Vatinius *e cod. add. Schurtzfleisch.* 17. tu tali calice bibes *s.* 20. sulfure c. in urbe *PS.* caldariolas *Schreuelius.* '*Probus exponit, quia hoc solent uitrum solidare i. maltare.*' *V.*

59. TV GETVLVM. Maurum pincernam.

60. TOT MILIBVS EMPTVS. tanto pretio comparatus.

62. DIGNA SVPERCILIO. quia et pulcher et iuuenis est, ideo superbit.

64. VETERI PARERE CLIENTI. iam antiquo, olim noto amico domini sui.

66. MAXIMA QVAEQVE DOMVS SERVIS. aegre hoc semper serui habent, quod illis stantibus amici sui domini discumbunt.

68. VIX FRACTVM SOLIDAE IAM MVCIDA. id est, ita durum, ut dentes possit frangere.

71. SERVATVR DOMINO DEXTRAM. noli immittere manum.

75. [PANISQVE TVI] NOVISSE COLOREM. qualem mereris manducare.

79. PAENVLA LIMBO. propterea semper manicasti per pluuiam.

81. QVAE FERTVR DOMINO SQVILLA. genus piscis, aut cammari.

83. MINISTRI. infertoris.

84. SED TIBI DIMIDIO. minores cammari.

85. FERALIS. mortalis.

86. IPSE VENAFRANO. oleo bono ciuitatis Africae.

87. PALLIDVS. male coctus.

88. VESTRIS DABITVR ALVEOLIS. uasis, in quibus uos manducatis.

89. PRORA SVBVEXIT ACVTA. genus nauis.

12. mittere manu *PS. corr. c.* ‘*artoptae, pistoris uel uasis quo panis coquitur, ut Probus inquit.*’ *V.* 15. manica stillaret *Eremita.* madidus iuisti *Henninius.* 22. uenafrona *S.* ciuitas Africae *S.* Venafrae *C. Barth.* Campaniae c. CANNA MICIPSARVM. ciuitas Africae *s.* 26. ‘*Probus exponit, cannam nauem esse, quae gandeia* [chelandia *Meursius gloss. s. u.* χελάνδιον. galeia *Vossius de uitiis Germ. II,* 8. *III,* 4. ganleia *Iac. Gronouius ad geogr. ant. p.* 127 *sq.*] *dicatur, ut sit gandeia Micipsarum id est Aphrorum. gandeiam enim soli Afri id est Zamaci, uel ut*

90. CVM BOCCARE NEMO LAVATVR. quidam illo tempore, qui putenti oleo se unguebat in balneis.

92. CORSICA. insula in Tyrreno mari posita.

93. TAVROMENITANAE. oppidum Siciliae.

94. DVM GVLA SAEVIT. in suburbicario mari.

95. MACELLO. piscatoribus.

96. THYRRENVM CRESCERE PISCEM. ex adsidua piscatione.

97. PROVINCIA SVMITVR ILLINC. quod de peregrinis uenit.

98. QVOD CAPTATOR EM. heredipeta. AVRELIA VENDAT. quaedam mulier, quae distrahebat pisces.

100. CONTINET AVSTER. iocatur. id est, non flante austro.

102. [LINA] CARIBDIM. piscatores.

103. ANGVILLA. similis colubrae.

104. AVT GLACIE [TIBERINVS]. nomen piscis.

105. PINGVIS TORRENTE CLOACA. de sordibus pinguis, qui in cloacis nutritus est.

108. NEMO PETIT MODICIS. non quaerimus, quae ante donabant pauperibus amicis.

alii Bizazeni, ut alii Barcae [Barcaei *Schurtzfleisch*] *inuenerunt.*' *V.* '*significat oleum Tripolitanum*'. *add. p.* 2. pudenti ***PS.*** *corr. o.* 3. terreno ***PS.*** *corr. p.* 7. *ad u.* 95. 'retibus adsiduis' *refert* ***Rutgers*** *uarr. lectt. VI,* 18. 15. de sordibus pinguis. CLOACA quia *s.* 18. *u.* 109. 'SENECA. *hic, ut inquit Probus, sub Claudio quasi conscius adulteriorum Iuliae Germanici filiae in Corsicam relegatus post triennium* [octennium *Faber praef. Sen.*] *reuocatus est. qui etsi magno desiderio Athenas intenderet* [tenderet *Schreuelius*] *ab Agrippina tamen erudiendo Neroni in palatium adductus scaeuum immanemque natum et sensit cito et mitigauit* [indicauit *Lipsius ad Senec. p.XXVI.* indigitauit *Schurtzfleisch.*] *inter familiares solitus dicere, non fore* [fidere se *o.*] *scaeuo illi leoni quin gustato semel hominis cruore ingenita redeat scaeuitia. huic postremo quod habitus esset inter conscios coniurationis Pisonianae Nero per tribunum ultimam necessitatem denunciauit. hic interritus amicorum animos, quibus iam eius casus lachrymas exciuerat, ad firmitudinem reuocauit rogitans, ubi praecepta sapientiae, ubi tot per annos meditata ratio aduersum imminentia; cui praeterea ignara fuerit Neronis scaeuitia; neque aliud superesse post matrem fratremque interfectos quam ut educatoris praeceptorisque necem adiiceret, deinde sibi uenas praesecans crurumque*

110. LARGIRI NAMQVE. Largitas et liberalitas antiquitus pro magno habebatur.

112. [CIVILITER]. sine iniuria clientum.

113. PAVPER AMICIS. id est, auarus.

115. ALTILIS ET FLAVI. pasta uel apruna. MELEAGRI. ideo Meleagri propter Calidonium aprum, quem irata Diana, propterea quia contemta esset ab Oeneo in sacrificiis, (et aprum) agris suis inmiserat, quem Meleagrus filius suus occidit.

117. SPVMAT AP. P. H. quia tubera tonitruis dicuntur nasci, ut cocleae.

118. TVNC ERIT ET FACIENT OPTATA T. [ALLEDIVS]. quidam gulosus inquit.

121. CHIRONOMVNTA VOLANTI. manus ducentem. CVLTELLO DONEC. id est artificio incidentem omnia.

123. DISCRIMINE REFERT. diuersitas ministerii.

124. QVO GALLINA SECETVR. id est, aliter secat.

127. HISCERE TAMQVAM HABEAS TRIA NOMINA. QVAMQVAM HABEAS TRIA NOMINA. alii sic intellegunt, dicentes tamquam fur sis. id est pro tribus litteris tria nomina posuit. sed melius sic accipitur. hoc est tamquam nobilis sis, ut habeas

uenas abrumpens et durante tractu lentitudineque mortis hausto ueneno et postremo calidae aquae stagnum introiens exanimatus est.' V. ea quae inde a uu. 'huic postremo' sequuntur non potest dubium esse quin secundum Taciti narrationem (ann. XV, 61 sqq.) scripta sint. fieri igitur potest, ut haec Valla ipse adiecerit. 'Piso Calphurnius, ut Probus inquit, antiqua familia, scaenico habitu tragoedias actitauit, in latrunculatorum iussa [latrunculorum lusu *p.*] *tam perfectus et callidus ut ad eum latentem* [ludentem *c.*] *concurreretur. ob haec insinuatus G. Caesari repente etiam relegatus est, quia consuetudinem pristinae uxoris abductae sibi ab ipso deinde remissae repetita esse* [repetiisse *p.*] *existimabatur. mox sub Claudio restitutus et post consulatum materna haereditate ditatus magnificentissime uixit meritis* [meritos *Schurtzfleisch.*] *subleuare inopes ex utroque ordine solitus, de plebe uero certos quotquot annis* [quotannis *p.*] *ad equestrem censum dignitatemque prouehere.' V.* 7. Aeneo *PS. corr. p.* 8. agris ipsius *s.* 11. cocleas *PS. corr. p.* 15. imitantem *o.*

tria (pro)nomina, ut Gaius Cornelius Scipio et si quid simile. QVANDO PROPINAT. dat calicem, in quo ipse bibit.

131. NON AVDENT HOMINES PERTVSA. id est paupere panno.

132. QVADRINGENTA. id est sestertia dederit.

134. EX NIHILO. id est si pecuniam habueris statim amicus unianimis fieres.

135. DA TREBIO. cuiuslibet nomen.

136. PRAESTAT HONOREM. pecunia honoratur, non homo.

138. PARVOLVS AVLA. si carior uis esse amicus, sine filiis esto. Virgilium ridet.

141. SED TVA NVNC MYGALE. nomen mulieris, ex ipsa coitione. etymologia.

143. GAVDEBIT NIDO. id est, puerorum. THORACA IVBEBIT. armilausiam prasinam, ut simiae.

146. PORTENTVR AMICIS. mortiferi, uenenosi.

147. CLAVDIVS EDIT. de Claudio Nerone dicit, quia fungo, uxore sua faciente, mortuus est.

151. AVTVMNVS HABEBAT. ridet de Homero.

152. SORORIBVS AFRIS. de Hesperidis dicit. QVI TEGITVR PARMA. tiro.

154. ET GALEA METVENSQVE FLAGELLI. quale simia manducat.

156. PARCERE CREDAS. non propter auaritiam facit hoc, sed ut tibi iracundiam faciat.

160. STRIDERE MOLARI. dentibus pressis.

161. ET REGIS CONVIVA. tamquam amicus.

162. CAPTVM TE NIDORE. odore suae cocinae.

164. SI CONTIGIT AVRVM. [BIS FERAT] ut denuo ad domum ipsius redeat. 163. NEC MALE CONIECTAT. 164. [AV-

1. Gneius *Rutgers uarr. lectt. VI*, 18. 6. fieris *PS.* 10. de Virgilio *Schurtzfleisch.* 12. etuemologia *PS. corr. Brodersen apud c.* 14. aut similem *Rubenius electt. II*, 12. 21. qualem *PS. corr. C. Barth.* 22. *u.* 155. ‘*senem magistrum capellam dicit, ut Probus.*’ *V.* ‘capella. campidoctore.’ *suprascr. P.*

RVM]. antiquitus nobilium pueri bullas aureas habebant, pauperum de loris, signum libertatis.

168. AD NOS IAM VENIET. gula cum sperantis multum manducare.

171. PVLSANDVM VERTICE RASO. etiam capite raso alapas accipies.

SATVRA VI.

8. TVRBABIT NITIDOS. matrona quaedam passerem plangens caeca facta est.

19. ASTREA RECESSIT. 20. [SORORES]. Fides et Pudicitia.

22. CONTEMNERE PVLCHRI. lecti iugalis.

26. TEMPESTATE PARAS. tempore nostro uxorem disponis ducere.

27. PECTERIS. componis te.

28. CERTE SANVS ERAS. furis, insanis.

30. TOT RESTIBVS VLLAM. id est, non te magis praecipitas aut laqueo suspendis.

34. PVNGIO DORMIT. a facto nomen.

37. ET LATERI PARCAS. id est si parum feceris non irascitur, [ut] uxor.

2. ‘LORO. *id est corrigium, ut Probus exponit, Parthicam, unde solet bula pendere signum ingenuitatis.*’ *V.* 7. INCIP. LIB. II. *S.* quod non sit ducenda uxor *P ad u.* 23 *adscripsit.* 12. ‘*a tonsore magistro pecteris. i. ut Probus ait, non* (nunc *h.*) *seuerus es ut maritus qui a pueris ad magistrum tonsorem transis: aut certe, ut idem exponit, desiisti pueros sectari quia iam uxori munera nonnulla misisti et solito diligentius ornaris ut uxori placeas, cui annulum dedisti.*’ *V.* 15. furiis *p.* COLVBRIS. furiis. EXAGITARE. insanis. *s.* 17. *u.* 32. ‘*Aemilius pons. Probus autem ibi quod lupanaria essent inquit.*’ *V.* 18. ‘*pusio autem Probus legit et ita in uetustissimo legimus codice. ipse autem interpretatur pueri nomen esse ut si pusio legas a puero factam diminutionem certum est. nam pusio pusillus puer appellatur. — si quis acute sensum horum uerborum dispiciat uidebitur plane melius pugio pro nomine proprio sumendum.*’ *V.* 20. ut *add. p.*

38. LEX IVLIA TOLLERE DVLCEM. quae iubet eos hereditatem capere, qui filios habent.

39. COGITAT HEREDEM CARITVRVS. 40. [MVLLORVMQVE]. quos heredipetae mittunt. IVBIS. cristis.

44. CISTA LATINI. qui totiens superueniente marito sub cesta celatus est, ut in mimo.

47. LIMEN. Capitolium.

50. VITTAS CONTINGERE DIGNAE. quae possunt sacerdotes Cereris esse.

51. OSCVLA NECTE CORONAM. quia et irrumantur mulieres dicit.

54. EXTORQVEBIS, VT HAEC OCVLO C. id est, si hanc conditionem dederis mulieri, ut uno sit uiro contenta et ambos oculos habeat, aut multis et unum, magis parata est unum oculum habere quam unum uirum.

56. VT VIXIT IN AGRO. respondit, in ciuitate sic uiuat, ut in agro.

55. RVRE [57. AGELLO CEDO] PATERNO. concedo et in agro castam fuisse. (VIVAT FIDENIS) alii dicunt, perdo agrum ego paternum, si uiuat illa recte.

61. DIGNA TVO CVNEIS. ut desideras. AN HABENT. consortes spectaculorum.

63. SALTANTE BATYLLO. saltante pantomimo.

66. RVSTICA DISCIT. 65. [MAGNVM] penem, ut habent in mimo.

68. SONANT FORA SOLA THEATRO. iurisdictio quando est.

69. MEGALESIA TRISTES. ludi Megalesiaci.

4. IVBIS. cristis *om.* ***S.*** 6. '*Latinus mimus fuit qui moechus, ut Probus inquit, in cystam deuolutus superueniente aliquo tegebatur. qui postea propter adulterium Messalinae punitus est.*' ***V.*** 8. possint *p.* 10. quia eterremantur ***PS.*** *corr.* ***H. Peerlkamp*** *ad* ***Verg. Aen. II.*** *p.* 77. quia interimantur c. interimant ore *o.* 13. ut aut uno *s.* 21. quae habeat ***PS.*** 24. *hoc schol. ad* 'magnum' *referendum esse uidit h.* '*thymelen in emendatissimis uetustissimisque codicibus lego: denique ut Probus theatrum interpretatur.*' ***V.***

70. SVBLIGAR ACNE. uestem tragoedi.

72. GESTIBVS AVTONOES. quando Autonoen saltat.

73. SOLVITVR HIS MAGNO COMEDIA. ut cum comedis concumbant. nam omnes pueri uocales fibulas in naturis habent ne coeant.

75. QVINTILIANVS AMETVR. ut scolasticus ametur.

77. AVT GLAPHYRVS FIAT PATER. id est sub te marito alieni filii.

79. ORNENTVR POSTES. ad honorem nuptiarum. sic enim solent in nuptiis praeparare.

80. VT TESTVDINEO TIBI [CONOPEO]. hoc est linum tenuissimis maculis nanctum, quod Latine (conopeum) culicare dicunt. sic Horatius [epod. 9, 15]: 'signa militaria sol aspicit conopeum.'

81. NOBILIS EVRYALVM. ut nascatur tibi filius similis gladiatori. nomina lanestae et gladiatorum.

83. MOENIA LAGI. ad Alexandriam dicit, quia eam Lagus tenuit, pater Cleopatrae et Ptolomei. post magni Alexandri occupatus Ptolomeus cognominatus Lagus, adque deinceps ceteri reges Lagi sunt appellati.

87. PARIDEMQVE RELIQVIT. difficile est deserere consuetudinem. Paridem dicit illius temporis pantomimum, quem postea ob adulteratam uxorem ab eo suam Domitiam Domitianus occidit.

89. ET SEGMENTATIS. segmenta dicit uittam pendentem de uestibus, intextam auro.

7. erunt te marito alieni ei filii *C. Barth.* 11. tenuissimum *h.* tenuissime *Schurtzfleisch.* 12. netum *uel* nexum *p.* netum *Lessing opp. XI p.* 118. uariatum *Salmasius.* uariegatum *Schurtzfleisch.* iunctum *Vlitius ad Grat. cyn. p.* 97. distinctum *h.* nam graecum est *Marcilius ad Horat. epod.* 9, 15. quia *PS.* quidam *Schurtzfleisch.* 17. quia et *PS.* quam *p.* Lagus-Ptolomei *del. Rau uarr. lectt. I p.* 42. 18. post mortem magni *p.* post magnum Alexandrum *Rau.* 19. occupauit *p.* occasum capit *C. Barth.* eam cognomine *C. Barth.* a quo *p.* itaque *C. Barth.* 26. intexta *PS. corr. h.*

91. CVIVS APVD MOLLES. cuius famae uilis est iactura. [CATHEDRAS]. id est matronas. pro mariti delicatis.

94. MVTANDVM TOTIENS ESSET. diu nauigatura erat. id est de Tyrreno mari ad Adriacum et de Adriaco ad Egeum transitura erat.

95. SI RATIO EST. id est, si causa sit nauigationis digna, propter quam se periculis etiam committere debeant, trepidantes [se] excusant.

96. PECTORE NEC TREMVLIS. nec se continere possunt. exclamatio in rebus turpissimis.

97. FORTEM ANIMVM. sexum muliebrem abiciunt et animos uiriles sumunt.

98. CONSCENDERE NAVEM. id est, cum marito nauigatio aegre toleratur. [DVRVM]. id est, difficile est.

100. QVAE MOECHVM SEQVITVR. id est, quae cum moecho nauigat stomachum ualidum ac fortem habet, quae cum marito, infirmum et miserum, ut mulier.

101. CONVOMIT HAEC INTER NAVTAS. id est, non solum quod non moleste feret nauigationem, sed etiam in quo usus exegerit nautas in tempestate iuuat.

102. PER PVPPEM ET D. G. R. ad funes manum mittere.

104. QVOD LVDIA DICI. ludis seruiens, gladiatoris uxor.

105. SVSTINVIT NAM SERGIOLVS. Sergiolum nomine ex gladiatore amauit, qui et Ludor dictus est, qui sit diu demoratus in ludo. qui, ut requiem gladiaturae haberet, Bellonarium se fecerat.

1. fama *S.* 2. matronas id est *PS. corr. s.* pro matronis *s.* 9. se *add. s.* 10. sustinere *s.* 11. excellunt animo *s.* turbidissimis *c. mihi scholion ad* 64. *referendum uidetur.* 15. toleratur et difficile *PS. corr. s.* 20. fert *s.* si quando usus *s.* 21. exigerit *PS. corr. s.* 23. ludiis *h.* 24. hominem *h.* ex-gladiatorem *Schurtzfleisch.* 26. quia *p.*

106. [SECTO]. quo[niam] mos est in talibus sacris lacertos suos secare. COEPERAT ET SECTO. uulnerato.

108. ATTRITVS GALEA. apparet eum secutorem fuisse.

109. GIBBVS ET ACRE MALVM. SED. crudelitas tantam deformitatem decorabat, adque illi pulchrum exhibebat.

110. HYACHINTHOS. formosos.

113. ACCEPTA RVDE. id est, non quia deformem Eppia amauit, sed quia seueritatem magis amant mulieres, professionem ipsius amauit. quam si non exercuisset Sergiolus, rude accepta, ita contemneretur ab ea tamquam Veiento. rudem, ut solent in amfiteatro accipere gladiatores.

114. EPPIA CVRAS. quasi, miraris hoc factum?

115. RESPICE RIVALES. ridens, quia imperatores inter deos referuntur.

116. QVAE TVLERIT. quae sit passus.

117. AVSA PALATINO. Messalina tantae libidinis fuit, ut se immutaret habitu et cum una ancilla descenderet de Palatio adque publice in circo prostaret per noctem, quoniam antea meretrices propter sacrorum celebrationem ab hora nona totam noctem prostabant. inde etiam nonariae dictae sunt. haec uero Messalina ex Claudio Brittannicum sustulit, qui per eam a Nerone, ut superius dixi, ueneno interfectus est. haec est de qua dicit [II, 33] ‘et patruo similes effunderet offas.’

117. TEGETEM PRAEFERRE CVBILI. tegeste, uel matta, supellex cubilis obsceni. aut forte hoc tegeste, quo tegitur domus mendicorum, uel tegumenta fornicis.

118. AVGVSTA CVCVLLOS. capitis indumenta, quibus se cooperiebat.

1. quo *PS.* quod *s.* 7. deformen *PS. corr. c.* 9. quia *PS. corr. c.* 11. rudem — gladiatores *ad* 106 *ponunt PS.* 22. dixit *PS. cf. schol. I,* 71. postea ut Suetonius *s.* 25. teges *p.* ut *PS.* 27. ut *PS. lex. gr. lat. p.* 501 *H. St.*: ‘*καλυπτηρια* tegestas.’ *p.* 664. ‘*ψίαθος* teges, terratoria (*l.* stratoria), macta.’

120. GALENO. crine supposito. rotundo muliebri capitis tegumento, in modum galeae facto, quo utebantur meretrices; ideo flauo; nigro nam crine matronae utebantur.

121. CENTONE LVPANAR. ueteri uelo ex pannis facto.

123. PROSTITIT AVRATIS T. M. L. quoniam in cellis nomina meretricum fuerant superscripta. hoc est, pro quadam Lycisca meretrice ipsa cellam ingressa est.

124. BRITTANNICE VENTREM. ipse Brittannicus, quem post Messalinae matris necem conscia matre Agrippina Nero in conuiuio suo necauit.

125. EXCEPIT. in meritorio.

127. MOX LENONE SVAS I. D. P. id est, de meritoriis recedentibus puellis ipsa tristis efficiebatur, quod post totam noctem adhuc non saciata et ultima recedebat.

129. E TENTIGINE VOLVAE. desiderante coitum.

130. ET LASSATA VIRIS. lassata quidem ex coitione uirorum, tamen adhuc desiderans.

132. FOEDA LVPANARIS. obscenum odorem lupanaris pertulit ad lectum maritalem.

133. HIPPOMANES. hippomanes quod de partu equarum rapitur a fronte pulli, statim ut nascitur. quod mater ab eodem lambit. quod datum in poculum ad amatorias res facit.

134. GRAVIORA COACTAE. grauiora faciunt in aliis rebus, quam quod libido persuadet.

135. IMPERIO SEXVS MINIMVMQVE. minus peccant forte, quam quod libido desiderat.

2. tegumentum *PS. corr. p.* facti *PS. corr. p.* 3. id est *PS. om. p.* 4. ut *P.* uti *S.* ueteri *Ramirez de Prado ad Mart. p.* 64. *Erhardus ad Petron.* 7. 5. sellis *PS. corr. p.* 8. dixit Brittannicum *s.* pro *PS. corr. c.* 9. nece *PS. corr. c.* inscia *aut* nescia *c.* ueneno necauit *s.* 13. per *PS.* 15. desiderantem coitu *PS.* desiderans coitum *o.* 18. obscenom *PS. corr. p.* 19. maritale *PS. corr. p.* 27. quod desiderant *Schurtzfleisch.*

136. CENSENNIA TESTE MARITO. id est *ἀνθυποφορά*. tamquam ab alio interrogatus: 'quare ergo Censennia testimonium perhibente marito bona est?' respondit: 'magnam dotem secum adtulit, inde pudica audit.' auaritia enim uiri uitia uxoris extinguit.

137. BIS QVINGENA [139. INDE.] de auaritia scilicet. non, inquit, amat uxorem, nec pro affectu, sed propter dotem habere talem contentus est.

140. LIBERTAS EMITVR [CORAM]. id est marito, ut peccante uxore contentus sit tacere, propter auaritiam. ut Horatius [c. III, 6, 29]: 'et non sensurum scio surgat maritus.'

141. RESCRIBAT VIDVA EST. id est tamquam uidua peccat sine crimine diues mulier, quae auaro nupserit marito.

143. SI VERVM EXCVTIAS FACIES. *ἀνθυποφορά*. ob quam rem Sertorius uxorem indotatam amat? respondit: 'non pro moribus amatur, sed pro pulchritudine.'

144. TRES RVGAE SVBEANT. id est, si rugas contraxerit in facie ut anus.

145. OCVLIQVE MINORES. prae senectute.

146. LIBERTVS ET EXI. statim mittitur foris.

147. EMVNCERIS EXI. mucosa es.

148. VENIT ALTERA NASO. id est, alia iuuenior puella.

149. POSCITQVE MARITVM. omnia sibi donari petit.

150. PASTORES ET OVEM C. id est, greges in Calabria aut uineas in Falerno.

151. ERGASTVLA TOTA. ergastula proprie dicuntur loca, in quibus ad poenam uincti homines opus faciunt. hic ergo ergastula dixit rusticorum seruientium multitudinem.

153. MERCATOR IASVM. negociatorem Grecum, qui iam nauigare non posset.

154. CASA CANDIDA NAVTIS. [per] casam candidam illud

1. *αντιποφορα* **PS.** *corr. p.* 9. mariti **PS.** *corr. c.* 11. 'coram non sine conscio surgat marito' *Horatius.* 13. a marito **S.** 14. *αντυνοφορα* **PS.** *corr. p.* 19. id est fiat anus *add. p.* 29. dicit *post* Grecum *add. s.*

significat, quod Romae in porticu Traianarum termarum tempore Saturnaliorum sigillaria sunt. tunc mercatores casas de linteis faciunt, quibus picturae obstant. ideo autem dicit 'mercator Iasunt,' quoniam antea in porticu Agrippinarum sigillaria proponebantur. in qua porticu historia Argonautarum depicta est, et casae cum fierent picturae obstabant.

155. GRANDIA TOLLVNTVR CHRYSTALLINA. sic et Cinna dicit: 'atque imitata niues ludens legitur chrystallus.'

156. MYRRHINA D. ADAMANS. de murra pocula tincta (facta).

158. BARBARVS. barbarum Ptolomeum significat et Bernicen sororem eius. DEDIT HVNC AGRIPPA SORORI. Iuliam neptem Augusti significat, quae nupta Emilio Paulo, cum is maiestatis crimine perisset, ab auo religata est. post reuocata, cum semet uitiis addixisset, perpetui exilii damnata est supplicio. huius Agrippa frater propter morum feritatem in Sicilia ab Augusto religatus est, post cuius mortem iussu Tiberii interfectus est. Beronice soror Ptolomei, uerum neptis Augusti Iulia [Agrippae], cum qua commisit incestum et propterea ab Augusto religatus est.

159. SABBATA RECES. in Iudaea regione, ubi est sinagoga.

160. ET VETVS I. D. S. id est, maioribus porcis parcunt; nam minores manducant.

1. quo *c.* 3. picturam *PS. corr. p.* '*forte porticum Agrippparum dicit in qua Argonautae picti spectati sunt, quod in eadem porticu, ut refert Probus, quodam anni tempore nundinae fiebant.*' *V.* 4. Agrippae *Eremita. c.* 9. lucens *Rutgers uarr. lectt. V,* 10. undis *Heinsius apud Burmannum ad anth. Lat. I p.* 415. *cf. Weichert poett. Latt. rell. p.* 189 *sq.* niuis luces *Vnger de Valgii poem. p.* 345. 14. his *PS. corr. p.* 15. a barbaro *PS. corr. p.* 16. perpetuo exilio *PS. corr. Henninius.* 18. Siciliam *Henninius.* insulam *s.* 19. iterum. *C. Barth, quo alteram obseruationem indicari putat.* 21. pro ea *PS.* propterea poeta *C. Barth Ouidium intellegens.*

161. NVLLANE. hoc ex persona dicentis cuiuslibet. id est, nulla feminarum placet?

163. PORTICIBVS. nobili familia. id est, cuius aui triumphantes in imaginibus picti sunt et positi in porticibus.

164. CRINIBVS EFFVSIS. sit castior Sabinis, quae foedera inter Tatium et Romulum fecerunt. id est, quae inter Romanos olim suosque parentes contractum bellum propter ipsarum raptum interuentu suo dirimerunt, ostendendo illis filios suos, his nepotes.

165. RARA AVIS IN TERRIS. id est, quemadmodum difficile inuenitur niger cygnus, sic et talis uxor inueniri non potest.

167. MALO VENVSINAM. magis pauperem uolo uxorem, quam nobilem et superbam, quae pro dote facta parentum et triumphos inputet.

170. SIPHACEM. maritus superbae et nobilis [ait].

172. PARCE PRECOR. [173. FACIVNT]. committunt. ut Lucanus [II, 108]: ‘crimine quo parui caedem potuere mereri?

174. ANPHION CLAMAT. Anphion Niobes fuit maritus. horum filios Apollo et Diana, quia se his praeferrent, interemerunt sagittis.

175. EXTVLIT ERGO G. bene dixit greges, quia plures fuerunt et diuersi sexus, id est, septem masculi et septem feminae.

177. ATQVE EADEM SC. lusit. fecunda, tamquam scrofa alba Troianorum, quae uisa est Aeneae cum triginta fetibus.

179. IMPVTET. praeferat.

180. NVLLA BONI. id est, huius boni rara est uoluptas aut nulla, quotiens uitiato animo semper se praeferat tibi.

6. quod *PS.* quae *s.* 9. filios hostis *PS.* filios his *s.* 16. nobili *PS. corr. c.* 17. conmicturum *PS. corr. Rutgers uarr. lectt. I,* 16. commiserunt *s.* 19. iouis *PS.* Niobes *o.* 20. proferrent *PS. corr. o.* 25. lusit de Virgilio id est fecunda *s.*

181. PLVS ALOES. plus amaritudinis ex superbia quam dulcedinis ex castitate.

182. VSQVE ADEO EST. quis enim ita subiectus est, ut eam, quam per momenta laudat, odio non habeat?

184. QVAEDAM PARVA. aliquanta uitia mulierum minima sunt quidem, sed molesta maritis.

186. FORMOSAM NISI. aliter se non putat uideri posse formosam, nisi Graece loquatur tamquam Atheniensis, cum sit Tusca.

187. DE SVLMONENSI. ciuitas Tusciae.

188. CVM SIT TVRPE MAGIS. cum turpe sit illis, quod Latine necdum habuerint.

190. HOC CVNCTA EF. Graeco. [SECRETA]. amare se dicunt.

191. CONCVMBVNT GRAECE. quid amplius? etiam in lectulis Graece loquuntur.

192. TVNC ETIAM. licet turpe sit, tamen puellis hoc concedendum est; tu autem, quae octoginta uel eo amplius annis pulsaris, adhuc Graece uis loqui, tamquam puella?

PVLSAT ADHVC GRAECE. signum est inpudicae mulieris, quae cum sit senex alienam linguam uult imitari.

195. *ZΩH KAI ΨYXH.* quibus sermonibus Graece mulieres in concubitu solent blandiri.

196. VTERIS IN TVRBA. etiam in publico haec uerba loqueris, quae intra domum tuam. NON EXCITET INGVEN. ita potest excitari ad libidinem uir audiens talia uerba tamquam si manu palpetur.

198. SVBSIDANT PINNAE. pinnae aut metafora, quia uetulae hiacessant.

4. quae semper momenta ***PS***. quam saepe per momenta *o*. 5. minime ***PS***. *corr. c*. 8. Athenienses ***PS***. *corr. s*. 28. autem ***Rutgers*** *uarr. lectt. I*, 16. 29. flaccescant ***Rutgers***. amari cessant ***C. Barth***. marcescant ***Schurtzfleisch***. hiare cessant *f*.

199. QVAMQVAM ET CARPHOPORO. nomen scenici effeminati siue strionis. [ANNOS]. longam aetatem.

200. TABELLIS. dotalibus.

201. NON ES AMATVRVS. si non potest inter uos esse concordia, ex superfluo uis dulcia gratis perdere.

203. LABENTE OFFICIO. discedentibus pransoribus, qui officii causa conueniunt. solebant enim antea per nuptias recedentibus dulcia erogari pro apoforetis. CRVDIS. saturis, indigestis.

204. CVM LANCE BEATA. ampla aut plena.

205. GERMANICVS AVRO. solidi ita signati, qui pro uirginitate deposita nouae nuptae donantur.

206. SI TIBI SIMPLICITAS. si enim paratus es ad uxorem ducendam, para te, ut subeas seruitium deposita libertate.

208. FERRE IVGVM N. I. numquam uxor parcit marito.

209. ARDEAT IPSA LICET. quantumuis amet mulier, tamen poenis eius delectatur admodum, quem amat.

210. ET SPOLIIS IGITVR. quia spoliat eum poscendo.

211. OPTANDVSQVE MARITVS. non potest bonae uitae esse mulier, quae marito suo gratias aget. nec dubium est enim illam pro sua uoluntate agere quicquid uelit. (212. NIL VMQVAM INVITA.) hic nam maxime ab uxore contemnitur.

213. HAC OPSTANTE. id est, omnia cum uoluntate uxoris facturus es.

214. EXCLVDATVR AMICVS. quem illa uoluerit.

215. IAM SENIOR. ab ineunte aetate qui iam amicitiis tuis inhaeserat.

215. TVA IANVA VIDIT. intra domum tuam barbam adtulit.

216. TESTANDI CVM SIT. cum omnibus liceat testamentum facere, tibi non licebit.

2. longam aetatem *post* PINNAE *ponunt PS. monuit c.* 5. ex superfluo sit *s.* 7. post *c.* 8. erogare *PS. corr. Schreuelius.* pro upoferetris *PS. corr. p.* 26. qui iam] quia *PS.*

218. DICTABITVR HERES. illius adulteros facies heredes, illa summittente quos uoluerit.

219. PONE CRVCEM SERVO. cum uoluerit seruum occidere, causam non quaerit.

220. QVIS TESTIS ADEST. id est, si interrogaueris eam: 'ob quam causam seruum occidis, aut quo deferente?' hoc tibi respondet: 'de nece ingenui nulla est dubitatio; an de serui morte causa quaerenda est?'

222. NVLLA VMQVAM. illa dicit tibi.

223. HOC VOLO SIC IVBEO. nihil peccauerit: sic mihi placet. pro culpa mortis uoluntas mea habenda est.

224. HAEC REGNA RELINQVIT. repudiat uirum.

225. PER MVLTAQVE DOMOS ET FLAMMEA. flammea genus amicti, quo se cooperiunt mulieres die nupciarum. est enim sanguineum propter pudorem custodiendum. CONTERIT INDE. exterit saepe nubendo.

226. REPETIT VESTIGIA LECTI. a secundo marito iterum priorem repetit.

227. FORES. introitus.

228. IN LIMINE RAMOS. quibus per nuptias domus ornantur.

230. DIGNA SEPVLCHRI. ut hoc sepulchro eius inscribatur, quod in quinquennio octo maritos habuit, et omnes reliquit.

231. DESPERANDA TIBI S. C. S. uiuente socru tua numquam cum uxore pacem es habiturus.

232. ILLA DOCET SPOLIIS. socrus monet ut te expoliet.

233. A CORRVPTORE TABELLIS. haec filiam suam lenat et docet eam moechis suis caute rescribere.

235. TVNC CORPORE SANO. simulat aegritudinem socrus, ut habeat facultatem ad se filia ueniendi causa adulterii.

236. ADVOCAT ARCHIGENEN. medicum magnum illius tem-

9. ille *PS. corr. c.* 10. peccauit *PS. corr. s.* 13. PERMVLTATQVE *P.* 15. ruborem *PS. corr. o.*

poris. ONEROSATQVE PALLIA IACTAT. a calore se discooperit.

237. SECRETVS ADVLTER. pro medico intrat adulter.

238. INPATIENSQVE MORA. hoc est, metuit et manu sua penem fricat sibi.

240. ATQVE ALIOS MORES. malos mores et turpes, quos ipsa habet.

241. PRODVCERE TVRPEM. meretricem.

242. IN QVA NON FEMINA LITEM. uxor cum marito litigat.

243. MOVERIT ACCVSAT. ipsa ultro accusat, si non accusatur, hoc agens scilicet, dum a foro non discedat. MANILIA. nomen mulieris.

244. FORMANTQVE LIBELLOS. ipsae sibi dictant libellos et componunt, non aduocati.

245. CELSO DICTARE PARATAE. oratori illius temporis, qui septem libros institutionum scriptos reliquit.

247. VVLNERA PALI. de palo pugnantium habitu gladiatorum.

248. QVEM CAVAT ADSIDVIS. ferit ictibus. [SVDIBVS] hoc est ferulis in meditatione pugnandi. SCVTOQVE LACESSIT. obtundendo illum.

249. ATQVE OMNES IMPLET N. hoc est, uniuersa efficit dictata, uel tantum curat in exercitio quantum gladiator.

250. FLORALI. meretrices nam Floralibus ludis armis certabant gladiatoriis atque pugnabant. TVBA NISI SI QVID IN ILLO. tuba, qua committuntur ludi Florales, in quibus meretrices nudatis corporibus per uarias artes ludendi discurrunt. nam a Flora meretrice instituti sunt in honorem Florae deae, quae floribus praeest. ludi sunt impudici.

251. PECTORE PLVS AGITET. nam uere uult esse gladiatrix, quae meretrix.

3. '*hic uersiculus in quibusdam codicibus non est, inquit Probus.*'

V. 10. discedat *S.* discedit *P.* 14. prioris *C. Barth.* 18—20. fert ictibus ferulis hoc est obtundendo illum. scutoque lacessit. in meditatione pugnandi ferulis *PS.* 22. ut *PS.* currat *PS. corr. Lipsius ad Senec. de ben. VII,* 1. 26. ludendo *Henninius.*

252. GALEATA PVDOREM. id est, si nudo uultu pudorem non capit, cooperta quando erubescat?

253. QVAE FVGIT A SEXV. quae deserit sexum muliebrem.

254. QVANTVLA NOSTRA VOLVPTAS. id est una untia est libidinis in masculis, et undecim in feminis.

255. AVCTIO FIAT. fit nam et priuatim auctio. (258. PROELIA TV FELIX). [AVCTIO.] illius scilicet quae studiosa pugnandi est. si in auctione uxoris uenient arma gladiatoria *ποταπὴ ἀσχημοσύνη*.

256. BALTEVS ET MANICAE. reciarii scilicet si personam aut officium susceperit.

257. DIVERSA MOVEBIT. retia, manicae et [cetera] gladiatorum strumenta.

258. OCREAS. quas reciarii aut secutores habent.

259. CYCLADE. genus uestimenti.

260. BOMBYCINVS VRIT. sericus. id est, etiam sericis uestibus grauatur.

261. ASPICE QVO FREMITV. cum quo sonitu ea, quae illi ostenduntur, implet. MONSTRATOS. a campidoctore.

263. POPLITIBVS SEDEAT. super poplites suos sedit. quod dicitur sedere et surgere. FASCEA LIBRO. uolumen in specie libri, id est longa fascea.

264. ET RIDE POSITIS SCAPHIVM. et cum posuerit arma post meditationem et ut ceperit uas, ut bibat, ridet.

265. CECIVE METELLI. nomina nobilium.

266. HOS HABITVS. quando hoc habitu uisa est uxor gladiatoris?

267. Asylus, nomen gladiatoris.

268. SEMPER HABET LITES. in eodem lectulo, in quo cum uxore dormitur, assiduae sunt lites.

270. TVNC ORBA TIGRIDE PEIOR. peior et ferocior est tigride ea, quae filios cum perdiderit, plus insanit.

5. unciae decem *h*. 8. ueneant *Henninius*. 32. ipsa *s*.

271. OCCVLTI CONSCIA FACTI. quando sibi est criminis conscia, tunc blanditur aut fingit fletus, dicens se a marito odiri et aliam eum amare; tunc et filios persequitur.

274. IN STATIONE SVA. metafora a militibus. IN STATIONE. quoniam milites semper ad ambulandum parati sunt, quacumque illis hora iubeatur.

275. QVO IVBEAT MANARE. id est, ita habent paratas lacrimas mulieres, ut quemadmodum iubeant sic currant, rare ac multum.

276. TV TIBI TVNC VRVCA. Vruca mimologi stupidi nomen. finxit, quia ferme, quasi frequenter fallit, cum magis et personam mariti. uel, ut alii dicunt, genus est animalis foedi spinosi, ut ericius. uruca autem est proprie illud quod in faba nascitur, uel gurgulio.

278. SI TIBI ZELOTIPE. exclamatio. quasi pudice, ita zelotipe.

279. SED IACET IN SERVI. liberti, qui ad hanc uenerit libertatem.

280. QVINTILIANE COLOREM. Quintilianus orator egregius illo tempore. ergo quasi ad ipsum loquitur: 'dic orator colorem ad defensionem huius causae.'

281. HEREMVS DIC I. tamquam orator responderit. CONVENERAT INQVIT. mulier suum crimen defendit.

282. VT FACERES TV. ita inter nos placati, ut quisque pro uoluntate sua, quod uelit, faciat.

284. CONFVNDAS HOMO SVM. nata sum ut peccem.

285. DEPRENSIS IRAM A. ANI. id est, quantum ingentis est crimen, quod admittitur, tanto deprehensae maiorem induunt ad defendendum audaciam.

11. quia feminas frequenter *Eremita*. quem femina sua sic frequenter fallit *C. Barth*. qui a femina sua sic frequenter fallitur *Schurtzfleisch*. cum agit *p*. cum imaginet *Eremita*. cum magistrat *C. Barth*. cum asciscit *Schurtzfleisch*. 14. ut *PS*. 22. desponderit *s*. ingens *PS*. 28. deprehenso *PS. corr. p*. induuntur *PS. corr. p*.

287. HVMILIS FORTVNA. paupertas antiqua castas cogebat esse mulieres. nunc diuitiae et luxuriae inpudicas faciunt.

289. TECTA LABOR. labor nam custos est castitatis.

291. HANNIBAL. adsidua bella Hannibalis. COLLINO. monte, uel porta.

293. VLCISCITVR ORBEM. orbem, quem nos subegimus, lasciuitas, quae nos inuasit, defendit.

295. PAVPERTAS ROMANA. omnia crimina habundauerunt auaritia crescente et paupertate abiecta.

296. ET SYBARIS COLLES. et Sibarim, ciuitatem in Italia, Filoctetae comites condiderunt. quae urbs postea in tantum prolapsa est in omni obprobio continua felicitate, ut nomen ad significationem inpudicitiae significare uideatur. similiter Rhodos et Miletos luxuria diffluunt, in Grecia ciuitates.

297. [TARENTVM]** in Italia uituperentur. PETVLANS autem dicit, quia aduersum Romanos bellum saepe mouerunt et se Pyrro sociarunt. CORONATVM. in conuiuiis, siue fluxum.

298. OBSCENA PECVNIA MORES. quia ore obsceno sunt. Horatius [epod. 8, 19] de huiusmodi feminis: 'quia ut super uoces ab inguine ore adlaborandum est tibi.'

299. SECVLA LVXV. turpis luxuria saecula dissipat.

300. DIVITIAE MOLLES. diuitiae debilitauerunt. (301. DISCRIMINA N.) [EBRIA CVRAT]. id est, ebrietas nihil honestum considerat.

301. INGVINIS ET CAPITIS. distantiam capitis et uirilium nescit ebrietas.

5. ut *PS. corr. s.* 10. in Italiae *PS. corr. p.* 11. postea mutata *Eremita.* 12. perlapsa *PS. corr. p.* omne probrum *p.* 13. sufficere *Schurtzfleisch.* singulare *s.* 14. defluunt *PS.* 16. *uidentur excidisse quaedam quae ad Tarentum spectarent.* 19. MADIDVM. fluxum *p.* 21. 'quod ut superbo prouoces' *Horatius.* 27. distantia *PS. corr. o.* 28. ne sit *PS. corr. o.*

303. CVM PERFVSA MERO. cum extra mensuram ad ebrietatem bibitur.

304. CVM BIBITVR CONCHA. non calicibus.

305. MENSA LVCERNIS. sic enim ebriis hominibus omnia uidentur.

306. INVNGVET D. Q. S. reuocato naribus spiritu insultet ebria, ac per hoc ronchos ducat.

308. MAVRA PVDICITIAE. quomodo facit Maura adulterium. MAVRA. nomen mulieris deridentis Pudicitiam.

309. NOCTIBVS H. P. L. M. apud Pudicitiam concumbunt et urinam faciunt.

310. EFFIGIEMQVE D. L. S. iactationibus luteis.

311. AC LVNA TESTE MOVENTVR. nocte, per lunam.

312. INDE DOMOS ABEVNT. inde ad suas domos reuertuntur. tu enim cum mane processeris, lutum calcas uxoris tuae.

313. MAGNOS VISVRVS AMICOS. eos qui ad templum ueniunt.

314. NOTA BONAE SECRETA. templum, ubi intrauit Clodius pro psaltria, et cum uxore pontificis concubuit. (ROTANT VLVLANTQVE PRIAPI.) [TIBIA LVMBOS] ibi nam saltat matrona cum tibia.

316. PRIAPI. id est, non Liberi patris Bacchae, sed Priapi.

320. AVT FETA CORONA. sacerdotis nomen. aut certe 'Saufeia.'

321. PRAEMIA COXAE. ad certamen facit crisare.

322. IPSA MEDVLLINAE. nomen est. FLVCTVM CRISAN-

10. Pudicitiae aram *C. Barth.* 12. lotii *Schreuelius.* 15. lotium *Schreuelius.* 20. saltria *PS. corr. p.* 25. aut cer Saufeiae *ad u.* 322 *ponunt PS.* 27. *'legitur a Probo 'pernae' ut praemio perna data sit.' V.* 28. *'duae, inquit Probus, Medulinae eodem fuerunt tempore, ex quibus unam Valerio Claudio nuptam fuisse ait, alteram Neroni. priorem notam omnibus probris, quam hic significat, posteriorem famae honestioris.' V.*

TIS ADORAT. id est, habet potiorem in obscenis motibus. [FLVCTVM.] motum siue sinum.

323. PALMA INTER DOMINAS. uirtutis obscenae palma aequat in nobilitate dominas siue ancillas. natales doctrinae cedent.

324. NIL IBI PER LVDVM. nil ibi per iocos faciunt, sed uere.

326. LAOMEDONTIADES ET NESTORIS. tanta lasciuitas efficitur et dissolutio, ut etiam senes moueri possint.

327. TVNC PRVRIGO MORAE. libidine inpatiens.

328. CLAMOR AB ANTRO. clamauerunt simul omnes.

329. SI IAM DORMIT ADVLTER. exspectatus si adulter dormitat, quemadmodum cumque ad stuprum uocatur.

330. ILLA IVBET SVMPTO IV. accepto cucullo uenire.

331. SI NIHIL EST SERVIS INCVRRITVR. si non inuenitur adulter, cum seruis concumbunt.

332. CONDVCTVS AQVARIVS HIC SI. id est, si non fuerit seruus, aquarius uocatur.

334. SVMMITTAT ASELLO. si homines defuerint, animalibus se supponunt.

335. ET PVBLICA SALTEM. quia habebant et priuati sua sacra antea.

337. PSALTRIA PENEM. de psaltria, id est de Clodio dicit. dicit autem Iuuenalis de Clodio, qui templum bonae deae ingressus habitu psaltriae adulterium admisit.

338. MAIOREM QVAM SVNT DVO CAESARES A. C. Caesar bello ciuili, cognita Catonis morte, cuius uirtutem dialogo

2. FLVCTVM *add. s.* ‘*crissari mulierum, ceuere uirorum est. hinc ceuentes, ut ait Probus, molles et obsceni appellantur.*’ *V. cf. II,* 21. 3. palmae ***PS.*** *corr. s.* 4. doctrina cedentes ***PS.*** ancillis natalium claritatem concedit *s.* 6. fiunt ***PS.*** *corr. s.* 12. exspectans ***PS.*** *corr. s.* 13. dormit, alium quemcumque uocant *s.* 14. accepta cuculla ***PS.*** 20. opponunt ***PS.*** 22. sacra bonae deae *Schurtzfleisch.* 24. dicit — admisit *ad u.* 338 *post* ‘inscripsit’ *ponunt* ***PS.***

illo, cui inscribsit Cato, Cicero etiam laudauit, libros duos famosissimos in uitam Catonis edidit, quos Anticatones inscripsit.

339. ILLVD TESTICVLIS SIBI C. SC. I. D. F. M. ad templum, ubi non est fas intrare nec murem masculum.

341. INTVLERIT VBI VELARI P. id est, nec picturam masculini sexus ibi licet esse.

342. ET QVIS TVNC HOMINVM C. illo tempore nemo contemnebat deos.

343. [SIMPVVIVM]. uas sacrificio aptum. SIMPVLVM RIDERE NVMAE NIGRVMQVE. simpuuium uas sacrificiis aptum, in quo pontifices libare solebant. simpuuium autem, quia omnes sacerdotes simul bibebant. inde simpuuiatrix illa dicitur, quae porrigit poculum ipsud.

345. CLODIVS ARAS. pro Clodius. dicebant nam per communionem, ut Clodius et Claudius, ut cotes et cautes, ut auriga atque origa.

347. PONE SERAM. ianuae serram, id est, include uxorem.

348. CVSTODES C. hoc est, ut sibi conscios custodes faciant, ne ab ipsis deferantur. hoc agunt, ut et ipsos turpitudine libidinis suae adstringant et conscios faciant. ET AB ILLIS INCIPIT VXOR. ‘qui nunc lasciuae furta puellae hac mercede silent: crimen commune tacetur.’

349. MINIMISQVE LIBIDO. una libido est et diuitibus mulieribus et pauperibus.

1. qui inscribsit *PS.* qui inscribitur *p.* 7. ipse *PS.* esse *c.* conspici *s.* 8. contendebat diis *PS. corr. c. cf. Beier ad Cic. frr. orr. p.* 74. 10. SIMPVVIVM *add. o.* 12. lauare *PS. corr. Rubenius clectt. II,* 8. 13. ‘*ipsa autem quae uas porrigit, ut inquit Probus, Sympiniatrix dicebatur.*’ *V.* inde et simpuniatrix ancilla *s.* 15. ‘*Probus autem legit*: sed non ad quas nunc lodius aras, *ut habitu ludionis ad aras accedi dicat, ut sit* lodius *pro* ludius.’ *V.* *schol. legisse* Claudius *monuit Rutgers uarr. lectt. II,* 17. licet *PS. corr. s.* 16. et Clodius *s.* 17. atque] qui *PS.* et *p.*

350. CONTERIT ATRVM. quae pedibus suis ambulat.

351. VEHITVR. id est in lectica, ut Cicero: 'nam, ut mos est, lectica ad forum ferebant.' CERVICE SYRORVM. seruorum. uerbo usus est comico. nam antiquitus seruis nomina ex gentibus suis ponebantur, ut apud Terentium frequenter legimus.

352. VT SPECTET LVDOS C. D. G. [OGVLNIA] nomen mulieris, quae conducebat sibi ornatum et sic ibat ad spectaculum.

353. CONDVCIT COMITES. ancillas, quae ipsam sequuntur.

354. NVTRICEM ET FLAVAM. puellam minorem, per quam adulteris suis mandet.

356. ET VASA NOVISSIMA DONAT. conferunt res parentum illis quos amant.

357. MVLTIS RES ANGVSTA. pauperes sunt. SED NVLLA PVDOREM. etsi pauperes sunt, non erubescunt, sed amant.

358. NEC SE METITVR AD ILLVM. non se agnoscit et continet.

360. PROSPICIVNT ALIQVANDO V. F. F. nam uiri considerant se et suam paupertatem dispositione utili gubernant.

(361. FORMICA TANDEM) [FRIGVS] et uitam et uestem.

362. FEMINA CENSVM. nam mulieres patrimonium minuere non considerant, sed ita secum habent, tamquam si renascatur pecunia in eodem loco unde tollunt, aut cumulum plenum semper inueniant.

366. SVNT QVAS EVNVCHI. inutiles ad concubitum. [Vergilius georg. III, 98]: 'et si quando ad proelia uentum est, ut quondam stipulis magnus nam uiribus ignis incassum fu-

2. 'δίφρον *significat, inquit Probus. apud Bithynos autem usus lecticae inuentus est.' V.* *Cic. Verr. V,* 11, 27 *respici putant, cf. adn. sch. I,* 121. 3. lecticam *S.* 10. sequantur *s.* 20. sed et *PS. corr. o.* 21. uictum *Henninius.* 25. 'reputant. *sed hic uersus in quibusdam non est, ut inquit Probus.' V.* 26. *Vergilii locum indicauit V. cf. H. Peerlkamp ad Hor. carm. p.* 40 *sq.* 28. in stipulis magnus sine uiribus *Verg.*

rit.' Horatius [carm. I, 6, 17]: 'non proelia uirginum sectis in iuuenes unguibus acrium.'

368. ET QVOD ABORTIVO. id est, poculum faciens abortum non est necessarium, quando eunuchis concumbitur.

370. INGVINA TRADVNTVR. tunc faciunt eunuchos, quando iam pubuerint et penem maiorem ferant, ut licet leuis sit tamen idoneus ad concubitum.

373. TVNSORIS DAMNO. ad illos retulit, qui non habent barbam et in concubitu uiri sunt. HELIODORVS. medicus illius temporis.

375. CVSTODEM VITIS ET ORTI. Priapum amplitudine penis sui prouocat.

378. BROMIVM COMMITTERE NOLI. puerum efoebum et comatum non committes eunucho.

379. NVLLIVS FIBVLA DVRAT. fibulam dicit circellos, quos tragoedi siue comoedi in penem habent, ut coitum non faciant, ne uocem perdant.

380. ORGANA SEMPER. organa dicit citharas eorum quos amant.

381. IN MANIBVS DENSI RADIANT. fulgent gemmae, quibus ornant citharas suas citaredi. [SARDONYCHES]. id est, sardae et onyches, nomina gemmarum.

382. SARDONYCHES CRISPO PVLSANTI. eburno scilicet pectine, qui crispet et agitet cordas. aut scutulato et pulcro.

383. QVO TENER HEDYMELES. hic citharoedus fuit. TENER autem ad aetatem retulit.

385. QVAEDAM DE NVMERO LAMIARVM. id est, nobilis. In aliis [IIII, 154] enim Lamias nobiles dixit.

386. AC NOMINIS AP. Appiam significat.

6. leues sint *s.* 7. idonei *s.* 9. at *c.* nec *Hildebrand ad Apul. I. p.* 114. tamen uiri *s.* 11. in amplitudine *PS.* 16. pene *s.* 21. SARDONYCHES *add. s.* sardi *PS. corr. s.* 24. pulorbo *S.* 29. Appia *PS.* Appias *p.*

387. AN CAPITOLINAM. Olympiam coronam. id est, sacrificabat nobilis matrona, utrum citharoedus Pollio, eius amatus, in agone Capitolino coronam accipere posset. POLLIO QVERCVM. coronam dicit. inde enim solebant coronari.

389. EGROTANTE VIRO M. quid amplius erat factura, si de salute uiri sui consuleret aegrotantis siue de filii.

391. DICTATAQVE VERBA. id est a sacerdote, siue aruspice.

392. PERTVLIT. ad deos scilicet, secundum consuetudinem. PALLVIT (AGNA.) de eo sollicita, uel de responso, an ille coronam possit consequi. [AGNA]. exta intuendo.

394. RESPONDES. ἀποστροφὴ ad deos. his de scilicet rebus responsa datis? MAGNA OTIA CAELI. otiosi estis in caelo et nihil agitis, si de talibus rebus respondetis.

397. COMMENDARE VOLET. pro tragoedo orat. VARICOSVS FIET ARVSPEX. id est, dum consulit deos aut exta consulit, multum stando uaricosus efficitur. aut certe tantae inpudentiae sunt in inspiciendis extis, ut uaricosi aruspicis doctior uideatur.

398. SED CANTET POTIVS. sed potius est illam cantando delinquere, quam nimium sapere et uagari per ciuitatem.

399. AVDAX ET COETVS POSSIT. imitari eam res uiriles et colloquiis interesse.

401. IPSA LOQVI. [400. PALVDATIS]. euntibus ad militiam, clamidatis scilicet. Sallustius: 'togam paludamento mutauit.'

401. RECTA FACIE. non erubescet. SICCISQVE MAMILLIS. adhuc extantibus mamillis siccis.

1. 'apiano, *inquit Probus. an Capitolinam significat, quam de rebus honestissimis primum consulebat.*' *V.* 3. possit *PS. corr. p.* 14. de *om. PS.* 17. tantum *Henninius.* patientiae *c.* 18. sunt in] sumi it *S.* sumit *P.* fuit in *Eremita.* uaricoso aruspice *Henninius h.* 19. durior *h.* doctor *Eremita. Martini lex. phil. II, p.*797. '*potest, inquit Probus, nomen esse abiecti cuiuspiam.*' *V.* 22. eas *PS. corr. s.* 25. sallos eius *SP. corr.* 2 *m.* 26. erubescente *s.* 26. '*in aliis* siccis *legitur itaque legit Probus ac interpretatur siccis adhuc extantibus uel sine sudore.*' *V.*

402. HAEC EADEM NOVIT. talis mulier, quae se uirorum conuersationibus inserit.

403. QVID SERES. Galliarum gentes, aut Scytae. SECRETA NOVERCAE. quid nouerca cum priuigno suo agat.

404. DIRIPIATVR ADVLTER. quis adulterorum amet quisue ad poenam raptus sit.

405. DICET, QVIS VIDVAM. nomina singulorum.

407. PARTHOQVE COMETEM. huius stellae ortus magnum regibus portendit exitium. denique testis est Lucanus [I, 529]: 'et terris magnum adstare cometem'. latine autem haec stella cincinnata dicitur.

409. EXCIPIT AD PORTAS. si noua non audierit, quae loquatur, ipsa confingit. NIMPHATEM. nomen fluuii.

411. DILVVIO. inundasse Armeniae fluuium. SVBSIDERE TERRAS. terre motum fieri.

412. QVOCVMQVE IN TRIVIO. per omnes plateas quibuscumque occurrerit narrat.

414. VICINOS HVMILES. pauperes uicinos rogata loris caedit, ceterum irata fustibus.

415. LATRATIBVS ALTI. si canes latrauerint in uicinia.

417. ADFERTE ATQVE ILLIS DOMINVM. id est, si ex latratu canum experrecta fuerit, irata iubet et canem et dominum rapi, tum fustes adferri, quibus crudelitatem suam in utrumque exercet.

418. DEINDE CANEM. GRAVIS. in occursu et in uisione terribilis. ut Virgilius [Aen. III, 621]: 'nec uisu facilis.'

419. ET CASTRA MOVERI [CONCHAS]. instrumenta balnearia.

421. BRACHIA MASSA. halteras dicit, quibus utuntur athletae, cum exercentur. quasi plumbeis ponderibus exerceatur sic dicit 'lassata brachia massa.'

5. qui *PS.* 6. est *PS.* 10. mutantem *Luc.* 19. caedit herum *s.* caesura *Schurtzfleisch.* caedendo *uel* clamando *c.* 22. experta *PS. corr. p.* 23. tum] ita *PS.* atque *s.* 24. in *om. PS. add. c.* 28. arteras *PS. corr. p.*

423. EXCLAMARE COEGIT. non cogit exclamare, quod ferierit. illa non exclamat, sed patienter tolerat.

426. OENOPHORVM. [425. VRGVENTVR]. exspectantes dicit, dum uenerit e balneis. OENOPHORVM prendit, quod urnam capit, et sic bibit.

427. ADMOTVM PEDIBVS. ad pedes accipit. id est, ante pedes.

428. DVCITVR. bibit, ut digerat.

429. FERIT INTESTINO. cum coepit ebria reicere.

430. MARMORIBVS. in triclinio marmoreo. AVRATA FALERNVM. id est, flumina uini currunt illa uomente.

432. DECIDERIT SERPENS. ita post uomitum bibit, tamquam serpens, quando in doleum uini ceciderit, bibendo uomit et uomendo denuo bibit.

434. ILLA TAMEN GRAVIOR. Statiliam Messalinam insectatur, quae post quattuor matrimonia diuerso exitu soluta postremo Neroni nupsit. post quem interemptum et opibus et forma et ingenio plurimum uiguit. consectata est usum eloquentiae usque ad studium declamandi. illo tempore duae Messalinae fuerunt, haec et Valeria, de qua Claudius Britannicum filium sustulit.

435. LAVDAT VERGILIVM. P. dicit miseram quae perit.

436. COMMITTIT VATES. disputat de auctoribus.

437. IN TRVTINA. id est in iudicio.

438. CEDVNT GRAMMATICI. et grammatici et oratores cesserunt.

440. ALTERA NEC MVLIER. tantum sola loquitur et clamat.

443. SVCCVRRERE LVNAE. sonitu, fieri ut adsolet, quando luna deficit.

1. natem cogit *C. Barth.* cunnum *Schurtzfleisch.* fecerit ***PS.*** ***corr.*** *C. Barth.* 3. VRGVENTVR *add. s.* 4. cum ***PS.*** ***corr. s.*** 9. coeperit *s.* 15. sectat ***PS.*** ***corr. s.*** 23. altioribus ***PS.*** 28. sonitum ***P.***

444. INPONIT FINEM SAPIENS. ET. etiam honestis rebus inponit finem sapiens. adde, quod et turpibus. alii dicunt, etiam philosophiam tractat.

445. NAM QVE DOCTA NIMIS. nam doctae mulieres eloquentes quoque iudicari uolunt.

446. SVCCINGERE DEBET. hoc est accipere debet uirilem habitum et cingi, ut uir.

447. CAEDERE SILVANO PORCVM. quia Siluano mulieres non licet sacrificare.

450. TORQVEAT ENTYMEMA. syllogismum non sciat uxor tua. NEC HISTORIAS SCIAT OMNES. non multos auctores legat.

451. SED QVAEDAM EX LIBRIS. legere tantum sciat.

452. PALAEMONIS ARTEM. grammatici, magistri Quintiliani oratoris.

453. SERVATA SEMPER. id est, sine uitio loqui. LEGE. analogia.

454. TENET ANTIQVARIA VERSVS. id est, quae antiquitatem tenet et ut antiquarius uersus dicit.

455. NEC CVRANDA. quae uiri neglegunt. [OPICAE] CASTIGAT. inperitae, male pronunciantis.

456. VERBA S. id est, ante quam uitiose maritus suus loqui non potest. nam statim eum reprehendit, quod magnae est inuerecundiae.

457. NIL NON P. omnia permittit. nam duo negatiui unum confirmatiuum faciunt. TVRPE P. id est, omnia facit, nil turpe esse putat.

458. CVM VIRIDES G. monilia sibi circa collum miserit. [VIRIDES] prasinae.

459. COMMISIT EL. commisit uniones, margaritas oblongas.

1. etiam et *PS. quod transposui.* 5. indicari *PS. corr. c.* 8. mulieribus *s.* 18. cuius sint uersus *C. Barth e libro antiquo.* 21. antequam uitiosae *PS. corr. o.* 23. uerecundiae *PS. corr. s.* 29. EL. communiones *PS.* ‘*commisit, comparauit elenchos quos magnarum gemmarum gerebant matronae, quos et titulatos* [tutulatos *Pignorius de seruis p.* 411] *appellabant, inquit Probus.*’ *V.*

460. INTOLERABILIVS. nil tam molestum est, quam uxor ditior quam maritus.

462. PANE TVM. medicamen ad tendendam faciem, aut cutem magis. POPPEANA. Poppea, uxor Neronis, adeo diligens in excolenda forma fuit, ut eam quinquaginta asinae sequerentur missam in exilio, quarum lacte candorem corporis prouocabat. earum natura fucata est. decessit calce a Nerone percussa. medicaminis ipsius autem nomen Iuuenalis Poppeana dixit, quasi ab illa inuentum sit.

464. AD MOECHVM L. adulteris suis semper ornatae uolunt uideri, ut placeant.

465. VVLT. F. M. S. D. M. F. unguenta foliis plena uel aliis aromatibus.

466. HIC MITTITIS I. quicquid huc odorum mittitis, propter ipsos comparatur.

467. TANDEM. remotis medicaminibus ad suam formam redit. PRIMA R. quibus tegit faciem suam.

468. LACTE F. id est lacte asinino faciem linit, ut cutem tendat et candorem eliciat.

469. SEDVCIT A. si in exilium mittatur, ducit.

470. EXVL HYPER. etsi ad exilium mittatur ad plagam septentrionalem.

472. SILIGINIS OFFAS. candidi panis.

473. ACCIPITE F. id est, facies non debet illa dici, sed uulnus, ad cuius inpendia tanta ex pani et aliis rebus cataplasmata facit.

474. COGNOSCERE TOTO. magna res est posse indiscere. operae pretium est nosse, quid agant tota die. NOCTE M.

4. Pompea *PS. corr. p.* 5. excolendo *PS. corr. p.* quingentae *Reimarus ad Cass. Dion. LXII*, 28. 6. exilium *p.* solium *Reimarus.* sequerentur quarum lacte misso in solium candorem corporis procurabat *h.* 7. ea nam liniatura *Schurtzfleisch.* 24. se *PS. corr. c.* 25. cuius curationem *c.* cataplasma *PS. corr. c.*

475. QVID FACIANT A. D. [AVERSVS IACVIT] id est libidini ipsius satis non fecerit.

476. PERIT LIBRARIA. lanipendia.

477. COSME. eos dicit, qui ornamentis praesunt, non tamen ornatrices. PONVNT COSMETAE TVNICAS. ut uapulent scilicet. facientibus qui multum dormiunt. VENISSE L. nuntius, aut certe lecticarius, aut gerulus lecticae, quae liburnata est.

478. PENDERE SOMNI. id est, somnus mariti poenas prestat familiae.

480. HIC SCYTICA SVNT. lorus latus, corium non confectum. ANNVA P. id est, salaria quaestionariis siue carnificibus.

482. CONSIDERAT. A. auroclauas uestes miratur.

483. ET CAEDIT L. R. V. D. ratiocinium diurnum accipit in transuersa carta scriptum.

484. INTONET H. [COGNITIONE PERACTA]. quasi in causa disceptauerit.

486. PRAEFECTVRA D. tyrannorum dicit Faleris aut Dionysi. Faleris Agrigentinus, saeuissimus tyrannus, qui sic crudelitates exercebat: missis in aeneum taurum hominibus eos subiecto igne torquebat. de quo Cicero [frr. p. 581] dicit: ‘inclusorum hominum gemitu mugiebat taurus.’ NON MITIOR A. saeuior scilicet ab aula Faleris.

488. ORNARI. id est, pulchrius se disponit ornare. IN HORTIS. ubi solent adulteria committere.

489. AVT ISA. P. apud templum Isidis. SACRARIA LENAE. quia in hortis templorum adulteria committunt.

3. perit — lanipendia *om. S.* 4. COMES. *S.* 5. COSMETAE] tamen et *PS. del. s.* 14. clauatas *p.* auriclauas *Vossius de uit. serm. III,* 4. auriclauias *Schurtzfleisch.* auroclauias *Henninius.* 17. COGNITIONE PERACTA *add. Vs.* 21. missos — homines *p.* 22. eos] et *PS. om. p.*

490. DISPONIT. C. 'disponit' pro componit crines eius. IPSA. ancilla a domina sua lacerata per iram.

491. NVDA VMERO Ps. psecazin graece dicunt, quando minutum siue rarum pluit. ornatrices igitur conponentes rarum ac paruum aquae solent mittere ac uelut psecazin. ergo nominis etymologiam ab arte sumpsit.

492. ALTIOR. si altiorem unum cincinnum fecerit, punitur, ut si crimen admiserit.

495. SI TIBI D. N. T. si tu foeda es et nasuta. ALTERA L. altera conponit crinem, dum illa ceditur.

497. EST IN CONSILIO. lanipendia matris facta ornatrix, quasi magistra.

498. EMERITA Q. C. A. quae non ornatrix est, sed iam quasi emerita cessat.

499. HVIVS E. P. ipsa dat consilium siue disponit ornaturam.

501. AVT ANIMAE. tantum ineunt consilium, quasi non de ornatu agatur, sed de pudoris aut uitae discrimine. CVRA DECORIS. tanta est sollicitudo propter decorem.

502. TOT PREMIT OR. tantum capillorum in ante conponitur.

503. FRONTE V. ante faciem maior uidetur.

504. POST M. qua non sunt capilli satis.

505. BREVIORQVE V. si breuissima statura habetur.

506. NVLLIS ADIVTA C. nullis adiuta rebus.

507. AD OSCVLA P. ad oscula moechi scilicet.

509. DAMNORVM. quae in domo fuerint. VICINA M. tamquam extranea, sic est cum marito.

510. HOC SOLO. in hoc solo proxima est marito, quod amicos ipsius odit, quod uicina non facit.

3. pseucazin *PS. corr. p.* 4. comam ponentes *C. Barth.* comam componentes *s.* 5. paulum *Arntzen de col. com. VII,* 1. pzeucazin *PS.* ψεκάζειν *p.* 6. aethimologiam *PS.* 17. in eum *PS. corr. o.* 20. in altum *s.* 23. quia *o.* 25. adita *PS. corr. s.* 27. fuerunt *p.* 29. hoc proxima solo *PS. corr. s.*

511. ECCE FVRENTIS [RATIONIBVS]. in lumentis et balneariam pecuniam erogando.

512. BELLONE. sacerdotes siue mystae.

513. SEMIVIR. minori dedecori uidetur Gallus, quam barbatus, propter uirilia. REVERENDA M. ideo reuerenda, quia minorem penem habet.

514. GENITALIA T. uirilia sua secuit.

515. IAMPRIDEM CVI. semiuiro. [COHORS.] Gallorum effeminatorum.

516. BVCCA T. sacerdotis habitu. tiara nam galea sacerdotis est, quae per malas ueniens mento subligatur. tyara est, frigium quod dicunt.

517. GRANDE SONAT M. Q. I. S. aestus mensis Septembris.

518. LVSTRAVERIT O. nisi se lustrauerit matrona scilicet.

519. ET XERAM. ut ei donet exerampelinas uestes. DONAVERIT. id est, Gallo.

520. MAGNI DIS. IN. quidquid periculi inminet repentini.

522. HIBERNVM F. G. D. descendat per glaciem in flumen matrona post usum uirilem.

525. TOTVM R. Brutus agrum Tarquini superbi eo eiecto totum Marti consecrauit, unde hodieque campus Martius appellatur.

526. EREPTET. totum campum genuis flexis pertraxit. IVSSERIT Io. [Io,] Inachi fluuii filia, quam Iuppiter stuprauit, et deprehensus a Iunone in uaccam eam transfigurauit, ce-

1. balnearia c. 6. penam *PS. corr. p.* 12. Phrygium quoddam diadema *Schurtzfleisch.* 15. *'xerampellinas. subaudiendum uestes. quae ad usum matronarum, inquit Probus, fuerunt ampellini coloris qui inter coccinum et muriceum medius est. xeron uero siccum significat: itaque xerampelinus color is esse creditur quem lingua uernacula rosam siccam nominamus: idque Probus etiam confirmare uidetur.' V.* 19. *'superbi. subaudiendum Tarquinii. dicit autem, ut inquit Probus, Tarquinium campum hoc est insulam Thyberis.' V.* 20. eo ei totum *PS. corr. s.* eiecti totum *Rutgers uarr. lectt. I*, 16. cognatorum *Schurtzfleisch.* 23. pertransit *s.*

lare uolens scilicet factum. quod Iuno sciens dono eam sibi petit et accepit. quam acceptam Argo custodiendam tradidit. is Argus centum oculos dicitur habuisse, quem Mercurius iussus ab Ioue occidit. hanc igitur Io in tantum persecuta est Iuno, ut per omnem mundum eam minaret. quae cum uenisset errans in partibus Aegypti in Nilum fluuium, lassata coepit orare, prout potuit, requiem malorum. Iuppiter Iunonem flexit, petit, indulsit pelici, et reuersa in suam figuram recepta inter deas Io est. ipsa est dea Isis. inde etiam sacra de Aegypto.

527. IBIT AD AEGYPTI. 'ibit' futuri temporis. id est, uadet, si iussum ei fuerit.

528. A MEROE. ciuitas Aegypti. SPARGAT. ut in templo Isidis spargat.

529. ISIDIS AN. in Martio campo templum Isidis uetustum. OVILI. quia ibi Romulus et pastores adsueuerant pecora pascere. aut regiam dicit Romuli, uel Palatium.

530. CREDIT E. I. D. S. V. M. usque adeo superstitiosa est matrona, ut putet ipsam deam per Gallum loqui.

532. ERGO HIC P. P. S. Q. M. H. ergo hic Gallus magnam mercedem meretur, qui talia inpetrat.

533. QVI GREGE L. C. E. C. sic enim symmystae, quando Osyrim quaerunt.

534. PLANGENTIS P. C. D. A. utrum quod ipse derideat,

3. his *PS.* hic *p.* 4. sub Ioue *PS. corr. p.* 5. mitteret *Henninius. cf. Rutgers uarr. lectt. I,* 13. 7. *s.* Iuppiter Iunonem dilexit petit indulsit *PS.* Iuppiter Io dilexit petitionem indulsit *Eremita.* Iuppiter Iunonem complexus petit indulserit *Schurtzfleisch.* Iuppiter Iunonem complectit, petit, indulsit *c.* Iuppiter Iunonem complexus petiit indulgentiam *s.* Iuppiter Iunonem amplexat, petit indulserit *Hildebrand ad Apul. I. p.* 903. flexit *Haupt.* Io reuersa *Schurtzfleisch.* et Io reuersa *s.* 9. recepta inter deas id est ipsa *PS.* recepta est inter deas et ipsa *p.* 15. templo *PS. corr. p.* 17. uel] ut *PS.* 22. amicti sunt mystae *s.*

an quod aliis se praebeat deridendum. dictus Anubis hic est, qui caput caninum accepit per mysteria.

536. SERVANDISQVE D. quibus debeat obseruare, festis.

538. ET MOVISSE CAPVT. [SERPENS] quae est in templo Isidis mouit caput.

539. ILLIVS L. Isiaci antistitis.

540. ANSERE MAGNO. ut ueniam tantae culpae concedat, ansere placatus.

542. CVM DEDIT. cum Gallus sacerdos ac lustrator abscesserit, Iudaea uenit mulier, quae in aurem susurrando sub obtentu religionis mendicat, scilicet aliquid petit. dixit nam superius [III, 17.], Iudeis ortos datos, quos colentes praestabant pensiones. modo inquit, laborem orti declinantes transferunt se ad deos lucri causa, legem Moysei exponentes. CVM DEDIT I. L. C. P. ideo dixit [III, 18.] 'foenumque supellex', quod his pulmentaria sua et calidam aquam die sabbati seruare consuerunt.

544. INTERPRES LEGVM. [545. INTERNVNTIA CAELI.] quid dii cogitant de hominibus uel disponunt.

1. derodendum *PS. corr. p.* a nobis *PS. corr. p.* 2. quia *p.* 3. secubare *s.* 4. 'cadurco. *membrum mulieris, inquit Probus, intelligitur cum sit membri muliebris uelamen. uel ut alii est instita qua lectus incenditur* [intenditur *p*]: *unde ait Sulpicius* [Sulpitia *p.*]: *ne* [ne me *p*] *cadurcis* [cadurci *Muncker ad Fulgent. I. p.* 598] *restitutis* [destitutam *p*] *fasciis nudum* [nudam *p*] *Calaeno concumbentem* [concubantem *p*] *proferat* [proferas *Muncker*].' *V.* uel — intenditur *post Sulpiciae uersus poni iussit Broukhusius ad Tibull. IIII*, 2, 1, *cui oblocutus est Cannegieterus misc. obss. VII*, 3 *p.* 331 *sqq. cf. Wernsdorf poett. Latt. min. III, p.* 96. *Cum uerbis Sulpiciae Munckerus composuit Fulgentii uerba l. l.*: 'neque enim illas heroidarum arbitreris lucernas meis praesules libris, quibus aut Sulpicillae procacitas aut Psyches curiositas declarata est.' *cf. Martial. X*, 38, 6 *sqq.* 11—15. sub — exponentes *om. P, habet tamen p et ex uet. ex. affert* Moysei. *S scholia ita disponit:* scilicet — consuerunt (*uersu* 11—17), CVM — mendicat (9—11). 14. matronae, inquit, transferunt se ad Iudaeos. *Schurtzfleisch.* 15. ad eas *c.* foenoque *PS.* 16. suppellectile *p.* 19. cogitent *p.* disponant *p.*

546. IMPLET ET ILLA MANVM. accipit et ipsa nummos, sed non tantos, quantos Gallus.

547. V. IVD. [QVALIACVMQVE]. mala siue bona. [SOMNIA] VENDVNT. res uanas, quas pro magno proferre simulant.

548. SPONDET. promittit nam eam amari ab adolescente, aut a sene diuite sine filiis, qui eam constituat heredem.

549. TESTAMENTVM. promittit uirgini sponsum iuuenem, aut hereditatem a diuite relinqui.

550. TRACTATO AR. [551. RIMABITVR]. inspiciens. ut Vergilius [Aen. IIII, 64.] 'pectoribus inhians spirantia consulit exta.'

552. DEFERAT IPSE. Egnatium philosophum significat, qui filiam Bareae Sorani, quamquam ipse ad magicam discendam esset hortatus, detulit Neroni. ob quam rem mori cum patre iussa est a Nerone. Egnatium autem hic poeta ob delationem hanc ipsam saepe lacerat, ut superius [III, 116.] dixit: 'stoicus occidit Baream, delator amicum discipulumque senex.'

553. CALDEIS. maior fides adhibetur magis uel mathematicis. QVIDQVID. id est, quidquid horum aliquis dixerit, ita credunt, tamquam si a Ioue Hammone oraculum sumpserit.

554. HAMMONIS. hoc est uelut ab ipso Ioue Hammone sit dictum. Apollo nam indignos homines putat, quibus futura respondeat. num magis sic intelligitur, quod Alexander damnauit templum Apollinis in Delphis, ne sint homines futurorum praescii?

1. accepit *PS. corr. p.* 12. *'sicut fecit, inquit Probus, Egnatius philosophus cum filia Botre, quam hortatus ad magicam grandinem tulit ob quod iussa est mori.' V.* Ignatium *PS. corr. p.* 13. Boreae *PS. corr. p.* quam cum ipse *PS. corr. s.* quam cum ipsius *Lipsius ad Tac. ann. XVI,* 30. quam cum eius ipsa *Schurtzfleisch.* descendisset hortatus *PS. corr. Henninius.* descendisset hortatu *Lipsius. Schurtzfleisch.* 15. Ignatium *S.* haec natium *P. corr. p.* hunc *c.* 19. uel] uota *PS.* uotae *c.* 20. aliquid *PS. corr. s.* 22. uel ab *PS.* 24. nam *PS.* an *Schurtzfleisch.* aut *s. cf. schol. VII,* 27. *X,* 271.

556. CALIGO. ignorantia futurorum.

557. PRAECIPVVS TAMEN HORVM [EXVL]. deest fuerit. magorum aruspicum mathematicorum.

560. [INDE FIDES ARTIS]. illi creditur, qui iam in catenis fuit. 561. IN CARCERE. si in castrorum custodia mansit.

562. INDEMNATVS. quasi ob nimiam peritiam scilicet fuerit damnatus.

563. IN CYCLADA. id est in insula Cycladum religari.

564. CARVISSE. sensus hic est. peritissimus astrologorum ille est, qui tale aliquid admisit, cum facinus non exilium semper mereatur.

565. CONSVLIT HICTER. requirit de morte hictericae matris cum mathematicis.

566. ANTE TAMEN DE TE TANAQVIL. modo pro qualibet uxore posuit nomen. haec autem Tanaquil fuit Tarquini prisci uxor, soceri Seruii Tullii, quae dicitur mathematicam artem optime scisse.

567. EFFERAT ET PATR. AN SIT VICTVRVS. *κατὰ κοινοῦ.* consulit, si superstes illi sit adulter suus.

568. POST IPSAM QVID ENIM. de quibus enim rebus melius dii respondent, aut petiti praestant, nisi de turpibus?

569. NEC TAMEN IGN. matronae scilicet superstitiosae. Virgilius [georg. I, 336]: 'frigida Saturni sese cum stella receptat.' Lucanus [I, 661]: 'Veneris salubre sidus.'

572. ILLIVS OCCVRSVS. sensus hic est. tolerabilior tamen illa est mulier, quae consulit alium; non ferenda uero est, quae ipsa mathesin profitetur.

573. SVCCINA TRITAS. colorem fecit ut sucinum.

8. insulam *s.* 'est sensus: *sed astrologorum peritissimus ille est, qui tale aliquid admisit ut eius facinus non exilium sed sensim mereatur exitium.*' *V.* 10. sed supplicium mereatur extremum *s.* sed interitum mereatur *Haupt.* 12. loquitur *s.* 14. domina. pro *C. Barth.* 16. Seruili *PS. corr. Almeloueen.* 21. petenti *s.* 23. quo stella receptet *Verg.* 28. colorem cepit *h.*

[574. CERNIS EPHEMERIDAS.] membranam mathematicorum uel actorum diurnorum, quae ex adsidua tractatione colorem suum mutauit et eplocea facta est.

575. CONSVLITVR. id est, ipsa consulitur magis.

576. NON IBIT PARITER. ut praescia futuri periculi non eat cum suo marito ad castra meanti peregrinamue patriam. THRASILLI. Thrasillus multarum artium scientiam professus postremo se dedit Platonicae sectae ac deinde mathesi. in qua praecipue uiguit apud Tiberium, cum quo sub honore eiusdem artis familiariter uixit. quem postea Tiberius in insula Rodo praecipitare uoluit in pelagum, quasi conscium promissae dominationis. quem dolum cum praesensit, fugit.

577. AD PRIMVM LAPID. si gestari uoluerit, horam ex signis eligit conuenientem.

579. ANGVLVS INSPECTA GENE. et si oculus doleat, horam et colirium ex efemeride promit.

580. AEGRA LICET IACEAT. [581. APTIOR HORA]. conueniens ora, ut gustet. PETOSYRIS. alter auctor artis mathematices.

582. SI MEDIOCRIS. si pauper erit mulier superstitiosa, in circo quaerit quos consulat. ibi nam antea proponere solebant huius artis professores.

583. METARVM ET S. [584. POPYSMA]. oris pressi sonus,

1. 'membranas mathematicorum uel actus diurnos dicit.' *V.* membrana *PS. corr. h.* 2. ut *PS. corr. s.* ad *Henninius.* actos diurnos *PS. corr. s.* 3. et crocea *Salmasius ad Vopisc.* et glaucea *Dufresne in gloss. s. u.* et pene crocea *C. Barth.* et efloccida *Schurtzfleisch.* et pellucida *Henninius.* et epicrocea *c.* 6. peanti *PS. corr. c.* 10. familiaritate uixit postea quem *PS. corr. p.* 12. praemissae *PS. corr. p.* praesensisset *p.* 14. gestare *PS. corr. p.* 17. eferide *PS. corr. p.* 20. mathematicis *PS. corr. p.* 22. quaeret *Schurtzfleisch.* respondere *s.* 'quia circulatores, uelut Probus inquit, hoc consueuerint adhibere, ut delectis sibi locis duobus eos lustrent id est circueant: deinde per eos sortes id est taxillos iactitent quo exinde quod suae

uel labiorum in se collisorum strepitus, qua laetitia praedicere mala adsolet, uitare uota.

585. PHRYX. nam ille Phryx, inquit, qui Romae moratur. sunt enim ob hoc qui ab ipsa Frigia exciti sunt.

587. FVLGVRA CONDIT. condi fulgura dicuntur, quotienscumque pontifex dispersos ignes in unum redigit et quadam tacita ignorata prece locum aggestione consecratum facit. Lucanus [I, 607]: 'et tacito cum murmure condit datque locis nomen.'

588. PLEBEIVM IN C. P. IN CIRCO. in spina. hoc ideo, quia illic pauperes sortes accipiunt.

591. AN SACA. negotiator.

592. HAEC TAMEN ET P. SVB. id est, haec non solum partus periculum, sed etiam educationis subeunt laborem.

593. NVTRICIS T. F. cogente fortuna, id est paupertate.

594. PVERPERA LECTO. uix est, inquit, ut puerperium sustineat diues mulier; nam sterilitatis aut abortus poculum sumit ab obstetrice aut malefica. puerpera dicitur puella, quae primitus parit.

595. TANTVM ARTES. id est, illius scilicet, quae aut poculum aut maleficia dat ei, ut abortum faciat.

geneseos signum se accomodauerint inspiciatur numquid uiuet, quando et paucis ex uerbis ibidem conscriptis educunt sortes suas.' V. 1. ut *PS. corr. Eremita.* quo laetitiam praedicente *Eremita.* quae laetitiam praedicere adsolet, mala uitare nota *Schurtzfleisch.* quo laeta praedici mala adsolent uitari uota *Achaintre.* quo laetitiam praedicere et mala adsolet uitare uota *c.* 4. qui ob hoc *Henninius.* exhibiti *PS. corr. s.* 5. '*condi fulgura dicuntur quotienscumque pontifex dispersos ignes in unum redigit et quadam tacita prece locus aggestione consecratur.' V.* 6. rediit *PS.* et *om. PS.* 7. ignorantia *PS. corr. Lipsius ad Sen. de clem. I,* 7. ignorataque *Grotius ad Lucan. I,* 607. *Salmasius exercc. Plin. p.* 803. et ignorata *c.* et locum *Salmasius.* algestione *PS.* sit *PS. corr. Gronouius obss. I,* 13. it *Salmasius.* consecrat *Lipsius.* 8. et terra maesto cum *Luc.* 12. negotiatori sagario *p.* sagario *glossa supersor. in P.* 20. quia *PS. corr. s.* 21. ueneficia *c.* faciet *PS. corr. c.*

597. CONDVCIT G. o marite, tibi consulit. gaude, quod abortum uxor tua fecit. nam si uolueris de adulterio conceptos tollere, habebis filios natos ex nigris patribus, id est Aegyptios.

598. PORRIGE Q. qualiscumque potus fuerit, per te ipsum offer bibendum.

600. AETHIOPIS. id est, ex Aethiope nati. DECOLOR. niger.

601. INPLERET T. N. T. id est, erit tibi heres talis, qui interdiu numquam se tibi ostendit.

602. TRANSEO SVB. praetermitto, non dico de suppositis.

603. AD SPVRCOS D. illuc nam deferebantur expositi partus adque ibi proiciebantur. DECEPTA VOTA. quia suppositus est filius, id est, factus nobilis ex suppositis.

604. PONTIFICES S. R. de familia nobili nomen tenuerunt.

605. CORPORE L. id est, frequenter inde collecti infantes et subpositi matronis ad imperium et alias potestates peruenerunt.

606. FOVET. [ADRIDENS]. fauens fortunam mutare.

607. ALTIS. nobilibus.

609. PRODVCIT. tamquam suos tuetur.

610. THESSALA VENDIT. [HIC]. dicticos. nescio qui alter, qui cantus magicos nouit, quos matronis superstitiosis uendat.

611. PHILTRA. amatorias res.

612. ET SOLEA. ἀποστροφὴ ad maritum. [PVLSARE.] tunderis.

613. INDE ANIMI. lethargus morbus.

2. uoluerit *PS. corr. c.* 9. quem *PS. corr. Twesten.* 10. inter die *PS. corr. Twesten.* 11. an dico *PS. corr. c.* 14. supposito *p.* 19. fabens *PS.* fortunamutare *S.* infantes fortuna tutatur *s.* 22. δειχτιχῶς *p.* nescit *PS. corr. Achaintre.* ecce inquit *s.* Thessalicus iater *C. Barth.* 23. nobis quos *PS. corr. Henninius.* nobilibus *o.* nobis quasi *c.* 26. 27. INDEANIMI. tondit lethargus morbus *PS.* tangitur *uel* ostenditur *Schurtzfleisch.* hinc fit *Henninius.* intenditur *c.*

614. QVAS MODO. quid ante paulum egeris.

(613. INDE A. CALIGO.) [615. AVVNCVLVS]. Caligulam significat Caesarem, quem adeo medicatis potionibus uxor Caesonia in amorem suum deduxit, ut de nimia inpotentia furens saepe eam nudam amicis ostenderet.

616. CVI TOTAM TREMVLI. pulli mox scilicet nati equini, cui in fronte pilleum uel pellicula erepta prestat amorem. ut Virgilius [Aen. IIII, 515]: 'quaeritur et nascentis equi de fronte reuulsum et matri praereptus amor.'

618. [QVAE NON FACIET]. id est, si regina hoc fecit, quanto magis aliae mulieres.

618. ARDEBANT. saeuiente Claudio scilicet ex furore.

619. NON ALITER QVAM SI FECISSET. furor ille, quem Caesonia auunculo Neronis inmisit, multis nocuit per unum. nam in multos saeuiebat unius imperatoris insania, ut si per Iouis insaniam totus mundus agitetur.

620. MINVS ERGO NOCENS. exemplum de Agrippina, quae principem Claudium, maritum suum, ueneno necauit, ut filio suo Neroni conferret imperium. Agrippina mater Neronis. Caesonia uxor [Caligulae]. Agrippinae maritus Claudius.

621. BOLETVS. qui boletus occidit Caesarem et non compulit ad furorem. PRESSIT. Claudii scilicet.

622. DESCENDERE IVSSIT. ridens, pro ad inferos.

623. IN CAELVM. apotheosin deridet. id est, deum fecit imperatorem. LABRA SALIVA. senem dicit.

1. '*tamen hoc tolerabile si non semper aquam portes rimosa ad dolia, semper Istud onus subeas ipsis* [subtus *C. Barth.*] *manantibus urnis Quod* [quo *p.* quia *C. Barth.*] *rabidus nostro phalarim de rege dedisti. sed hi tres uersiculi in multis non sunt codicibus. quos in antiquissimo legimus codice et Probus etiam refert.*' *V.* 2. Caligulam — ostenderet *post* morbus (*p.* 272, 27) *ponunt PS.* 4. inpatientia *PS.* 5. tam *PS. corr. p.* totam *c.* 7. ut *PS. corr. s.* 9. reuulsus *Verg.* 10. si — mulieres *ante* mox (*u.* 6.) *ponunt PS.* 12. sonante *PS.* tonante *Henninius.* 17. exemplo nempe Agrippinae *Schurtzfleisch.*

624. HAEC POSCIT. quam Caligula scilicet bibit, temperatam a Caesonia uxore sua.

625. HAEC LACERAT M. id est, omnes ordines sine distinctione occisos.

626. TANTI PARTVS. id est ipomanes. tanta damna attulit uenefica una.

627. ODERVNT N. D. P. de priore uxore, aut certe de amica. NEMO REPVGNET NEMO VETET I. I. P. exemplum in Agrippinam, quae priuignum suum Britannicum ueneno necauit, ut filio suo Neroni conferret imperium.

630. CVSTODITE ANIMAS. mulieres si alienos oderunt filios, ferendum est hoc. quid si et suis infestae sunt filiis adque eos uenenis perimunt, uolentes ipsae hereditati succedere? MENSAE. id est, nec maternae.

631. LIVIDA M. F. A. dulcia, placenta ueneno plena.

634. FINGIMVS HAEC. *ἀνθυποφορά*. id est, dices forte, quod de proposita re egressus sum, id est satyram dimisi et ad tragoediam me contuli, et fingo dicta. sed Pontia non negat se fecisse.

635. PRIORVM. satyrae propositae.

636. BACCHAMVR HIATV. tragoediam scribimus.

638. NOS VTINAM V. id est, utinam nos hoc mentiremur, et non rea facti confiteretur. Pontia, Publi Petroni filia, quem Nero conuictum in crimine coniurationis damnauit, defuncto marito filios suos ueneno necasse conuicta, cum

1. uiuit *PS. corr. p.* 10. conficeret *Schurtzfleisch.* 11. uideris *PS.* mulieres *o.* 12. quid sit quod et *PS.* quid quod et *o.* filius *S.* 15. *'leuida lubrica dulci suffusa succo ut latitet uenenum. et leuida legit Probus.' V.* *'mordeat — pappas. hi duo, inquit Probus, uersiculi in aliis non sunt.' V.* 16. id est *ἀνθυποφορά PS.* 17. posita *S.* 23. *'haec est Pontia, inquit Probus, Publii Petonii filia quae defuncto Drymione marito filios suos occidit. sed conuicta ut largo uino atque epulis se obruerat incisis uenis saltans cuius rei studiosa fuerat extincta est.' V.* quam — conuictam *PS. corr. Lipsius ad Tac. ann. XVI*, 18. 25. duos *c.*

largis se epulis onerasset et uino, uenis incisis saltans, quo maxime studio oblectabatur, extincta est.

639. PARAVI. poculum uenenosum.

640. IPSA PEREGI. quae agnita uidentur, ego feci.

641. TVNE DVOS SEPTEM. S. S. T. uerba ipsius matris: possent uno ueneno et septem occidi, si quidem fuissent.

643. DE CHOLCHIDE T. quidquid de Medea dicunt.

644. DICITVR ET P. Progne, quae filium suum occidit propter sororem a marito stupratam.

[645. SED NON PROPTER NVMMOS]. non tamen pecuniae causa haec admiserunt.

647. DEBETVR. neque enim eas admirari conuenit super talibus factis, quae causas prope iustas habuere peccandi.

649. PRAECIPITES. id est, sexus femininus caelandi causa omnia audet facere. [Virgilius Aen. V, 5]: 'dum magnos amore dolore pollutos, quae neque offerre.' QVIBVS MONS. Virgilius: 'excisumue obice montis.'

651. ILLAM E. N. quae propter auaritiam peccat, ut Eryfile, quam dicunt sollicitatam donis maritum coegisse ire ad bellum; et mortuus est.

653. ALCESTIM. id est in theatro spectant parapallium Alcestin pro suo marito morientem. quibus si detur similis conditio de uita mariti aut catuli, catellum magis eligent.

655. BELIDES. Danaides, quae pro patre suo maritos occiderunt. OCCVRRENT ERIFYLAE. Erifyle, uxor Eurypyli, filii Telefi. qui Telephus cum uenisset ad auxilium Priamo, plagatus est ab Achille, et cum non posset curari, sortitus est ab Achille se solo posse curari. uenit supplex, petit se

1. honorasset *PS. corr. p.* et ueneno *PS.* 4. incognita *s.* 10. non — admiserunt *post* peccandi *ponunt PS. corr. s.* 14. zelandi *Twestenius. H. Peerlkamp ad Verg. Aen. I. p.* 295 *sq.* ulciscendi *s.* 15. duri magno sed amore dolores polluto, notumque furens quid femina possit *Verg. cuius uestigia detexerunt s. H. Peerlkamp.* 16. *non leguntur apud Vergilium.* 19. Euripyli *Schurtzfleisch.* 21. παρ' ὑπαλλαγήν *e cod. Schurtzfleisch.* παρὰ pallium *Achaintre.*

253. [LAVRO COLLEGA SECVNDO]. id est, secundo per Marium, familia noua. nam primo per Ciceronem. NOBILIS ORN. hoc est, ut triumpharet. COLLEGA s. 'secundo lauro' dixit, quia secundo loco triumphauit post collegam suum.

254. PLEBEIE D. Decii, pater et filius, somnio moniti pro incolumitate populi Romani se deuouerunt, alter bello

2. Molbium iuli *PS. corr. p.* 5. qui s. 8. Crassius *PS. corr. p.* 9. Augusto *PS. corr. p.* 10.11. qui alia — alia *PS. corr. Schurtzfleisch.* quia alius — alius *Henninius.* quod alter armatus oppresserit, alter togatus defenderit *s.* 11. Lucretius *PS. corr. Schreuelius.* 12. eloquii *Lucanus.* 13. togaque *Lucanus.* 15. com *PS. corr. p.* militabat *Schurtzfleisch.* 17. coruos ex auibus *Schurtzfleisch.* 18. maiorem *PS. corr. p.* 19. corpora *Vergilius.* 20—22. secundo — triumpharet *S. om. P. edidit p.* secundo Arpinates per Marium familia (nam primo per Ciceronem) nobilitati sunt eo usque, ut triumpharet *C. Barth et similiter Schurtzfleisch.* 21. NOBILIS ORN. *s.* nobilitati *PS.* 23. collega suus *C. Barth.* 25. debuerunt *PS. corr. p.*

Latino, alter bello Gallico. nam pater cum esset collega T. Manlii Torquati, essentque somnio admoniti, eam partem uictricem fore, cuius dux in proelio ceciderit, tum Decius calcaribus equo incitato in medios hostes inruit ibique pugnans interfectus est. cuius cum corpus milites liberare contenderent, cum plena sunt reuersi uictoria. hoc exemplo patris pro bello Samnitico et Tusco, bello Gallico ab hostibus est filius interemptus. de quibus et Virgilius [Aen. VI, 825]: 'quin Decios Brutosque.'

255. NOMINA. PVBE LATINA. id est, pro salute omnium ad mortem se optulerunt.

258. PLVRIS E. D. plus meriti habent Decii apud deos, dum hi se pro patria uouerunt, quam habet ipsa patria apud deos meriti, quae seruata est.

259. ANCILLA NATVS. Ocrisia Corniculana captiua.

260. [BONORVM]. nam fuerant reges postea superbi. Seruius Tullius sextus a Romulo; nam septimus Tarquinius fuit superbus.

262. EXVLIBVS I. V. I. C. ipsius Bruti filii, qui a patre securi percussi sunt, portas aperiebant, ut Tarquinius superbus intraret.

264. Horatius Cocles cum fessos milites suos ab Etruscis uideret, pontem Sublicium subduci iussit, ne protinus hostes ad urbem irent, et ipse solus interim exercitum Porsennae sustinuit, dehinc armatus Tiberim transnatauit ad suos.

265. IMPERII F. T. B. V. Cloelia uirgo. haec inter obsides data Porsennae a Romanis, simulans ritu patrio uelle se in ripa Tiberis cum ceteris uirginibus sacra facere, ablegatis

1. Lucii *PS. corr. s.* 2. Manilii *PS. corr. Rutgers uarr. lectt. VI*, 18. 7. post *s.* uel Gallico *s.* 9. Drusosque *Vergilius.* 12. habentur *PS. corr. o. scholia et lemmata u.* 255. 258. 259. 260. *non suo ordine posita sunt in PS.* 15. Ocriculana *PS.* Ocrisia Corniculana *o.* Corniculana *Meursius crit. Arnob. V*, 7. 29. abligatis *PS. corr. p.*

custodibus transnatauit, et per legatos a Porsenna recepta, in tanto honore habita est, ut cum ceteris obsidibus in patriam remitteretur. huius causa et statuam equestrem meruit inauratam.

267. MATRONIS L. D. propter Lucretiam scilicet uindicatam, uel quia superbo sub tyranno uim patiebatur castitas matronarum.

268. ADFICIVNT. Vindicius seruus, qui indicauit filios Bruti Tarquinio portas uelle reserare. quos pater securi ferit, seruum autem ut conseruatorem patriae manumisit et ut delatorem dominorum cruci adfixit. quod factum matronae planxerunt.

268. SECVRIS. quia primus consul Brutus secures accepit.

273. NOMEN AB INFAMI. Romulus, ut augeret populum Romanum, secutus Atheniensium morem asylum in luco constituit.

275. AVT PASTOR. quos collegit Romulus. QVOD DICERE NOLO. seruus aut infamis uel latro fertur. nam latronum aut perditorum collegit populum.

SATVRA VIIII.

QVERELA NEVOLI DE REGE INPVDICO.

1. SCIRE VELIM. in hac satyra Nebulo filopygista queritur, quod diuites cinedi auarissimi sint, et nihil de obsequio libidinis possit adquirere.

2. MARSIA VICTVS. aut proprie ab eo quem Apollo uicit, aut aduocatus temporis illius.

13. SECVRIS. securas qui *P. corr. p. totum schol. om. S.* 15. loco *PS. corr. p.* 22. Naeuolus *p.* filopygesta *P.* filipygesta *S.* *φιλοπυγιστής p.* 23. sunt *PS.* ut nihil *s.* 25. adeo *S.*

4. RAVOLA D. talem fecisti uultum tristem, qualem Rauola fecit, cum deprehenderetur, cum lamberet Rhodopae turpia. RABVLA. a facto etymologiam nominis sumpsit poeta.

5. NOS COLAPHVM. sensus talis est. seruus, inquit, colafo percutitur a nobis, si placentam linguat; Rabula autem, cum lambiat inguina feminarum, inpunitus incedit. CRVSTVLA. species operis pistorii. Lucilius: 'gustaui crustula solus'. placenta.

6. NON ERIT H. tua scilicet, Nebule.

8. POLLIO Q. T. P. V. P. P. [9. FATVOS]. qui ei scilicet pecunias credant non soluturo.

10. VERNAM EQVITEM. ciuem intra urbem natum. hilarem te faciebas.

11. ET SALIBVS. id est, facetiis urbicis abundans. id est, urbanus. id est, qui solebas in conuiuiis iocis omnes fatigare. POMERIA loca appellantur, quae intra muros sunt. hoc est pone muros.

12. OMNIA N. C. id est, contraria laetitiae.

14. FASCIA VISCI. psilotrum significat, dropacem, quo solebat se accurare.

15. SED FRVCTIFICANTE. pullulante, uirente.

16. QVID MACIES. id est ita macer es et decolor tamquam quartanarius.

17. DOMESTICA F. consueta, familiaris.

18. DEPRENDAS. id est, omne uitium corporis siue aegritudo ex faciei colore deprehenditur. ANIMI TORMENTA. quia animo aegrotat, non corpore.

3. ethimologiam *PS.* 4. poeta *S.* poena *P.* 6. Rauola *Rutgers uarr. lectt. III*, 17. 7. lambeat *PS.* 8. Lucillus *S.* Lucullus *P.* crustaui crustula *PS. corr. p.* 'crustula et Lucilius dixit: gustaui crustula solus'. *Porph. ad Hor. s. I*, 1, 25. 16. locis *PS. corr. p.* 20. uel dropacem *s.* 21. solebant *s.* accusare *PS. corr. p.* 22. populante *PS. corr. o.*

20. FLEXISSE VIDERIS. [19. VTRVMQVE]. id est, et laetitiae et aerumnarum.

21. CONTRARIVS I. P. id est, excessisse institutum.

22. NVPER EN. V. P. F. statuae, ad quas conueniebant cinedi.

23. PALATIA M. matris deum mysteria, cuius templum in Palatio est.

25. NOTIOR A. famosior moechus, quam Aufidius quidam.

26. QVODQVE T. quod non confiteris. [INCLINARE.] MARITOS. solebas scilicet.

27. [VTILE]. hoc autem uelut ex persona poeta eorum refert, qui diuites inclinant uiros, et tamen modica consequuntur. VTILE. hoc Nebulo refert.

28. INDE O. P. [PINGVES]. in alio PINGVES, ut ostendat grossas ac per hoc pluuiales.

29. MVNIMENTA. quae muniant a pluuia, non quae ornent.

30. ET MALE P. T. male textas. PECTINE GALLI. Veneti, aut albedine. cadurco, cucullo. ut alibi [III, 170]: 'adque ibi contentur Veneto duroque cucullo.'

31. ACCIPIMVS T. modicum, aut leue, aerosum.

33. QVAS SINVS. penem dicit. NAM. si te non adiuuat fatum.

34. NIL FACIET. [INCOGNITA]. ante non uisa, quae excedat opinionem hominum.

35. QVAMVIS [LABELLO]. quia saliuosus fuit. VIRRO nomen diuitis. quamuis, inquit, ille diues cinedus penem tuum conspexerit et cupiditate blandis te epistolis et dipti-

4. statui *PS. corr. p.* 9. quam (*sic PS. corr. p.*) non confiteris *post* maritos *ponunt PS.* 11. VTILE *add. s.* uult *PS. corr. Rutgers uarr. lectt. I,* 16. 12. diuites se inclinant *P.* diuites se inclinans *S.* se *om. Rutgers.* scilicet *Henninius.* diuitibus se inclinare uiris *p.* tam *PS. corr. C. Barth.* consequantur *S.* 13. Neuolus *P a 2 m.* 18. albelione *Rutgers uarr. lectt. VI,* 18. alioquin sat duro cucullo *C. Barth.* albidi cadurci siue cuculli *c.* 27. dypticis *P.*

cis sollicitet, nihil tamen accipies, nisi stellas in genesi bene positas habueris, quae tibi hoc prestent.

37. SOLLICITENT. ipse ad se trahit.

38. QVAM MOLLIS A. id est, diues auarus infamis. Virgilius [Aen. III, 214]: 'tristius habet illi monstrum nec saeuior ulla.'

39. HAEC TRIBVI D. in alio TVLISTI. uerba diuitis.

40. COMPVTAT [AC] CEVET. crisat.

41. CVM TABVLA P. fiat conputatio.

42. [IN REBVS]. adeo nihil est quod dedisti.

43. AN FACILE E. P. an putas, quod et in corrumpendo labor non est?

45. QVI FODERIT A. id est, non erit miser, qui in agro laborat, non (in) dominum.

47. TENERVM E. P. hoc est, Ganymedi te comparas.

48. VOS HVMILI. interrogatiue arguit.

49. CVLTORI. id est, tenui clienti quemadmodum tu donabis, qui libidini tuae conferre dubitas?

50. INCVLTV VIRIDEM. gemmata dextrocheria.

51. GRANDIA N. Q. R. [VER]. Matronalibus scilicet, quae sunt kalendis Aprilibus, quibus est natalis Veneris.

52. LONGAQVE C. H. ceruicalibus stratis scamnum dicit.

53. MVNERA F. T. S. K. kalendis Martiis, in quibus Iunonis sacra celebrantur a matronis, (et) quia tunc llia conpressa est a Marte. tunc nam Matronalia sunt.

55. APVLA T. M. uult ostendere magnitudinem possessionum poeta, quam latae sint agris, quoniam nec milui transuolare eas possunt. PASCVA LASSOS. id est, uolantes in agris tuis.

5. haud illis *Vergilius.* 9. fiat conputatio *post* computat (*u.* 8.) *ponunt PS.* dum fit computatio *C. Barth.* 10. adeo nihil aeque dedisti *post* cum tabula p. *ponunt PS.* 15. Ganymede *PS.* 17. quaenam admodum *Schurtzfleisch.* 20. qui *PS. corr. p.* 22. stratum *C. Barth.* 24. a Romanis *PS.* quia et *p.* 27. quam nec — possunt *PS.* ut nec — possint *p.* milue *PS. corr. p.*

56. TE TRIPHOLINVS. nomen possessionis, in qua uineae plures erant.

57. SVSPECTVMQVE I. G. C. quia inmineat Cumis, ualde altum. ET GAVRVS I. Gaurus mons Campaniae. INANIS. aut superexhaustus, aut transacto uindemiarum tempore, aut quia uaporiferos specus habet; aut melius est sic intellegere, qui ab omni arbore expoliatus est et solis uinetis uacat.

58. NAM QVIS P. L. V. multum duraturo.

59. LVMBOS D. magis debes illam donare possessionem pauperi clienti tuo, qui libidini tuae satisfacit, quam puero, qui in agro tuo natus est.

61. ET CONLVSORE CATELLO. ut solent infantes delectari.

62. CYMBALA P. L. archigalli cymbala percutientis. ac per hoc Gallo inique, dixit, legetur, id est, legatario donabitur.

63. IMPROBVS E. C. P. [PENSIO]. tributum, aut quod in conducto maneat.

64. POSCES S. A. P. P. V. unicus, ut oculus Ciclopis.

65. EVASIT ULIXES. qui excaecauit eum.

66. ALTER EMENDVS. id est, ideo peto, quia pueros pasco et uestio.

67. PASCENDI Q. A. B. bruma, hiemis tempore. cum petunt calciarium, quid dicam?

69. CICADAS. aestiuum tempus.

70. VERVM V. [MITTAS]. neglegas, dimittas.

3. qui *PS.* quod *p.* 4. Garrus *S.* 5. autem *p.* super exhausto *PS. corr. Schreuelius.* nuper exhaustus *Schurtzfleisch.* antransacto *PS. corr. p.* ut transacto *Schreuelius.* an *om. Schurtzfleisch.* 7. quia omni *p.* 10. illi *PS.* illius *Schurtzfleisch.* 13. delectare *PS. corr. s.* 14. 15. ac puero Gallo *C. Barth.* an uero hoc Gallo *h.* 15. inquit *S.* inquid *P. corr. C. Barth.* Gallum inquinatum *s.* dicit *C. Barth. om. h.* 17. ait *Schurtzfleisch.* quod conductum *PS. corr. Schreuelius.* 18. habet *c.*

71. NI TIBI DEDITVS ESSEM. id est, nisi tibi omni animo deuotus fuissem, uxorem tuam non deuirginassem.

73. QVAM SAEPE R. nosti, quemadmodum me rogasti, ut hoc facerem.

74. ET QVAE POLLICITVS. mihi scilicet. SAEPE PVELLAM. id est, uolentem recedere de domu tua.

75. AMPLEXV RAPVI T. dotales tabulas frangentem et repudium uolentem tibi dare saepius reuocaui.

76. SIGNABAT T. V. signabat tabulas, siue alii ut nubat, siue alium uolens facere heredem. NOCTE REDEMI. dormiens cum ea, satisfaciens.

78. AD QVEM PERVENIT [DOMINAE VOX]. in coitu non tacentis, aut quod uirgo erat, ut sit mariti maior infamia, aut cum uirginem imitatur.

79. PENE SOLVTVM. infirmum. et est exclamatio.

80. CONIVGIVM. I. M. id est, diuortium fieri saepius adulteri non permittunt.

81. QVO TE C. A. quo te uertas? ad haec quae dicturus es?

82. NVLLVM ERGO. id est, tantorum beneficiorum, quae in te contuli, nulla gratia uel merces rependitur?

83. QVOT TIBI F. [84. TOLLIS.] nutris. ET LIBRIS ACTORVM. propter professionem scilicet, qua apud aerarium patres natorum deferebantur filiorum. TOLLIS ENIM E. L. natiuitabus. SPARGERE GAVDES. id est nominum noticiem deuulgare contestatione publica.

86. OPPONERE POSSIS. ne dicaris cinedus.

87. IVRA P. haec omnia poeta ad ius ciuile retulit. id

9. siue alii ut nubat *om. S.* alio *P. corr. p.* 13. aut *post* erat *ponunt PS.* 15. et est] erit *PS.* 16. fieris *PS. corr. c.* 19. est *Sp.* 21. uices *PS.* 23. possessionem *Eremita.* quae *S.* qui *P.* quia *p.* 24. nomina natorum deferebant *Salmasius.* deferebant filiorum nomina *Schreuelius.* 26. deuulgare solebant *h.* 27. cinedis *PS. corr. p.*

est, meo labore habes filios et scriberis heres et non pateris poenas orbitatis.

90. SI NVMERVM. nam et a tutela excusant liberi, et in fascibus sumendis prior est qui prestat numero filiorum.

IMPLEVERO. id est tres filios fecero.

91. NE VOLET C. id est, iustas causas doloris habes; tamen ad haec quid ille respondit?

92. NEC LEGIT. non curat, sed alium quaerit, qui eum corrumpat.

93. CELARE M. Nebulus amico dicit: tibi soli secreta haec credidi.

95. NAM RES M. periculosus est cinedus iratus aut offensus.

96. ARDET ET ODIT. id est, tamquam secretorum proditorem odit.

97. SVMERE. occidere, aut incendere domum.

99. AVT DESPICIAS. id est, non tibi despectae sint, quas habet cinedus iras.

100. ANNONA V. id est, quamuis cara annona ueneni sit, tamen dat, quanticumque distrahatur.

101. ERGO OCCVLTA. quia in Ariopago primus accusatus est Mars a Neptuno, eo quod filium eius Palinrothion peremisset. ATHENIS. in Ariopago Athenis, ubi sententiae dabantur grauiores.

102. o CORYDON. o stulte.

103. ESSE PVTAS S. V. id est, nihil potest esse secretum uel occultum.

106. NEMO RECVMBAT. iuxta cubiculum nemo dormiat.

108. PROXIMVS A. D. C. quicquid intra domum factum fuerit, statim uicinis nuntiatur.

3. tutelae *P.* tulae *S. corr. p.* 4. numerum *PS. corr. p.* 17. dispectae *PS. corr. p.* 21. Halirrhotium *ex Apollod. III*, 14, 2 *p.*

109. FINXERVNT [110. CARPTORES]. infertores, qui inlata carpunt.

111. IN DOMINOS Q. quotiens serui loris caesi confingunt plura cum rumoribus malis, quia si uerberati sunt, ita se putant uindicari, si crimina in dominos dicant. VLCISCVNTVR. detrahendo.

112. COMPITA. quadruuia.

113. INEBRIET AVREM. inpleat te ebrius secretis dominorum.

114. ANTE PETEBAS. ut tacere possint.

115. A NOBIS. [MALVNT]. magis prodere secreta dominorum cupiunt quam bibere.

117. PRO POPVLO. sacrificans uirgo Vestae. Virgilius [ecl. III, 77]: 'cum faciam uitulum pro frugibus, ipse uenito,' cum pro frugibus sacrificem, tu uenito.

118. VIVENDVM R. propter plurima quidem recte uiuendum est, sed maxime propter seruos, ut eos possis contemnere, nulla territus conscientia.

125. TEMPORIS ET SPES. tanti temporis damnum.

126. DECVRRERE VELOX. id est, iuuentus decurrere et senectus properare. Virgilius [Aen. X, 467]: 'breue et inreparabile tempus omnibus est uitae.'

128. PORTIO [SERTA VNGVENTA]. coronas et aromata.

130. DEERIT [PATHICVS]. corrumpi uolens, aut corruptus.

131. COLLIBVS VNDIQVE AD ILLOS. id est, septem montibus, supra quos posita Roma est, Palatino Tarpeio Viminali Habentino Esquilino Celio Vaticano.

132. ET NAVIBVS OMNES. ad corruptores et itinere uenient et mari.

1. et qui *Muncker in Burmanni Syll. epp. V. p.* 405. 2. carpiunt *PS. corr. p.* 4. iunioribus *PS. corr. o.* quasi *PS.* quia sint *o.* uerberati et ita *PS.* 12. uiuere *PS. corr. s.* 14. uitulam *aut* vitula *Vergilii codd.* 17. possit *PS. corr. s.*

133. [CAPVT] ALTERA MAIOR. cinedi, cum muliebri more conponunt caput.

134. SPES S. multos inberbes habes tibi crescentes.

134. TV TANTVM ERVCIS. dicitur haec herba ad coitum inflammare et uires dare.

135. CLOTHO. respondet Nebulo.

136. INGVINE VENTER. usque adeo infelix sum, ut uix industria inguinis ad uictum sufficiat.

137. QVOS THVRE MI. tus minutum manna uocant. MINVTO. id est in inuidiam deorum penatium loquitur.

138. EXORARE CORONA. tenui exorare corona, id est, coronatos floribus precari.

139. QVANDO EGO FIGAM. constituam, conponam, habeam. aut certe quia in ceris uota figuntur apud templa. [QVO SIT]. ut habeam ubi maneam, aut supra quod incumbam senex.

140. A TEGETE ET B. casa mendici, a mendicitate. [VIGINTI MILIA] deest 'ut sint.'

142. SED QVAM FABRICIVS. plus sibi decem libris argenti petit. Fabricius censor collegam suum notauit in senatu, quia supra decim libras argenti unam fiolam inuenit. antea enim non licebat senatorem plus habere.

144. SECVRVM I. nec lecti cyrios ait, quorum laturas locem et securus circenses expectem. aliut ipsi ferant in lectica.

146. QVI MVLTA F. id est, opifices, serui argentarii. [CVRVVS CAELATOR]. laboriosi anaglyfarii (146. SVFFICIVNT HAEC) plastae. archetypus.

1. enim *C. Barth.* nam *Schurtzfleisch.* 3. succrescentes *s.* 9. mannam *Vossius de analog. I*, 20. 11. coronatus *p.* 14. aut uoueam certe *Schurtzfleisch.* QVO SIT *add. s.* 15. aut habeam *PS. corr. s.* 21. decim *PS.* 23. lecticarios *p.* laturus *PS. corr. Salmasius exercc. Plin. p.* 239. 24. spectem *p.* 28. FACIES. archetypos *Schurtzfleisch.* archetypi *c.*

147. QVANDO P. non dico diues, at pauper, inquit, quando ero? nam modo nec pauper sum. ut Terentius [heaut. II, 1, 16]: 'nam mihi nihil esse, religio est dicere.'

149. [ADFIXIT] DE NAVE PETITAS. ad auriculas. id est, surda est.

150. REMIGE s. Ulixis, ut periculum Sirenarum posset euadere.

SATVRA X.

DE VOTIS CONTRARIIS.

1. OMNIBVS. *τρόπος συνεκδοχή*. a parte totum. nam cum occidentem significat aut orientem poeta, locum posuit, Gades scilicet et Gangem, breuiter conplexus orbem. nam Gades sunt in Atlantico mari Hispaniae proximae, ubi se angustissimo diuortio inter columnas Herculis in mediterraneos sinus Oceanus infundit.

4. ERRORIS N. quid tam merito credis optare?

6. VOTIQVE P. [8. DI FACILES]. satyrice, ad mala peragenda faciles. DI FACILES. ideo faciles, quia preces stultas audiunt. NOCITVRA P. nociturae optantibus dignitates.

9. MILITIA. figurate. uerum non ad militiam, sed ad omnia retulit, quae superius conprehendit nocitura, 'toga,' in pace, 'militia,' in bello. COPIA M. habundans eloquentia, aut fluens.

12. SED PLVRES N. C. G. [10. VIRIBVS ILLE]. ut Milo

1. ut pauper *PS. corr. p.* 8. DE LIBRO IIII. SAT. IVV. S. 11. loca composuit *C. Barth.* loca *Schurtzfleisch.* 12. Ganges *PS. corr. p.* 13. maris *PS. corr. p.* 14. medio terraneos *PS. corr. p.* 16. optandum *s.* 19. nocituras *PS.* 21. nam *PS. corr. c.* 22. quia *PS.* 24. adfluens *C. Barth.*

Crotoniates, qui cum arbores manibus scinderet, bracchia eius occupata sunt, et a lupis consumptus est.

13. STRANGVLAT. apoplexin passi moriuntur.

14. BRITANNICA M. metaphora in Tiberium et diuites.

15. NERONIS [DIRIS]. tyrannicis scilicet.

17. CLAVSIT. id est cum iussisset Nero omnes praedari, ad domos diuitum milites cucurrerunt.

18. MILES. difficile in domos pauperum uadunt, nec facilius periclitantur pauperes.

19. PAVCA. licet pauca tibi sit et modica res familiaris, metuis tamen impetum militis a Tiberio missi ad proscribtionem tuam.

21. ET MOTA AD LVNAM. ut Virgilius [Aen. II, 755]: 'simul ipsa silentia terrent.'

22. LATRONE VIATOR. uult generaliter intelligi hoc poeta [aut] figurate in Neronem.

24. VT MAXIMA TOTO. iam de uotis loquitur, quia homines decepti sunt per diuitias. usque ad Cerealem praefectum in foro Traiani arcas habuerunt senatores, in quibus argentum aut pecunias tutius deponebant. propterea et locus ipse, in quo erant arcae positae, Opes dictae sunt.

25. ACONITA BIBVNTVR. id est, pauper uenena non timet. FICTILIBVS. bene poeta, ut ostenderet paupertatem innocuam a crimine et diuitias malis oppressas, uasa potoria ad demonstrandam diuersitatem posuit.

27. GEMMATA E. L. S. uinum a Setio. in aurata, inquit, fiola cum uinum coloratum acceperis, time uenena. 'ardentem' ideo quia uinum splendescit in auro.

1. Crutoniates *PS. corr. p.* arborem *c.* 15. ut generaliter *PS. corr. s.* 16. aut *add. s.* Nerone *PS. corr. s.* 17. qui *PS. corr. c.* 18. usque — dictae sunt *ad* 25 *post* timet *ponunt PS.* Celealem *S.* 19. Troiani *PS. corr. p.* 21. ad Opis *Eremita.* 24. discrimine *C. Barth.* 27. coleratum acceperitis *PS. corr. p.* colatum *Elmenhorst ind. Apulei.*

29. RIDEBAT. duo sapientes filosophi Democritus et Heraclitus erant, quorum Democritus actus hominum omnes ridebat, Heraclitus uero flebat.

29. MOVERAT VNVM. qui hominum facta ridendo damnaret.

30. PROTVLERATQVE P. [32. MIRANDVM EST]. id est, non est mirandus adsiduus illius risus, sed mirandum est, unde lacrimae tantae habundarunt Heraclito.

33. PERPETVO RISV. quia ex splene risum dicunt gigni.

34. NON ESSENT VRBIBVS ILLIS. in ciuitatibus illis non erant praetextae, quarum Tarquinius Priscus usum inuenit et Romae intulit. palmatam dicit.

38. IN TVNICA Iovis. mappam mittentem in circo consulem describit poeta. nam 'tunicam Iouis' palmatam dixit, et togam Tyria purpura confectam, hoc est 'Serrana', ut Virgilius [georg. II, 506]: 'ut gemma uiuat et Serrano dormiat ostro.'

39. EX VMERIS A. T. eleganter 'aulea,' quasi latis uelis. Cicero [Cat. II, 10, 22]: 'uelis amictos, non togis.'

40. TANTVM ORBEM. tantam magnitudinem.

43. SCEPTRO Q. S. uirgam, quam consules portant, quia supra aquilas faciunt.

45. ET NIVEOS A. F. Q. in candidis togis officium facientes.

46. FECIT AMICOS. non amor uerus, sed sportula.

47. TVNC QVOQVE M. tunc quoque inuenit Democritus materiam risus, cum haec, quae in urbe fiunt, necdum essent reperta, id est, maior seueritas et minor uanitas esset.

50. SVB AERE NASCI. (51. RIDEBAT CVRAS). apud Apterim, uel Megarim, quae fuit patria Democriti. stulti nam ex

14. Iouis togam palmatam dixit Tyriam *PS.* Iouis et togam *Ferrarius de re uest. II,* 8. 16. Virgilius *p.* uirgo uestae *PS.* 16. bibat — indormiat *Vergilius.* 21. 22. quia super ea *Rutgers uarr. lectt. VI,* 18. quam super *C. Barth aduu. mss. CLXVIII,* 16. 27. est minor *PS. corr. p.* 28. Abderam *Schurtzfleisch.* 29. ut *P.* uel Megarim *om. S.*

caeli uitio uel regionis adsolent aestimari. Abderites nam fuit Democritus, ubi stulti solent nasci, id est Abderis. idcirco uult Democritum inter stultos prudentissimum natum.

52. CVM FORTVNAE I. M. [cum] fortunam contemneret, nihil se habere, quod ab ea exspectaret. quin immo infami digito ei turpiter insultabat.

54. PETVNTVR. ut Democritus dixit.

55. PROPTER Q. [INCERARE]. in signis insignare, uota facere.

57. PAGINA. aenea pagina, quae ante imaginem eorum stans omnes eorum gradus honorum inscribtos continet, quam nunc dicunt tabulam patronatus.

58. SEQVVNTVR. trahuntur, ducuntur.

59. INPACTA SECVRIS. si INTACTA noua, si INPACTA percussa, ab eo quod est inpingo.

60. CAEDIT. nam poeta equestres statuas et consulares dixit inmerito poenam sustinere, aut ad restem trahi, quod ait ‘sequi,’ aut certe et conflari, cum inimicorum fuerunt. propriis moribus dignam sustinuerunt sententiam, ex quo ostendit per hoc uitam nobilium. CRVRA CABALLIS. quibus uecti sunt honorati.

61. IAM STRIDENT IG. id est, conflatur statua, ut pecunia inde fiat.

63. SEIANVS. Seianus fuit Tiberio usque adeo carus amicus, ut nihil esset, quod ei a Tiberio petenti negaretur; usque adeo ut iam de eius cogitauerit nece, dispositis con-

1. ut regiones *PS.* a veritate *PS.* 2. Achiuus *PS.* 5. cum *add. p.* contemenere nihil sed habere *PS.* contemneret nihil dicens se habere *p.* 6. quod habeo *S.* 9. in ceris *f.* 11. lamina quae ante imaginem stans *Gesner ad Claudian. de laude Stil. II,* 244. 19. haut *c.* cum ii, quorum fuerunt, propriis *p.* cum qui fecerunt propriis *Rutgers uarr. lectt. I,* 16. 21. ostenditur posteritas nobilium *C. Barth.* et hoc ostendit propter nociua uota nobilium *Schurtzfleisch.* 27. *post* ‘adeo’ *excidisse uidetur* ‘ingratus’ *uel tale quid.* adeo etiam de eo cogitauerit necem *PS. corr. C. Barth.*

iurationis sociis, ut occiso Tiberio ipse regnaret. cum hoc cognouisset Tiberius, super eius nomine epistolam ad senatum misit. et sic per consules damnatus est cum omni progenie sua, usque adeo ut filiam eius uirginem iuberet senatus a carnifice stuprari et sic occidi, ut iure uideretur fuisse occisa. ORBE SECVNDA. quia praefectus urbi fuit. uenerabilis, secundus a Caesare Tiberio.

64. SARTAGO M. conchae breues, aut uasa turpia.

65. PONE DOMI. hoc quasi populus loquitur.

66. DVCITVR VNCO. [CRETATVMQVE]. candidum. quid tibi, inquit, prosunt dii, cum Seiano nil profuerint? ut Lucretius: 'cretatumque bouem duci ad Capitolia magna.'

70. QVO TESTE P. B. [71. VERBOSA]. multa nam superflua ad populum principes solent scribere.

72. A CAPREIS. insula in Campania. Virgilius [Aen. VII, 735]: 'Teleboum Capreis cum regna teneret.' ibi nam Nero habitabat.

72. INTERROGO SED QVID TVRBA REMI S. F. potestatem imperii.

75. FAVISSET. Fortunam uult intelligi poeta, quae apud Nyrtiam colitur, unde fuit Seianus. S. O. P. F. SECVRA. si, ut cogitabat Seianus, occidere factione Tiberium Neronem sua potuisset, fauore Fortunae modo Augustus esset.

76. HAC IPSA DICERET HORA. diceret (cum) Augustum populus Seianum, qui illi detrahit.

77. EX QVO SVFFRAGIA. id est, ex quo non est imperium populi, quod per suffragium diuersis uendat. hoc est, post Augusti monarchiam. id est, ex quo imperatores esse coeperunt.

1. ut *ante* 'dispositis' *ponunt PS.* 2. conamine *C. Barth.* 6. praefectus, urbi fuit uenerabilis *Iuretus.* 11. Lucilius *Dousa.* 12. ducit *PS. corr. p.* 16. Capreas *Vergilius.* 18. *lemmata scholl. ad* 72. 75 *in PS. turbata restitui.* 22. occideret *PS. corr. o.* 24. DICERET HORA AC IPSA *PS.* eum *c.*

78. VENDIMVS EF. ex quo nemo ambit ad populi honores.

81. PERITVROS AVDIO MVLTOS. iterum sibi loquitur populus pauens, cum Seianus tractus est.

82. NIL DVBIVM. multos habet fornax, quos exurat.

83. OBVIVS ARAM. aut patronus aut domnipredius.

84. EXIGAT AIAX. Tiberius Nero quasi insanus. si inferior fuit in bello. aut si scierit se a nobis fuisse contemptum. timeo, ne eum Tiberius occidat Nero cum se dicat male a senatu defensum, et parum aliquid in Seianum factum.

87. SED VIDEANT. proprii cuiusque serui, ne dicant dominos suos ad trahendum non conuenisse, ne calumnientur. quia praeceperat etiam seruos posse dominos accusare. quoniam dederat seruis potestatem, ut liceret dominos accusare in quibuslibet criminibus. ne indicium ergo de dominis facerent, si minus Caesarem uindicarent in corpore Seiani.

89. MVRMVRA VVLGI. haec inter se secretim loquebatur populus.

90. VISNE SALVTARI SEIANVS HABERE. hoc quasi ex persona poetae inseritur.

91. TANTVNDEM A. I. S. D. ut Seianus et consules facere.

92. ILLVM EXERCITIBVS. magistrum militum facere. TVTOR HABERI. patricius fieri.

93. PRINCIPIS A. G. C. Tiberius nam Nero secessum [eum] elegerat. de qua insula Augustus ἀπραγόπολιν dixit, quod ibi esset otii locus, ut ait Suetonius [Aug. 98]. IN RVPE SEDENTIS. significat et diu et turpiter uixisse in Capreis Tiberium, qui Seianum ueluti tutorem habuisset.

5. NIL DVBIVM *ad* 82 *ante* ‘timeo’ *ponunt PS.* capit *s.* 9. cum *PS. corr. p.* 12. proprie *PS. corr. Schreuelius.* 15. quoniam — Seiani *ad* 90 *post* SALVTARI *ponunt PS.* 23. facerent *PS. corr. p.* 27. eum *add. p.* aprogopolim *PS. corr. p.*

94. CVM GREGE C. D. V. cum magis aut mathematicis.

95. ET CASTRA DOMESTICA. iuxta aggerem primus castra posuit Seianus, id est super Diocletianas, quae dicta sunt castra praetoria.

97. POSSE VOLVNT S. Q. quid iuuat tanti aestimare bona, si cum his et mala proueniant?

99. SVMERE MAVIS. id est, praefectus et consul esse uolebas. quid uis, inquit, consul esse et praefectus cum periculo, an securus minorem dignitatem administrare? ut sis aedilis uel curator cuiuscumque paruae ciuitatis. ut iubeas tabernariis.

102. VLVBRIS. desertum Italiae oppidum, aut iuxta Romam.

104. SEIANVM. in tantum eum culmen Fortuna leuauit, ut grauiori lapsu postea deiciat.

108. QVID CRASSOS. nisi ueluti ad primam potentiam.

109. AD SVA Q. Syllam, Cinnam siue Caesarem.

110. SVMMVS. honorum culmen. regnandi cupiditas.

111. MAGNAQVE. dii nam irati exaudiant necesse est, et prestant contraria futura petentibus.

112. AD GENERVM. ad inferos. Plutonem dicit.

113. DESCENDVNT [SICCA]. incruenta, ac per hoc naturali, morte sua.

115. INCIPIT O. T. diebus festis, quibus Minerua colitur. aut quod intra quinque atria fit, [aut] atria habundat; nam dies quinque in uno festi.

116. QVISQVIS A. H. uilioris praetii fictile Mineruae sig-

2. *hoc schol. om. P. sed ad* 93 *post* ‘Suetonius’ *addunt PS.*: ET CASTRA DOMESTICA. iuxta aggerem primus castra posuit aut certe praetoria. 6. perueniant *P.* perueniunt *S. corr. Iuretus.* 9. si *P.* 10. uel] ut *PS.* 11. iuberes *PS.* 12. ait *Schurtzfleisch.* 14. enim *PS.* leuabit *PS.* 19. exaudiunt *PS.* contraria uota ea petentibus *Schurtzfleisch.* 22. incrementa *PS. corr. p.* 25. aut *add. Rutgers uarr. lectt. I,* 16. 26. quinque continui *Schurtzfleisch.* 27. fictilis *PS.*

num. aut certe eum nunc ostendit puerum, qui adhuc discit, et arcula sequitur eum. aut qui tenue adhuc eloquium habet.

117. QVEM SEQVITVR. [CAPSAE]. in qua signum aut codices reponit.

118. ELOQVIO S. V. Q. P. Demostenes et Cicero.

119. LARGVS E. Demosthenem et Ciceronem. nullus enim tanti fuit ingenii. ergo ambos affluens ingenium et eloquentia acerbissimae morti subiecit. ille nam a Philippo, hic ab Antonio occisus est.

120. INGENIO M. E. E. Ciceronis exitium describit poeta. addit etiam uersum. per haec omnia ostendit, libertatem linguae uel ingenium posse facile periclitari.

121. SANGVINE. numquam periclitata est mediocris eloquentia.

122. [O FORTVNATAM]. hic uersus male compositus est Ciceronis. et est cacemphaton. dicit ergo, si Cicero nihil peritius scripsisset, non interficeretur.

124. POEMATA MALO. malo me, inquit, esse deridendum poetam, quam bonum periclitari.

125. QVAM T. C. S. nam in Filippum magnifice dixit.

128. FRENA. *μεταφορικῶς*. cohibentem uulgi tumultum.

129. DIS ILLE ADVERSIS. Filippus rex Macedonum cum uicisset Athenienses et parceret ciuitati, Demosthenem sibi dari ad supplicium petiuit. uerum cum hoc ageretur, sumpto ueneno se interemit.

130. QVEM PATER. nam filius fabri ferrarii fuit Demosthenes.

133. BELLORVM. id est, alii militiam optant.

4. stilum *C. Barth.* 12. uerum *PS.* 16. *scholia ad* 122 *om. S. secunda manus in P adscripsit.* 23. Philippus rex Macedonum *ad* 'Philippica' 125 *refert Schurtzfleisch.* Antigonus *Eremita pro* 'Filippus', *quod post* 'Athenienses' *inseruit Schurtzfleisch.* 25. sucto *Schurtzfleisch.*

134. LORICA ET. spolia, quae tropeis solent adfigi, bello erepta.

136. APLVSTRE. id est, in arcu triumphali quae solent inponi. APLVSTRA. tabulatum ad decorandum superficium nauis adpositum. alii dicunt rostra nauis. ornamentum puppis, ἄφλαστα.

137. HVMANIS M. B. id est, non propter uirtutem posse uolunt, sed propter famam et gloriam; cuius causa etiam imperium adsumptum est.

138. INDVPERATOR. imperator.

139. EREXIT C. D. propter famam uolunt posse.

140. INDE HABVIT T. [SITIS]. corrupta gloriae cupiditas et desiderium.

142. PRAEMIA S. T. P. id est, multi propter gloriam suam et propter potentiam patrias perdiderunt.

143. GLORIA PAVCORVM. id est, Caesaris et Pompei et ceterorum.

144. CVSTODIBVS ATQVE. id est, inscribendis sepulchris.

145. [DISCVTIENDA]. dirumpenda. MALA R. B. F. in quibus saxis capraeficus nascitur.

147. EXPENDE. examina, pensa.

148. AFRICA MAVRO. quantum ab oriente distendit Oceanus.

150. RVRSVS AD AETH. P. duo sunt orientis et occidentis. in occasum Garamantici degeneres, in ortum Macrobioe praestantes aequitate aetate uirtute, qui iunguntur Mauritaniae.

151. PYRENAEVM. [IMPERIIS]. Hannibalis, quia et eam obtinuit.

153. DIDVCIT SC. nam dicitur primus Hannibal per Al-

6. adflasta *PS. corr. p.* 12. corruptae *PS. corr. Schurtzfleisch.* 23. duae *PS. corr. p.* orientes et occidentes *PS. corr. Schurtzfleisch.* 24. Macrobiae *PS.* Macrobii *Schurtzfleisch.* praestant eos *PS.* qui praestant alteros *s.* 25. qui — Mauritaniae *ante* ‘aequitate’ *ponunt PS.*

pem uiam fecisse, dum saxa montium ingentia igni primum exureret, deinde acetum acrum suprafundebat, et sic cecidit, et uiam fecit.

155. POENO M. P. id est, nisi portas infregero et Romam intrauero.

158. BELVA LVSCVM. constat nam Hannibalem a fulmine ictum oculum perdidisse, camelo solitum uehi uel elephanto. quia in Alpibus a frigore oculum perdidit.

161. MIRANDVS. post annos sedecim Hannibal Italia pulsus et in Africa uictus ab Scipione et postea pulsus a ciuibus fugit ad Antiochum Syriae regem, quem male inpulsum ad bellum Romanis inferendum, uictus cum regia classe deseruit. inde descendit ad Prusiam, Bithyniae regem. quo cognito Romani legatum mittunt ad Prusiam Quintum Flaminium, ut sibi daretur perducendus ad urbem Romam. quod ne fieret, praeuenit Hannibal hausto ueneno, quod sub anuli gemma omni tempore habuerat.

162. DONEC BITHYNO L. V. T. Prusia in Yrcania ciuitas.

165. CANNARVM V. quia populus apud Cannas, uicum Apuliae, ab Hannibale occisus est.

167. VT PVERIS P. ut de te pueri studentes dicant. ET DECLAMATIO F. deliberatiua, Hannibal utrum de Alpibus recederet.

168. VNVS P. L. Alexandro Magno. hic nam in Pella natus est Macedoniae ciuitate.

169. AESTVAT I. F. ita, inquit, Alexandro paruus uidebatur mundus ad regnandum, quasi solis desertis duabus insulis imperaret inclusus.

2. deinde — cecidit *om. S.* acre insuper affundebat *Eremita.* acerrimum *Henninius.* superfunderet et sic exedit *Schurtzfleisch.* 7. camillo *PS. corr. p.* 8. qui — perdidit *ad* 153 *post* ‘fecit’ *ponunt PS.* 9. per *PS. corr. C. Barth.* 18. Vrcynia *PS.* Bithynia *Eremita.* Vtinia *Schreuelius.* 19. qui *PS. corr. p.* quia L. Paulus *C. Barth.* 21. 22. *lemmata sch. ad* 167 *inuerso ordine leguntur in PS.* 24. Pelle *PS. corr. p.*

170. PARVAQVE S. P. insulae angustae, exulibus aptae.

171. CVM TAMEN A F. Babylonem significat Persarum ciuitatem, quam condidit urbem Samiramis, Nini uxor, et coctili latere muniuit, quem hodie dicimus ordinarium lapidem. in hac igitur urbe Alexander ueneno periit. haec urbs sexaginta milium circuitu patet [et] ex latere cocto circumdata est muris, quorum latitudo ducentos pedes detinet, altitudo quinquaginta. INTRAVERIT VRBEM. id est, Babylonem ingressus est deuictis Persis.

172. SARCOFAGO. quem uiuum mundus non ceperat, mortuus exiguo loco contentus est.

174. QVI GRAECIA M. Sersem dicit, Persarum regem, qui Athonem montem in Achaia dicitur perforasse et inmisisse terris nouum mare, pontum contabulasse nauibus, adque ita exercitum in Achaia transtulisse.

178. PRANDENTE. Sostratus poeta fuit. hic Xersis regis facta describsit. MADIDIS autem ideo, quia omnes, qui cum sollicitudine recitant, necesse est, ut tali eis sudent. sic Oratius [s. I, 9, 11]: 'sudor ad imos manabat talos.'

179. SALAMINE R. uictus a Graecis fugit.

180. IN CHORVM A. Q. E. solebat uerberare flatus. sic nam fingunt Graeci poetae. FLAGELLIS. uentos scilicet.

182. IPSVM C. P. dicebatur nam Xerses usque adeo uicisse procellas Ellesponti, ut uentos flagris conpesceret et ipsum Neptunum conpedibus uinciret.

182. QVI VINXERAT E. N. S. [183. MITIVS]. ironia. quia non cecidit, ne maculam ferret notae secundum ius. STIGMATE D. quia non hoc inscribi iussit.

7. tenet *s*. 11. loculo *Schurtzfleisch*. 13. Athon — Thracia *Burmann ad anth. Lat. I. p.* 193. 15. Thraciam *Burmann*. 18. ut tali eius *S*. ut tale eius *P*. ut alae eius *p*. ut alae eis *Schreuelius*. 21. flagris *s*. 22. uento *PS. corr. c*. 23. dicebat *PS. corr. Schurtzfleisch*. 24. uicisse se *p*. 27. inferret *p*. 28. quia os non inscribi *C. Barth*.

184. CREDIDIT H. quia pontem mari superposuit, finxerunt illi seruisse Neptunum, quemadmodum Laumedonti regi Frygiae. [DEORVM]. propter Apollinem, quia seruiuit Admeto.

185. SED QVALIS REDIIT. interrogatiue pronuntiandum.

188. DA SPATIVM. prolixum tempus uitae.

189. PALLIDVS O. laetus et tristis uitam longam optas. senectutem optas in quocumque statu fueris.

190. LONGA S. N. T. haut iuuat, his nocet.

192. PRO CVTE PELLEM. senectus praestat.

194. QVALES VMBRIFERO. opacas siluas esse in Africa poeta dicit, in regione Thabracena, in quibus simiae nascuntur.

196. PVLCHRIOR ILLE. qui discerni possunt inter se.

198. VNA SENVM F. id est, dissimiles et multae figurae sunt in iuuenibus, et est unicuique sua gratissima, quod quidam pulcher est, alter fortis, alter eloquens. senibus enim una esse uidetur forma.

199. ET IAM L. C. M. I. F. N. ita nam senibus humor de naso, ut infantibus, pendet.

200. FRANGENDVS M. G. P. notandum masculino genere dixisse, ut hic gingiua. quia dentes ruerunt, gingiua panis frangendus est.

202. FASTIDIA Cosso. heredipetae.

203. TORPENTE PALATO. nullus illi sapor inest.

204. GAVDIA N. C. ut Virgilius [georg. III, 97]: ‘frigidus in Venerem senior.’

205. CVM RAMICE N. penis. ut Virgilius [georg. III, 99]: ‘ut quondam in stipulis magnus sine uiribus ignem’. ramicem dicit intestinum.

3. propter — Admeto *post* ‘pronuntiandum’ *ponunt* **PS.** *corr. p.* 8. senex optas — fueris *post* ‘nocet’ *ponunt* **PS.** 9. aut iubat **PS.** 13. queis ***Henninius.*** quibus *s.* 16. senibus autem *s.* 21. ut sit hic *s.* quum ***Lindenbrog.*** 27. penes **PS.** *corr. p.* 28. ignis ***Vergilius.***

206. ETQ. V. T. PALPETVR. fricetur, praepudietur.

208. SVSPECTA L. ut infames dicantur, quia adpetunt feminam cum coire non possint.

209. QVAE VENEREM. aliut de eo suspicantur, qui sine ullo calore coitum desiderat.

210. CANTANTE V. id est, quod per aetatem nec audit uocem nec delectatur, quamquam ad spectaculum conueniat.

214. QVI VIX CORNICHINES. id est, usque adeo non potest delectari cantilena et cithara, quem strepitus cornicinum non commouent.

216. QVEM DICAT V. P. QVEM. nisi puer admoneat, nihil sponte sentit, quia per aetatem nec uidet.

217. PRAETEREA MI. G. ut Virgilius [Aen. V, 395]: ‘gelidus tardante senecta sanguis hebet.’

219. MORBORVM. id est, omne genus aegritudinis. ut Terentius dicit [Phorm. IIII, 1, 9]: ‘rogas? senectus ipsa morbus est.’

220. OPPIA MOECHOS. facilius dicam nomina uel numerum moechorum, quos amauit Eppia.

221. QVOD THEMISON A. archiater illius temporis, cui detrahit.

222. QVOD BASILIVS. aduocatum illo tempore praeuaricatorem.

223. EXORBEAT VNO. hanc ostendit ore fuisse inpuram.

224. HAMILLVS. magister, infantum corruptor.

225. PERCVRRAM C. S. Q. V. quod uillas habeat ex tonsore hodie (qui me tutundit) senator factus.

227. AMBOS. redit ad senes.

1. *schol. hoc om. S.* praeputietur *C. Barth.* propudietur *Schreuelius.* 2. dicunt *PS. corr. p.* qui *PS.* 4. QVAE VENEREM *post* ‘suspicantur’ *ponunt PS.* 6. paruitatem *PS. corr. o.* per aeuitatem *c.* 11. 12. quem — sentit *post* ‘commouent’ *ponunt PS.* 16. rugas *S.* 26. 27. extonsor eo die *PS. corr. o.* habeat hodie, qui me totondit, ex tonsore senator *s.* Licinius qui prius tonsor fuerat *supra scriptum in P.*

229. DIGITIS ALIENIS. cheragra est debilis, qui ab alio cibatur.

230. DVCERE RICTVM. os applicare, ut pulli hirundinis.

231. [PLENO]. (SED OMNI). pleno enim ore uolat, dum incibat filios suos.

233. DEMENTIA QVAE NEC. ad postremum, quod desipes efficiuntur.

234. NOMINA S. R. id est, incipit nullum agnoscere de seruis, nec filios suos aut amicos.

238. AD PHIALEN T. inpuram hanc fuisse demonstrat poeta mulierem et artificem ad inquietandum senis inguinem, ex eo quoniam diu prostiterit.

240. VT VIGEANT. pone, ut non sit demens, qui diu uixerit, tamen omnes effert ipse suos filios.

242. SORORIBVS VRNAE. urnae uasa, in quibus mortuorum ossa componebantur, postquam corpus arsisset.

246. REX PYLIVS. Nestorem dicit, qui dicitur tertiam usque aetatem uixisse, id est trecentos annos, ut dicit Homerus.

247. EXEMPLVM VITAE. alii dicunt, quia plus uixit, quam duae cornices possunt uiuere.

250. [MVSTVM BIBIT]. aut multos autumnos uidit.

251. ATTENDAS. peto, ut modicum uideas.

253. ANTILOCHI. filium suum plorauit Antilochum, quem Memnon auxilium patri ferentem occidit in Troia.

254. QVISQVIS ADEST. ab omnibus, qui ei solatium praestabant.

257. ADQVE ALIVS. Laertes propter Ulixen. NATANTEM. naufragum.

1. cheragrae debilis *PS.* 5. cibat *Schurtzfleisch.* 6. desides *p.* desipientes *Schurtzfleisch.* 8.9. de suis *PS. corr. s.* 11. mulierem *s.* interea *P.* inequitandum *Schurtzfleisch.* 12. quam *PS. corr. Schurtzfleisch.* quod *s.* quam diu ex eo *S.* 14. effer *PS. corr. p.*

259. ASSARACI M. S. id est, felix etiam fuisset Priamus, si ante incendium Troiae fuisset mortuus, cuius funus omnes filii sui deduxissent.

260. PORTANTE AC R. quae solent a filiis in funere patrum fieri.

264. COEPERAT AVD. bene 'audaces', quia Helenam, alienam uxorem, ablaturae erant.

265. EVERSAM. prolixa uita ergo hoc illi praestitit. ut Virgilius [Aen. II, 507]: 'urbis uti captae casum colapsaque uidit.'

267. ARMA TIARA. 'posita tiara', id est corybantio. ut Virgilius [Aen. II, 509]: 'arma diu senior desueta trementibus aeuo circumdat nequiquam umeris.'

268. ET RVIT ANTE ARAM: occisus est. ut Virgilius [Aen. II, 502]: 'sanguine foedantem, quos ipse sacrauerat, ignes.'

270. ARATRO. contemptus ab aratro senex, qui non potest laborare, id est arare.

271. SED TORVA CAN. excaecato Polymestore Hecuba cum saxis impelleretur a populo Thracum, uersa in canem fertur.

272. LATRAVIT RICTV QVAE. Hecubam dicit, quod in cane sit uersa; an quia Graecis conuicia congerebat, canem nominauerunt?

273. TRANSEO PONTI. Mitridates cum per quadraginta annos aduersus Romanos dimicasset, cum Farnacem filium suum apud ceteros eius fratres uoluisset occidere, ab omni relictus exercitu est, et exhausto ueneno periit, accepto

4. funera *PS.* quia solent a filiis funera patrum fieri *s.* 9. conuolsaque *Vergilius.* 17. aratore *C. Barth.* quia *C. Barth.* 18. arare id est laborare *Schurtzfleisch.* 20. impetereturc. 27. sicut ceteros *p.* aeque ut ceteros *Schurtzfleisch.* 28. exercitu ense periit cum hausto ueneno ex accepto frequenter antidoto ita perire *Schurtzfleisch.*

frequenter antidoto, ut perire non posset. postea uero Farnaces successit eius imperio.

274. ET CROESVM. cum enim interrogatus fuisset Solon a Croeso, si aliquem uidisset tam gloriose regnantem, ille dixit debere uitae ultimae euentum expectari. quem cum Cirus captum uictor uiuum iussisset in rogo inponi, clamare coepit Solonem non sibi esse mentitum. adque ita est a Ciro liberatus timente ne aliquid sibi faceret in extrema uitae spatia perduranti.

276. EXILIVM ET CARCER. cum Silla cum Iugurtha in Africa pugnaret, Marius supra ipsum ambiit, et missus est. illo remoto, uicit. posthaec cum denuo ad Mitridatem Sylla mitteretur et profectus esset in Campania, iterum coepit ambire supra eum. exinde discordia inter eos nata est. uerum cum Sylla reuerteretur ob hanc causam, Marius fugit et latuit in calamis in Minturnarum paludibus. qui cum fuisset ibidem agnitus, in carcerem missus est; et cum carnifex ad occidendum eum missus esset, uisa circa eum tanta maiestate, uel quid futurus esset, relicto gladio pauens fugit ac retulit cognita his, a quibus missus fuerat. illi eum dimitti iusserunt. qui cum fuisset dimissus, in Africam abiit, id est Carthaginem. ibidem solutis ergastulis Romam uenit et omnes Syllanos occidit et receptus a Cinna tunc consule tenuit urbem. postea consul VII. fuit. Sylla posito in bello. qui ante aduentum Syllae fato suo mortuus est.

5. ultimum c. expectare *PS. corr. C. Barth.* 7. ad quae dicta *C. Barth.* 8. aliquid sibi fata ferrent *C. Barth.* aliquid simile accideret *Schurtzfleisch.* extremo *PS. corr. C. Barth.* 9. spatio perdurante *PS. corr. C. Barth.* per duram sortem *Schurtzfleisch.* 14. et inde *P.* 16. in gallis *PS. corr. Rubenius electt. II, 28. del. C. Barth.* mituanarum *PS. corr. p.* 18. carnifex e Galliis ad *C. Barth.* 19. uelut quid futurum esset *Schurtzfleisch.* et quis c. *mihi lacuna esse uidetur.* 22. id est Carthaginem *del. Schurtzfleisch.* 23. consul *PS. corr. s.* 24. *etiam hic quaedam exciderunt.*

277. ET MENDICATVS. ut Lucanus. ET MENDICATVS AVCTA CARTHAGINE PANIS. Carthaginem pro Africa posuit, cuius partem Numidiam uicerat Marius sub Iugurtha.

281. BELLORVM P. si triumphi media pompa cum bellis finiret et uitam.

282. [TEVTONICO]. de triumpho Gallico.

283. PROVIDA P. P. nam dicitur Pompeius mox quam suscepit bellum ciuile contra Caesarem, in Capua uehementer aegrotasse. et qui non potuit febri emori, seruatus est, ut a Caesare occideretur.

287. LENTVLVS, qui proditor fuit, et Cethegus, coniuratus Catilinae, talem mortem non pertulerunt, sed laqueo, quasi coniurati, non gladio, perierunt.

290. MVRMVRE C. V. R. id est, cum ad templum Veneris uadit.

291. VSQVE AD DELICIAS. id est, usque ad hoc deliciae hominum ueniunt, ut pulchritudinem optent filiis suis.

292. LATONA DIANA. a maiore ad minus.

293. LVCRETIA Q. Lucretia uxor Tarquini Conlatini, quam Tarquinius, amorem eius non sustinens, inuitam dicitur conrupisse. propterea illa mortem adsciuisse sibi dicitur.

294. IPSAM HAB. C. P. R. V. Virgineam Appius decemuir adamatam clienti, quem ob hoc subornauerat, in seruitutem addixerat. propter quod eam pater Virginius interemit, decemuiris imperium abrogatum, Appius in carcere necatus est.

301. SANGVINEM FERVENTEM. cito erubescentem.

302. [LARGA]. abundans. PVERO CONF. P. PL. quid plus potest conferri pueris, nisi ut boni mores tradantur et custos adhibeatur? sed haec omnia uincit natura.

1. *Lucani uerba II*, 69. 70 *exciderunt*. 3. uicerit *PS*. 21. propter illam *PS*. propter quod illa *p*. 22. december *PS. corr. p*. 25. obrogatum *PS. corr. p*. 29. in pueris *PS. corr. s*.

304. [NON LICET]. quod corruptores prohiberi non possunt. CORRVPTORIS. interim omnia ad custodiendum fiant, nam inter uiros permanere formonsus non potest.

312. MAIORA EXP. T. D. [306. NVLLVS]. id est, tyrannus nullum ephebum in arce sua retentum in adulterio foedum castrauit. nisi formonsum.

310. INVNGET IVV. S. L. exulta in pulchritudine filii tui, cui multorum erit causa malorum et ingentium.

313. MARTIS. qui cum Venere deprehensus est in adulterio.

315. PLVS QVAM LEX. VL. D. RI. plus nam dolentes mariti in adulteros quam quae lex iubet exercent.

317. ET MVGILIS INTRAT. piscis, grandi capite, postremus exilis, qui in podicem moechorum deprehensorum solebant inmitti.

318. SED TVVS ENDYMION. tuus pulcher. Indymion pastor, quem Luna adamauit.

319. SERVILIA. nomen cuiusdam mulieris turpissimae.

320. EXVET OMNEM CORPORIS ORNT. pro libidine usque et sua ornamenta, inquit, donat mulier, ut tantum ad suam libidinem possit inducere filium tuum.

322. INGVINIBVS S. E. H. OP. quaelibet nobilis matrona. [ING.] in desiderio uiri.

323. DETERIOR TOTOS. nihil aliud praeter libidinem spectat.

324. SED CASTO Q. F. N. quasi obiectio. quid enim, si castus fuerit, pulchritudo nocet?

325. HIPPOLITO. id est, quid profuit castitas Hippolito et Bellerofonti? non propterea damnati sunt?

5. tentum *PS.* 8. quae ei *s.* 11. dolent *PS. corr. s.* maiora in *o.* 12. qua qua *PS. corr. o.* 13. capitis *PS. corr. s.* postremis *p.* in postremis *s.* 23. ING. *add. s.* 24. propter *PS. corr. C. Barth.*

326. FASTIDITA REPVLSO. Phedra Minois filia, uxor Thesei, nouerca Ippoliti.

327. NEC STENEBO. Proeti uxor, quae amauit Bellerofontem.

328. SAEVISSIMA T. E. dum laesus amor irascitur. ut Virgilius [Aen. V, 5]: 'dum magnos amore dolores polluti, notumque furens quid femina possit.'

329. ELIGE QVIDNAM. dum laesa aut contempta erubescit.

330. NVBERE CAESARIS VXOR. uxor Claudii Messalina, quae Gaio Silio palam nupsit, inducto etiam Claudio, ut adeo tabulas dotales obsignaret; (quod) quasi de industria simularentur ad auertendum periculum, quod inminere ipsi per quaedam portenta ostenderetur.

331. OPT. Silium transeuntem per forum rapuit Claudius et necauit.

333. MESSALINAE O. uidente ipsa, id est, ante oculos amatus crucifigitur.

334. FLAMEOLO. quo noua nupta operitur. GENIALIS IN ORTIS. lectus, ubi concumbunt.

335. CENTENA DABVNTVR. secundum morem, dos scilicet.

336. AVSPEX. auspices scilicet solebant nuptiis interesse.

337. COMMISSA PVTABAS. clanculo celebrari.

338. NON NISI L. Q. VV. N. B. Q. id est, illa adultera.

339. PEREVNDVM ER. A. L. si contradixeris, morieris; si consentias, paululum mortem differes.

342. INTEREA TV. interea dum ad illum peruenit crimen admissum, tu illi uel tibi fac satis. nam siue indulseris, siue negaueris, tantundem erit.

6. duri magno sed amore dolores polluto *Vergilius.* 10. Silo *PS. corr. p.* 11. ad tabulas *PS.* 12. simularetur *p.* simulauit *Eremita.* 13. per quem dum *PS. corr. f.* si quidem tum *Schurtzfleisch.* portenderetur *c.* 14. Hostilium *PS. corr. s.* 21. scilicet] ut *PS.* autem *c.* nam *s.* 24. moreris *PS. corr. s.* 25. differis *PS. corr. s.* 27. ue tibi *PS. corr. p.*

346. NIL ERGO O. T. B. obiectio cum interrogatione.

347. NVMINIBVS Q. in uoluntate deorum.

350. CARIOR EST ILLIS. ipsi non petiti bona praestabunt. plus enim nos ipsis cariores sumus, quam nobis.

351. CVPIDINE DVCTI. caeco siue uano desiderio.

353. FVTVRA SIT VXOR. sciunt futura.

354. VOVEASQVE S. C. L. uotum facias in templis.

355. MACVLA PORCI. pinguia quaedam uiscera.

356. IN CORPORE SANO. hoc solum petendum est.

357. TERRORE C. R. T. qui mortem contemnat.

358. [MVNERA]. pro donis mortem habeat.

359. LABORES. quidquid inperat natura.

361. HERCVLIS AER. N. C. D. S. V. Q. L. id est, laborum gloriam petat, et praeferat labores deliciis.

362. ET VENERE E. C. S. E. P. S. P. Sardanapallus rex Asiriorum luxuriosus. de quo Tullius in tertio de re publica sic ait: 'Sardanapallus ille uitiis multo quam nomine ipso deformior.'

364. PATET VNICA VITAE. uia, qua sola quieta potest esse uita.

365. PRVDENTIA N. T. ne quidem deos, qui sapiat, timebit.

366. NOS FACIMVS. dum petimus aut speramus aliquid.

2. uolumptate *P.* uoluptate *S.* 4. plusque, nam *Schurtzfleisch.* ipsi *PS. corr. p.* 11. pro — habeat *ad* 356 *post* 'petendum est' *ponunt PS. corr. c.* 14. ferat *PS. corr. Lachmann.* laborem gloriae praeferat *Schurtzfleisch.* 19. 20. quae — uitae *PS. corr. s.* 21. ne quid *PS. corr. C. Barth.* non, inquit, deos *s.*

SATVRA XI.

DE COMPARATIONE VICTVS LOQVITVR AD PERSICVM.

1. ATTICVS EXIMIAE. ad Persicum scribit in eos, qui ultra uires familiaris rei pretiosas epulas conparent ad extruenda conuiuia.

2. SI RVTILVS D. M. nunc poeta nomina duo posuit, cum de generalitate loquatur. per Atticum uero diuitem uult intelligi quemlibet, per Rutilum autem pauperem. quem dementem ideo dixit, quia in diuitibus quae humanitas dicitur, haec in paupertate dementia habetur.

3. CONVICTVS TH. M. S. S. deest, loquuntur omnes.

6. SVFFICIVNT. dum iuuenis est.

7. PROHIBENTE T. qui custodes erant libertatis.

8. SCRIBTVRVS L. [REGIA]. superba et delicata. id est, se auctoraturus. aut haec scribturus, quae iuris et consuetudinis erant ab his describi, qui accepto praetio se in ludum distrahebant.

9. MVLTOS P. eos uult intelligi, qui ex pecunia sibi credita luxuriantur. SEPE LVSVS AD IPSVM. id est, frequenter delusi ex pollicitatione redibitionis ibi eos expectant, ubi res aptae luxuriae distrahuntur.

11. CAVSA PALATO EST. tantum propter gulam uolunt uiuere.

14. INTEREA GVSTVS. hos gustus, masculinum.

3. familiares *PS. corr. p.* 7. de generali tacite *Schurtzfleisch.* uero *del. s.* 14. superba dictata *Rutgers uarr. lectt. II*, 16. *Gothofredus ad cod. Theod. III. p.* 327. et destinata *Lachmann.* 15. aucturaturus *PS. corr. p.* 15. et *s.* 16. hisdem scribi *PS. corr. s.* ludo *PS. corr. s.* 24. masculinum *del. Schurtzfleisch.* uox culinae *s.*

15. NVMQVAM A. N. P. intensius ea emunt, quae carius distrahuntur. haec enim eos plus delectant.

17. M ARCESSERE SVMMAM. non dubitant mutuo accipere, quae perdant magis, quam erogant.

18. LANCIBVS. id est, argentum uendet aut matris suae imaginem, si in auro picta est aut in argento.

19. [GVLOSVM FICTILE]. ypallage. nam 'gulosum' dixit pro eo, quod gulosis paratur; 'fictile' autem, patinam accipiens uel cacabum gulosis cibis compositum.

20. FICTILE. id est, cum non habeant unde manducent, distrahent se ad ludum. [MISCELLANEA]. genus miserabile ferculi. MISCELLANIA LVDI. miscellania, cibus gladiatorum. id est, ultima caena. ideo miscellania, quia omnia, quae apponuntur eis, miscent et sic manducant.

22. SVMIT. bonum nomen uel famam accipit.

24. SVBLIMIOR ATH. id est, pauper, qui nouit quantum distat a diuite, et tamen non se agnoscit et quasi dives luxuriatur. ATHLANS. metafora a montibus.

26. IGNORET Q. id est, a maiore patrimonio paupertas aut mediocris res familiaris.

27. *γνῶθι σεαυτόν*. Socratis philosophi dictum. id est, agnosce te, qui sis, et secundum possibilitatem tuam age.

28. FIGENDVM E. M. in memoria habendum, (29. CONIVGIVM Q.) considerandum semper.

31. TRANSDVCEBAT VLIXES. idoneum existimabat, transferebat.

32. ANCIPITEM. defendere negotium iniustum aut dubium, considera eloquentiam tuam, si ad defendendum est idonea.

1. intensiose *PS.* intenti si *Schurtzfleisch.* INTERIVS SI *s.* 4. erogent *p.* 5. uendat *PS. corr. p.* 8. accipies *Schurtzfleisch.* accipe *s.* 9. ut *PS. corr. s.* 11. *post* 'ludum' *ponit Schurtzfleisch* 'et sic manducant'. 13. idem est ultimae caenae *Schurtzfleisch.* in ultima *c.* 15. accepit *PS. corr. p.* 17. distrahet *S.* distrahetur *c.* sed quasi *Schurtzfleisch.*

34. ET MATHO BVCCAE. iactanticuli, qui tantum buccas inflant et nihil dicunt.

35. NOSCENDA EST M. S. id est, consideranda in omnibus rebus est mensura uniuscuiusque rei, et si ad hanc sufficit, sic eam debes adsumere.

36. IN SVMMIS M. N. S. Q. etiam in rebus uilissimis.

37. NE MVLLVM CVPIAS. praetiosum piscem non debes emere, cum sis pauper.

39. ERE PATERNO. qui euentus subsequitur comestorem, cum crumenam non habeat (AC REBVS), id est patrimonium.

40. FENORIS ATQVE. cum omne patrimonium suum in uentrem mergat.

43. ANVLVS ET DIGITO. post omnia uendit anulum e digito, et comedit.

44. NON PREMATVR. id est, non magna metuenda mors in iuuenta luxuriantibus, quam senectus.

46. HI PLERVMQVE. frequenter his rebus ad summam aegestatem peruenitur, et cum a creditoribus sumptam pecuniam deuorauerint, in exilium sponte eunt, id est ad Baias, ubi maior est luxuria, ubi et reliquam, si est, pecuniam deuorant. tunc nam eunt, cum superest aliquid, et ne sit facultas creditori repetundi pecuniam suam, exilium sibi indicunt. PECVNIA ROMAE. mutuo accepta ante creditores comedunt.

48. FENORIS AVCTOR. consumptam pecuniam cum uidet creditor.

49. QVI VERTERE SOLVM. exilium pati.

50. CAEDERE N. Q. F. id est, nihil est deterius, quam abesse foro, ut et patriam deserere patiaris.

1. bucces *PS. corr. p.* 5. sufficis *C. Barth.* 10. cum cum non *S.* cum non *P. corr. s.* 13. 14. digito uendit et *PS. corr. c.* 15. magis *p.* mors inuenta *PS. corr. p.* 20. deuorarent *P.* deuorauerint *S.* deuorent *p.* 21. nam eum cum *PS.* 25. consumpta pecunia *PS.* 29. foro et ut et *P.* deferre *PS. corr. c.*

51. MIGRARE S. B. R. id est, tantum est illis deserere patriam suam uel forum, quantum est qui a Subura, frequentissima regione, ad Diocletianas migret, ubi solitudo est.

53. CIRCENSIBVS VNO. hoc tantum dolent, annum abesse patriae suae.

56. EXPERIERE. num non prestem uita quod ut uiuis dicam.

57. PERSICE. intelleges, inquit, Persice, utrum praeceptis meis uita conueniat, sed ne dum ego parsimoniam laudo. ideo ‘siliquas’ opposuit luxuriae rictui.

58. SI LAVDEM SILIQVAS. id est parcitatem. nam proprie siliqua est, qua legumina continentur.

59. CORAM ALIIS. id est, ante alios, ut frugi uidearis, pultes aut legumina iubes parentur tibi, in aurem autem puero alia dicis tibi parari.

60. NAM CVM SIS C. N. V. quia te mihi conuiuam futurum promisisti.

63. ALTER AQ. A. F. M. S. A. S. nunc poeta uult hoc intelligi. cum, inquit, sis uir magnus, exciperis tamen a me hospitio paupere, ut scilicet Hercules ab Euandro aut Aeneas [Vergilius Aen. VIII, 362]: ‘haec, inquit, limina uictor Alcides.’ ALTER A. Aeneas, qui in Numicium fontem lapsus creditur consecratus. ideo ait ‘aquis.’ ‘flammis’ uero Hercules, qui in Oeta monte se incendit, non tolerans ardorem uestis, quam ei sanguine Nessi Centauri tinctam uxor sua causa pelicis Deianera uestiendam porrexit.

2. quasi a Subura *o.* 4. annum — suae *ad u.* 46 *in fine adscribunt* ***PS.*** *transposuit* ***Rutgers*** *uarr. lectt.* ***II,*** 16. 6. nam ***PS.*** uita c. quod ***S.*** 7. dicas ***P.*** 8. intellegis ***PS.*** *corr. c.* 9. sed nudus ***C. Barth.*** patrimonium ***PS.*** *corr. p.* coenae dum ego parsimoniam ***Rutgers*** *uarr. lectt.* ***II,*** 16. *post* ‘laudo’ *quaedam exciderunt.* 10. posuit-rictu ***PS.*** *corr.* ***Rutgers,*** *qui confert Petron.* 55: ‘luxuriae rictu Martis marcent moenia.’ 11. proprie cuticula ***C. Barth.*** 13. frigi ***PS.*** *corr. p.* 16. qui ***PS.*** 18. NAM. poeta ***s.*** 24. quia ***c.*** 25. quam in ***PS.*** *corr. s.* tinctam causa pelicis uxor ***Schurtzfleisch.*** 26. uestiendum ***PS.*** *corr. p.***

64. FERCVLA. id est, ordinem conuiuii hodierni, quod tibi exibiturus sum, exponam.

65. DE TIBVRTINO V. P. G. lactans, qui adhuc herbam non contigit. ut Virgilius [ecl. II, 42]: 'una die siccant ouis ubera.'

68. ET MONTANI. quia sunt et in hortis.

70. CALENTIA F. N. recentia oua cum ipsis gallinis.

72. IN VITIBVS VVAE. uuae, quas suspensas seruauimus.

74. AEMVLA PICENIS. tamquam Picena.

76. AVTVMNVM. [75. FRIGORE]. hieme. nam sicca poma non incitant morbum humore nociuo consumpto.

76. SVCI. id est, iam digesto suco malo.

77. HAEC OLIM. id est ueteres, qui licet adhuc parce uiuerent, tamen iam antiquam parsimoniam egrediebantur.

78. [CVRIVS]. de hoc Cicero in Catone maiore [16, 55]: 'Curio ad focum sedenti magnum auri pondus Samnites cum obtulissent, repudiati sunt. nam aurum habere praeclarum sibi uidere dixit, sed his qui habent aurum, imperare.'

80. COMPEDE F. fossis frequentis.

82. GRATE. in grate pendens laridum.

83. MORIS ERAT. id est, ut non tangerent, nisi festis diebus.

85. ACCEDENTE NOVA. recenti. NOVA. ut [Vergilius Aen. V, 78]: 'duo lacte nouo.'

87. CASTRORVM IM. dux, magister exercitus.

88. SOLITO M. T. R. citius solito, ante horam nonam.

89. ERECTVM D. T. R. F. sola dignitate clari. nam nec superbi, nec diuites. MONTE L. G. N. fosso, subacto monte.

91. ET SCAVROS. Fabium censorem dicit, cui in cen-

4. bina *Vergilius*. 12. iam] non *PS quod del. s.* 14. biberent *PS. corr. Rutgers uarr. lectt. II*, 16. anticum patrimonium *PS. corr. p.* 17. attulissent *Cicero*. non enim aurum *Cicero*. 18. uideri — eis — haberent *Cicero*. 21. tangeret *PS. corr. s.* 29. Fabricium *PS. corr. Rutgers uarr. lectt. II*, 16. in cepsuram *PS. corr. p.*

sura Maximi nomen obuenit, qui luxuriam reipublicae damnans a collega Publio Decio postulauit, ut aut ipse, quemadmodum ei uideretur, mores hominum emendaret priorum censorum neglegentia perditos, aut pateretur se reuocare pristinum ciuitatis statum: quorum si neutrum faceret, minitatus abdicaturum se eum magistratu. Decius ergo exterritus permisit ut quemadmodum uellet rempublicam administraret se consentiente.

93. NEMO INT. C. R. inter necessaria.

94. NATARET. ut lectum testudineum haberet. lectos nam antiqui testudine Oceani ornabant.

95. ET NOBILE F. C. H. nobilius dixit lectum.

96. SED NVDO LATERE. non ornata sponda.

98. ALVMNI. rustici infantes.

99. TALES ERGO CIBI. talia conuiuia eorum, quales et res familiares.

100. NESCIVS ARTES. signa siue alias ornaturas.

102. MAGNORVM. magno artificio confecta pocula. POCVLA MILES. id est, ut de poculis fractis faleras et alia ornamenta militaria fabricarent.

105. IMPERII FATO. a dis, ut pueros nutriret Remum et Romulum.

106. AC NVDAM EF. Martis ad Iliam uenientis, ut concumberet.

107. OSTENDERIT HOSTI. de aere pendentis.

109. FARRATA CATINO. cibus ex farre, qui cibus primus antiquorum fuit.

110. OMNIA TVNC I. Q. B. I. V. hoc est, omnia tunc praestantiora erant et tanti praetii, quibus, si auarus [sis], inuidere possis.

1. maxime *PS. corr. p.* 6. abdicaturus eum *PS. corr. p.* se eo *c.* 12. dixit quam lectum *p.* 19. faleres *PS. corr. p.* 23. aliam *PS. corr. p.* 29. sis *add. p.*

112. NOCTE FERE. conturbantibus Gallis Senonibus repente uox monentis audita est, hostem cauerent. itaque hostibus pulsis, restituta urbe, templum constitutum est et consecratum deae Monetae. dicit nam Iouem aduentum Senonum praenuntiasse Gallorum. unde Virgilius [georg. I, 474]: ‘armorum sonitu tota Germania caelo audiit.’

114. OFFICIVM VATIS. officium sacerdotis et aruspicis dii fecerunt. [PERAGENTIBVS]. sacerdotum munere fungentibus. ipsorum enim fuerat inminentia Romanis pericula nuntiare.

116. IVPPITER AVRO. id est, cum necdum auro textus esset, sed fictilis tota Iouis conpago, magna pro nobis cura uigilabat.

117. EX ARBORE M. S. ut mensas facerent nucinas.

119. DEIECERAT EVRVS. quam uentus deiecisset.

122. ORBES. eburneam mensam, ex ebore factam.

123. PARDVS HIATV. pardus, qui sustineat orbem.

124. YENES. ciuitas Aegypti.

125. ET MAVRI CELERES. nam et apud Mauritaniam interiorem dicuntur nasci elefanti, unde et Hannibal habuit. praeterea hoc nam addunt, quod cum senserit se grandes habere dentes, in terram eos figit et inde abducto capite eos amittit.

126. BELVA SALTV. locus in India, ubi nascuntur elefanti.

127. SVRGIT OREXIS. libido uescendi. HINC. delectat cibum capere, si mensa est eburnea.

128. [PES]. mensae scilicet.

1. incursantibus *s.* repente] rem publicam *C. Barth.* 4. dicunt nam lunonem *s.* 6. sonitum — toto *Vergilius.* 8. more fugientibus *PS. corr. f.* timore fugientibus *Eremita.* more sagientibus *Rutgers uarr. lectt. II,* 16. choris fugientibus *C. Barth.* 10. tectus *Schurtzfleisch.* 13. fierent *P.* fuerent *S. corr. Henninius.* conficerent *C. Barth.* uiderent *c.* mensae fierent nucinae *Eremita. Rutgers.* 20. hoc etiam *Henninius.* 23. lucus *S.* 25. delectatur *c.* allectat *o.*

129. ANVLVS IN DIGITO Q. F. ut est, inquit, nobis uilis anulus ferreus, ita illis mensae pes argenteus, nisi fuerit elefanti dente conposita.

130. SIBI COMPARET E. R. id est, quia me ex comparatione contemnit, non eum inuito.

135. RANCIDVLA. quia ossea sunt manubria.

136. SED NEC STRVCTOR. [cui] quasi magistro subiaceant omnia.

137. PERGVLA. coquina, in qua uoletaria ponuntur.

138. PYGARGVS. pygargus fera est in specie cerui, quae retriores partes albas habet. ideo et dictus est pygargus, quia Graece nates *πυγὴ* dicuntur, et album *ἀργόν*. aut pygargus auis genus clagalopes appellatur.

139. ET SCYTICHAE. Fasianus, *ἀπὸ τῆς Φάσιδος*.

COPTERVS INGENS. genus auis, quae habet pennas colore foenicio, in aqua semper est, abundans in Africa. huius rostrum tam prolixum est et curuum, ut nisi merso capite aqua in os ipsius non possit intrare.

140. ET GETVLVS OR. oryx animal minus quam bubalus, quem Mauri uncem uocant, cuius pellis ad citras proficit, scuta Maurorum minora.

141. VLMEA CAENA S. B. R. quia laneonum codices maxime ex ulmis sunt omnes.

142. NEC FRVSTVM C. P. hoc est, quod uult dicere. in-

2. mensis ***PS. corr. s.*** 4. qui ***PS.*** 5. cum non ***s.*** 7. cui ***add. p.*** 9. coquinam qua ***PS.*** 12. pige ***PS.*** *πυγαὶ* ***Rutgers Venus. lectt.*** 22. *p.* 370. 12.13. et — appellatur ***ad u.*** 139 ***post*** ‘tur’ ***ponunt PS.*** 12. et aluum argonausim ***PS.*** et album *ἀργόν* auis ***Rutgers.*** 13. pylargus ***PS. corr. Rutgers.*** lagopus ***Rutgers.*** tragelaphus ***C. Barth.*** chinalopes ***Lindenbrog.*** capreolus ***Schurtzfleisch.*** tragopanes ***c.*** *παρὰ τὸ τὴν πυγὴν ἔχειν ἀργήν* ***s.*** 14. Phasica anas ***Eremita.*** *Φάσιδος* tur ***PS.*** *Φάσιδος* dicitur genus auis allatum Argo naui ***Schurtzfleisch.*** *Φάσιδος* dicitur. est allata Argo naui ***Henninius.*** *Φάσιδος* dicitur et allatus ab Argo naui ***Achaintre.*** *Φάσιδος* dictus et aduectus Argo naui ***s.*** 19. quam ***om. S.*** buculus ***Schurtzfleisch.*** 20. cituras ***PS.*** cetras ***p.***

fertor noster furtum facere ignorat, neque aut capreae carnis particulam aut alicuius auis subtrahens.

144. INBVTVS OFELLAE. id est non aliud nouit rapere, nisi ofellam, quod didicit.

145. EMPTOS. uile comparatos.

146. PORRIGIT I. C. bene poeta ostendit uestitum puerum, non tamen ornatum.

148. QVISQVAM ERIT I. M. quales uendunt care manciparii. POSCE LATINAE. non Grece, quia nescit.

149. [HABITVS]. id est, pueris similes uestes. RECTIQVE C. P. non comati.

150. CONVIVIA PEXI. deducti pectine capilli.

151. PASTORIS. duobus his generibus poeta conuiuium deformat, quod rusticos dicit ministrare pueros.

152. MATREM. quia diu abest a parentibus, tristis est.

153. DESIDERAT HAEDOS. ut pastoris filius.

154. PVDORIS. modesti, bene nati.

155. PVRPVRA VESTIT. qui praetextati sunt. ARDENS PVRPVRA pro fulgens. ut Virgilius [Aen. IIII, 262]: 'Tyrioque ardebat murice laena.'

156. NE PVPILLARES. id est, quales habent hi, qui patres non habent, scilicet tumentes in licentia pueritiae. sed castus est.

158. INGVINA G. T. maiorem penem.

159. HIC TIBI VINA. talis puer pincerna.

160. A QVIBVS IPSE VENIT. de eadem uilla uinum, unde et minister est.

162. FORSITAN. id est, speras forsitan, quod incipiant saltare delicatae ac pulchrae puellae Syriae. quoniam de Syris et Afris Gadis condita est. num, inquit, expectas

2. subtrahit *s.* 5. uili *Schurtzfleisch.* 6. porrigit — ornatum *om. S.* 29. 30. Tyriae — Tyris *Schurtzfleisch.* 30. nunc *PS.* ne — expectes *s.*

apud me pantomimas aut lyristrias de Gadibus, quod lasciuiant? Martialis [V, 120]: 'ita ne Gadibus inprobis puellae uibrabunt sed nec in fine prunentes lasciuos docili tremore lombos.'

163. INCIPIANT P. R. R. TH. quae suo motu faciunt barbatos pati pruriginem.

169. EXTENDITVR ET MOX. ad Venerem. subauditur, illis saltantibus.

170. VRINA MOVETVR. irritata scilicet clunibus saltantium puellarum.

171. AVDEAT ILLE. res aut luxurias.

172. TESTARVM C. P. T. testis nam antea percutiebant saltantibus pantomimis, quia mos adhuc non erat ut mesochori percuterent manibus.

173. QVIBVS ABSTINET IL. F. tam obscenis, ut illis meretrices abstineant.

174. VOCIBVS O. S. N. diuites cantilenis turpibus.

175. QVI LACEDAEMONIVM. qui expuit supra marmor Lacedemonium, quo stratum est pauimentum, ut leue sit, ut saltantibus puellis nihil inpediat.

176. ALEA TVRPIS [FORTVNAE]. diuitum. quasi liceat illis peccare.

177. MEDIOCRIBVS H. E. D. IL. id est, si alea luserit pauper aut adulterium fecerit, damnandus est; si diues horum aliquid [fecerit], iocosus appellatur.

180. CONDVCITVR ILIADOS. Virgilii siue Homeri uersus.

182. QVID REFERT. quid interest, utrum bona, an mala.

2. nec de *Martialis*. 3. sine fine prurientes *Martialis*. 7. subauditus *P*. sub *S*. scilicet *s*. 13. quidam huc non *PS*. quia adhuc mos non *h*. quia adhuc non erat *Lipsius epp. ad Belg. II*, 48. quia tunc non erat *Salmasius ad Vop. Carin.* 19. quoniam tunc non *c*. quidam. hic nouerit ut *Rutgers uarr. lectt. II*, 16. mesocori *PS*. 17. diuites delectentur *s*. 19. lene *PS. corr. Rutgers uarr. lectt. II*, 16. 25. fecerit *add. p*. iocus *S*.

186. LVCE EGRESSA R. T. mire nec ipsi Persico pepercit poeta.

187. BILEM TIBI C. T. H. V. ne uxor tibi bilem contrahat, si tarde regreditur, quae a prima luce processerat, et ita regressa est, ut se prodat signis quibusdam concubuisse cum moecho. solent enim aures et uultus sub ora eis rubere.

188. VMIDA SVSPECTIS R. F. Terentius [Eun. IIII, 3, 3]: 'postquam ludificatus est uirginem, uestem scidit.'

189. VEXATASQVE C. M. uexata a moecho, cum quo concubuit.

194. SIMILISQVE TRIVMPHO. [192. INGRATOS]. non referentes tibi gratiam. qui fortunam sequuntur et amicitiam pro suis commodis contemnunt.

193. INTEREA MEGALESIACAE. hoc ideo, quia Megalesiaci circenses ante solem prope edebantur.

194. IDEVM S. L. de Ida. Matrem deum.

195. PRAEDA pompa. PRAEDA CABALLORVM P. S. quoniam circensibus illis, quos praetores edunt, unus est missus, qui ordinarius dicitur. ideo 'praeda caballorum', quia ordeum pro illo die aurigae tollunt equorum. aut ideo 'praeda' dixit, quoniam multi equi frangebantur in iisdem circensibus.

198. QVO COLLIGO P. id est, prasini ex clamore magno intelligo uictoriam.

197. NAM SI DEFECERIT. id est, si uinceretur prasinus,

1. ipsae *S.* Persico *Twesten* rei *PS.* 6. uultus et aures *Rutgers uarr. lectt. II*, 16. pudoratis *Scaliger apud Rutgersium.* subactis *C. Barth.* substratis *Schurtzfleisch.* sudore eis *uel* sub opere eis *Triller obss. critt. III*, 14. subagitatis *c.* 9. uestem omnem misere discidit *Terentius.* 12. nam *PS. corr. s.* 15. Megalesia *corr. Henninius.* 17. matre *S p.* Idaea matre *Muncker ad Hygin. fab.* 91 *p.* 316. 18. pompae *h.* 20. ordearius *p.*

aut hoc spectaculum deficeret, ut non essent circenses, sic tristem urbem uideres, ut si esset bello uicta.

200. HANC VRBEM v. l. C. locus in Apulia, ubi Romani ab Hannibale sunt uicti.

201. CONSVLIBVS. Varronem Terentium dicit et Paulum, quorum Paulus semet occidit, Varro autem fugit. cui triumfus decretus est, quia non penitus desperauit.

201. CLAMOR ET AVDAX. id est iuuenibus spectacula concede, qui propter certamina sponsiones ponunt, et delectat eos iuxta puellas spectare.

202. SPONSIO Q. C. T. quia antiquitus solebant mulieres cum uiris omnibus interesse spectaculis indifferenter.

204. IN BALNEA SALVA. bene hisdem poeta uerbis uerecundiam expressit.

206. AD SEXTAM. una integra hora usque ad sextam.

207. TAEDIA VITAE. ut saepius idem facias.

208. PARIOR VSVS. quidquid fit rariter, magis delectat.

SATVRA XII.

DE REDITV CATVLLI.

2. QVA FESTVS P. M. [ANIMALIA]. id est ad sacrificium ducenda ad aram.

3. EXPECTAT N. V. R. Iunoni. alii Fortunae.

4. GORGONE MAVRA. Mineruae similis agna. quoniam in Mauritania iuxta Athlantem a Perseo est occisa Gorgon Medusa.

5. SED PROCVL E. T. S. P. Q. H. F. id est, iuuencus, qui funem, qua ligatus est, rumpit.

19. Catilinae *S*. 21. ducendam *PS*. 27. quo *p*.

6. CORVSCAT. mouet, sicut telum, quod coruscat.

8. VBERA. lac sugere.

9. DVCERE Q. V. ferus, indomitus, maturus ad sacrificium. ut Virgilius [georg. III, 232]: 'adque irasci in cornua discit arboria obnixus trunco.'

10. SI RES AMPLA D. [SIMILISQVE AFFECTIBVS]. uoto, uoluntati similis et aequalis.

11. PINGVIOR H. P. matrona pinguis fuit.

12. MOLE PIGER. non in his partibus, sed de peregrinis.

13. CLITVMNI P. C. A. S. fluuius, qui Treuis, ciuitatem Flaminiae, interfluit.

14. FERIENDA M. T. sacerdote. aut quia sacrificia occidunt ministri.

16. MIRANTIS AMICI. Catulli, qui prope naufragio perierat.

17. FVLMINIS ICTVS. tempestates.

20. CREDERET ET MOX. [19. ANTEMNAS]. fulmen impulit antemnas cum uelis.

23. SI QVANDO P. T. C. S. id est, tales tempestates contingunt nauigantibus, quales fingere solent poetae, magnae.

25. CETERA SORTIS. id est, naufragii.

26. EIVSDEM PARS DIRA. [TABELLA]. quam naufragio liberati ponunt. antiquitus enim solebant, qui naufragio liberati essent, pro uoto pingere tabellas et in templo Isidis ponere.

28. PLVRIMA P. Q. A. quod in templis figendas tabellas pingunt.

30. CVM PLENVS F. plena nauis ex unda.

5. arboris *Vergilius.* innixus *p.* 7. similis id est *c.* 10. Treuam *Rutgers uarr. lectt. IIII*, 4. Faliscos *C. Barth.* Treuis et ciuitatem *c.* Trebiae ciuitatem interfluit. fl. Meuaniae *Schurtzfleisch. cf. itin. Hieros. p.* 613, 10: 'ciuitas Treuis.' 12. sacerdoti *PS. corr. C. Barth.* MAGISTRO. sacerdote aut MINISTRO quia *Schurtzfleisch.* qui *PS.* occidat ministro *C. Barth.* occidit ministro *c.* 13. ministris *Henninius.* 14. propter *PS. corr. p.* 21. quem *PS. corr. p.* 26. ponunt *PS. corr. Henninius.*

31. ALTERNVM P. P. L. latus dabat nauis et arbore coacta.

32. PRVDENTIA CANI. [33. RECTORIS]. gubernatoris.

34. COEPIT C. V. T. de periculo et de uita coepit pacisci cum uentis.

34. CASTORA QVI SC. castorem bebrum dicit, qui cum uiderit se obsideri et non posse euadere, testiculos suos morsu auulsos proicit. intelligit enim ob hanc rem posse capi. 37. [MEDICATVM]. quia ad medicamina ualde sunt necessarii.

37. FVNDITE Q. M. S. proicite in mare res meas.

39. MAECENATIBVS APTAM. id est, nobilibus aptam.

42. VIRIBVS O. L. T. E. B. T. S. id est, Spanas, Baeticas.

44. PARTHENIOS (ILLE NEC ARGENTVM). celatoris nomen. CAPACEM. grandem scilicet, qui urnam posset capere.

45. [PHOLO]. unus de Centauris. CONIVGE FVSCI. uxor Fusci ebriosa fuit.

46. ADDE ET MASCAVDAS. uasa, ubi calices lauabantur, uel cacabos.

47. EMPTOR OLYNTI. Filippus, pater Alexandri magni, cui Olyntum Macedoniae ciuitatem Lasthenes et Euthycrates prodiderunt. qui cum a Filippo proditores se nuncupari sepe audissent, uitam laqueo finierunt.

48. QVA MVNDI P. Q. A. quis alter aut in qua regione mundi inuenitur, qui salutem pecuniae praeferat?

51. SED VITIO CAECI. id est, multi sunt, qui ob hanc causam colligunt patrimonia, ut tantum haec habeant, ut non tamen utantur, sed auaritiae satisfaciant.

1. latus clauatum nauis arbore confracta *Schurtzfleisch.* latus lababat (*uel* nutabat) et arbor fracta *c.* 3. uitiis *PS. corr. p.* uita is *o.* ‘iacturam mercium facere’ *glossa superscripta in P. recepta a p.* 5. fibrum *Muncker ad Hygin. fab.* 69. *p.* 140. 6. obsediri *PS. corr. p.* 11. aptum *PS.* 12. Spaniae *p.* ueticas *PS.* Baeticae *p.* Baeticus id est Spanus *Rutgers uarr. lectt. IIII,* 4. 17. casa *PS. corr. p.* libantur *P.* ligabantur *S. corr. p.* 18. et *PS. corr. s.* 23. qui *PS.*

52. IACTATVR RERVM. [53. ADVERSIS]. absolute, quod aduersa sunt naufragantium fata.

54. RECIDIT. res peruenit ad hoc, ut arborem breuiorem faceret ac per hoc succideret.

56. PRAESIDIA A. F. sensus hic est. ultima praesidia angustum discrimen habent, post eiectionem rerum omnium ut facias nauem minorem. fit autem minor nauis sublata arbore, id est leuis.

57. I NVNC ET VENTIS. castigatio ab exemplorum euentu.

58. CONFISVS L. N. D. cum inter te et mortem quattuor sit digitorum distantia.

59. TEDAE. id est, nauis de pinu. pro qualibet posuit materia. ut [Vergilius Aen. IX, 85]: 'pinea silua mihi.'

60. MOX CVM RETICVLIS. quod nautae sibi scilicet ad sumptum uiaticum ponunt.

61. ASPICE S. M. D. inter sitarchiam et securem necessariam putato ad nauem uehendam.

62. SED POSTQVAM T. P. tranquillum factum est mare.

63. PROSPERA V. R. id est fatum uectoris superauit uentum et mare.

64. PARCE MELIORA. fata mitiora.

65. PENSA MANV D. non mortem minantia.

67. ARTE CVCVRRIT [VENTVS]. uentus prosperus.

68. VESTIBVS. funibus. aut VESTIBVS uelis accipe, aut quod dicunt artemonem.

69. VELO P. R. S. id est, artemone solo uelificauerunt.

71. ATQVE NOVERCALI. Albam Longam significat, quam condidit Iulus Ascanius, concessa nouercae sui nominis ciuitate, id est Lauinio.

2. aduersae *PS. corr. p.* 8. uelis *C. Barth.* 9. castigati *PS. corr. p.* 17. leuandam *Eremita.* 24. RESTIBVS *legisse schol. uidit C. Barth.* 28. concessu *PS. corr. p.* ciuitatem *PS. corr. p.*

72. CVI CANDIDA N. M. montes Albanenses.

73. MISERABILE S. M. aut MIRABILE, quia triginta fetus habuit, aut MISERABILE, quod miseratum sit Frigibus.

74. ET NVMQVAM V. S. T. G. C. numquam inuenta cum triginta mamillis.

75. PER EQVORA M. L. portum Augusti dicit siue Traiani.

76. PORRECTAQVE B. R. quia Traianus portum Augusti restaurauit in melius et interius tutiorem sui nominis fecit.

77. QVAE PELAGO C. R. M. L. R. intrant intra mare et dimittunt terram solidam.

78. MIRABERE P. id est, non sunt ita mirandi portus naturales, quam qui manu fiant.

79. T. PVPPE MAGISTER. truncata naue.

82. GARRVLA S. R. N. quia libenter frequentibus narrant tempestatem perpessi, postquam deuenerunt in portu securi.

84. SERTAQVE D. B. coronas immolatis hostiis.

85. MOLLES FOCOS deorum dicit, qui de ture facti sunt.

86. RITE PERACTVM. sacrificio completo.

88. NITENTIA CERA. incerata signa deorum.

90. VIOLAE IACTABO C. R. uiolae nam multorum colorum sunt, purpureae albae aureae.

91. REXIT IANVA RAMOS. coronatae ianuae lauro.

92. FESTA LVCERNIS. sacrificat inde, ut Virgilius [georg. I, 339]: 'laetis operatus in herbis.'

94. PRO CVIVS R. T. [ALTARIA]. sacrificia. id est, ne me putes hac humanitate hereditatem adpetere.

95. TRES HABET HEREDES. tres habet filios.

96. ET CLAVDENTEM OCVLOS. mirum est nam, ut amico filios habenti aliquis amicorum iam inpensius obsequatur, cum haec pro hereditate captanda fieri soleant.

10. admittunt *p.* 14. frequentius *PS.* 15. perpessos se *Schurtzfleisch.* portus *p.* 17. molles — sunt *om. S.* terra *C. Barth.* 19. incerato *PS. corr. C. Barth.* incerta *Rutgers uarr. lectt. V*, 5. 23. sacrificant *p.* 29. tam *PS. corr. p.* inpensus *S.*

97. INPENSA COTVRNIX. ironia. ad sterilitatem retulit. [COTVRNIX NVLLA]. occiditur pro patre febricitante, non, ut dicam, pro amico paupere.

99. SI COEPERIT. aegrotare.

100. VESTITVR TOTA LIBELLIS. deuotis precibus impletur.

101. PROMITTANT H. A. B. hecatonbem promittunt, [ne] moriantur illi, a quibus se heredes scribi poscunt. illi uero conperto hoc, quod pro ipsis uota faciunt, heredes eos scribunt.

102. VENALES ELEPHANTI. hoc est, quos immolant.

103. SIDERE TALIS. in urbe Roma non inuenitur.

104. FVLVA GENTE P. nigra, de India.

105. ARBORIBVS R. apud Lauinium, id est, in Etruria.

106. NVLLI. nisi regi.

107. PRIVATO SI QVIDEM. et ipse [X, 58] dicit: 'cum Getula ducem portaret belua luscum.'

108. HANNIBALI [MOLOSSO]. Pyrro Epirotarum regi, qui pro Tarentinis aduersum Romanos bis pugnauit, et uictor bis exutus est castris. ex cuius nomine est Pyrrica. et ipse elefantis uectus est per triumphum.

109. HORVM MAIORES. elefantis nam pugnabant.

111. NVLLA IGITVR. id est, nulla mora erit heredipetis, si etiam hoc genus emere liceat et immolare, quin et ipsud faciant.

113. ET CADAT ANTE LARES. ante aras deorum Penatium. SOLA. heredipeta.

116. DE GREGE SERVORVM. id est, etiam aliquanti de his, si liceret, de seruis sacrificium facerent.

1. ironiam *PS. corr. Schurtzfleisch.* ironia peniam ad *C. Barth.* 2. non occiditur *C. Barth.* febricitante, ne dicam (nedum *s*) pro *C. Barth.* 6. ne *add. s.* ut *add. p.* ut ne *Schurtzfleisch.* 7. alii uero *PS. corr. Schurtzfleisch.* 10. immolat *PS.* immolent *Schurtzfleisch.* 13. id est Netruria *PS. corr. p.* 15. ut *s.* 18. uictus *p.* 19. exustus *PS. corr. p.* ipsius elephanti uecti sunt *C. Barth.* 23. etiam beluam hoc *s.*

117. CORPORA. [118. ET SI QVA EST]. etiam filiam deuouet ad sacrificium, quin sciat, non eam posse eripi a Diana, ut Efigeniam.

119. ALTARIBVS ETSI. etiam filiam uirginem.

124. POST MERITVM. post Ifigeniam immolatam non uerbo facit heredem, sed uero.

126. ERGO VIDES Q. [RIVALIBVS]. aemulis hereditatem captantibus.

127. GRANDE OPERE P. [IVGVLATA MYCENIS]. filia Agamemnonis, ueluti filia captatoris. ironia. Ifigenia.

128. VEL NESTORA TOTVM. tribus seculis.

129. [NERO]. proscribendo. MONTIBVS AVRVM EXEQVET N. A. M. Q. Q. id est, in patrimonio habendo.

SATVRA XIII.

1. COMMITTITVR IPSI. ita male uirtutem esse ait, ut displiceat quod male committitur.

2. DISPLICET AVC. R. quod ipsi auctori displicet crimen.

3. IVDICE NEMO N. id est, haec est magna poena, quod si qui peccauerit, suo iudicio damnatur.

4. VICERIT VRNA. nihil prodest conrupisse iudicem, uel subposuisse pro sorte.

7. CONTIGIT VT M. id est, aequo animo hoc ferre debes, quia nec tantum pauper es, nec tibi soli hoc contigit, sed iam apud homines uetus est haec causa.

2. quamuis sciat *p.* 3. Efigeniaras ***PS. corr. p.*** 13. augendo s. 14. DE LIB QVINTO IVVEL *S.* 15. ita male uiuere tutum esse ***C. Barth.*** ita male uirtuti insitae esse (*aut* in se esse) ***Schurtzfleisch.*** ita malle uirtutem eos *c.* ita ualidam uirtutem esse *h.* ita amabilem uirtutem esse *s.* 20. prodes ***PS. corr. p.*** 22. debet ***PS. corr. p.***

8. IACTVRAE T. M. G. O. N. damni, quod contigit, adfligat pondus.

11. PONAMVS NIMIOS. pone, quod debeas tristari, sed ita ut oportet, secundum damnum.

14. SPVMANTIBVS ARDENS. flagrantibus. iratus.

15. QVOD NON REDDAT A. tu nunc minima damna uix toleras, cum uirorum sit forti animo etiam magna perferre.

16. QVI IAM POST TERGA R. Q. interrogatiue ipsi increpat. id est, haec seni noua uideri non debent.

18. AN NIHIL IN MELIVS. tanti temporis usus non tibi proficit?

21. HOS QVOQVE FELICES. pro 'sapientes' posuit.

22. NEC IACTARE IVGVM. translatiue. qui non reluctantur contra necessitatem.

23. QVAE TAM FESTA DIES. quid tam sacrum celebratur, ut non cottidie delinquant inficiantes homines.

25. VEL PVXIDE NVMMOS. ueneno aut gladio.

27. THEBARVM P. quia septem portas habent Thebe, et septem hostia Nilus, et septem sunt sapientes.

30. NOMEN ET A NVLLO P. id est, quemadmodum priora tempora habuerunt nomina, id est, aurea argentea et cetera.

31. NOS HOMINVM D. cum [sint] scelerata saecula, nos hunc patimur errorem, ut hominum ac deorum fidem imploremus.

32. QVANTO FESIDIVM. ut ostendat, Foesidium conductos tunc habuisse, qui eum agentem causas magna uoce laudarent.

33. SPORTVLA DIC SENIOR. inrisiue, quasi iterum puer. hoc ex prouerbio Graeco *δὶς παῖδες οἱ γέροντες*. ce-

3. 4. ita dole ut uirum oportet *cod. Schurtzfleischii, prob. s. qui add.* et. 5. iratis *PS. corr. h.* 8. ipse *p.* ipsum *Henninius.* 21. nomina aetas aurea *Schurtzfleisch.* 22. sint *om. PS. add. C. Barth.* conscelerata *o.* 25. Foedisium *P.* 29. Graeco dic *πaeCOLΓEPONTEC P.* Graeco dicit *ΠaeCOIΓEPONTeC S. corr. s.*

terum bullae qui usus, aut a quo inuentus fuerit, supra dictum est.

35. RISVM VVLGO. [33. NESCIS QVAS HABEAT VENERES]. id est ignoras, quas uoluptates. [35. RISVM VVLGO MOVEAT]. populo praestas, cum perfidiam minaris.

37. ARAEQVE R. B. sanguinulentae, uel ex igni.

39. SVMERET A. G. T. P. D. id est, temporibus, quibus Saturnus regnum tenuit, fidem homines exibebant.

42. CONVIVIA C. L. C. L. inrisiones, per immutationes formarum.

43. NEC PVER ILIACVS. Ganimedes. HERCVLIS VXOR. Hebem dixit.

44. AD CYATOS E. S. N. exsiccato, feculento, aut liquefacto. TERGENS. ut bene placeat.

46. PRANDEBAT SIBI. non in conuiuio communi, sed priuatim.

49. PONDERE. [48. ATLANTA]. quia dicunt eum caelum sustinere, ut Virgilius [Aen. IIII, 482]: ‘axem humero torquet stellis ardentibus aptum.’

50. IMPERIVM A. S. id est, cum adhuc nec Iuppiter regnum celeste teneret, nec Neptunus mare, nec Pluto inferna cum Proserpina.

51. NEC ROTA N. F. ‘rota’, in qua Ixion dicitur uolui. ‘saxum’, quod Sisyfus uoluit. ‘uulturem’, qui iecur Tityi comedit.

(48. NVMINIBVS M.) [52. SINE REGIBVS]. nam non erat opus iudicibus, dum scelera nulla procederent.

1. inuenta *Schurtzfleisch.* *uidetur olim ad V*, 164 *de bulla dictum esse.* 3. *scholia ad* 34 *et* 35 *truncata et in unum conflata esse non fugit Schurtzfleischium.* 5. miraris *Rutgers uarr. lectt. VI*, 18. 6. sanguinulenti *PS.* 9. irrisio dei per *Schurtzfleisch.* 14. Veneri *h ad Cic. orr. frr. p.* 108. exsaccato *Schurtzfleisch.* liquore coacto *Schurtzfleisch.* uacuefacto c. feculentoque latice (*uel* calice) facto *Beier ad Cic. p. Tull. p.* 37. 26. *hoc scholion ad* 48 *ascribunt PS. traiecit p.*

53. ADMIRABILIS AEVO. mirabile nam fuit, si quis illo tempore inprobus inueniretur.

56. IPSE VIDERET. quamuis ditior esset.

57. PLVRA D. F. Virgilius [ecl. III, 92]: 'et humi nascentia fraga.' MAIORES G. AC. deferebat puer iuueni licet in domo sua esset ditior. diuitiae autem in fragis et in glande taxabantur.

59. PRIMAQVE C. D. S. L. S. ita, inquit, uidebatur uenerabile aetas, ut pueris maioribus se annis quattuor deferrent, [ut] esset prima lanugo, id est, iuuenis deferens senibus adfectarent.

61. AERVGINE FOLLEM. aeris uitium aerugo dicitur, ferri rubigo.

62. PRODIGIOSA F. dicitur quasi monstro similis.

63. QVAEQVE CORONATA. quae res, id est fides, sacrificiis lustrari debet.

65. HOC MONSTRVM P. id est, hoc tempore uir bonus monstris conferendus est.

66. COMPARO MVLAE. monstris. prodigia, quae bellum Caesaris et Pompei ciuile praecesserunt.

70. LACTIS VERTICE T. aut lacteis, aut sanguineis.

71. INTERCEPTA DECEM. apostropham facit ad illum, cuius ob reditum sacrificauit.

73. MAIOREM T. I. perdidit commendatam.

9. pueri *Schurtzfleisch.* deferri ut esset *PS. corr. Schurtzfleisch.* deferri consuesset *C. Barth.* deferrent, utut esset *c.* 10. iuuenes *p.* deferre *C. Barth.* senibus senium adfectarent *Schurtzfleisch.* 14. similes *PS. corr. p.* 15. quae res idem foedes *PS. corr. Scaliger apud Rutgers. uarr. lectt. I.* 16. quae res ideo fordis *p.* quae res fidei in aede *Rutgers.* quasi tam mira fides *Schreuelius.* quia res fidem excedens *C. Barth.* 18. conforandus *P.* confurandus *S. corr. p.* 19. monstrat *C. Barth.* 20. processerunt *PS. corr. p.* 24. commendatum *habere S falso adnotauit c.* commodatam *Schreuelius.* perfido commendata *C. Barth.*

75. TAM FACILE. id est, facilius contemnuntur dii, si hominis testimonium [non] intersit, qui in iudicio dicat, 'uidi.'

77. VOCE NEGET. [QVAE SIT]. pro, quanta sit. ut Terentius [Andr. V, 3, 7]: 'num eius uultus pudoris signum usquam indicat.' CONSTANTIA VVLTVS. negantis uultus.

78. FVLMINA IVRAT. Capitolini Iouis.

80. PER CALAMOS V. T. *κατὰ κοινοῦ*. per omnes deos iurat.

83. ARMAMENTARIA CAELI. in quibus arma posita sunt.

84. COMEDAM INQVIT F. N. id est, et per filios suos iurat, si non eos comedat.

85. MADENTIS ACETO. Aegyptio, forti.

86. SVNT IN FORTVNAE. dicit, quam ob causam homines periurent, cum dicant, quod non dis agimur, sed fortunae casibus. quid ergo dii nocebunt laesi, si fortuna disponente uita hominum regitur?

88. NATVRA VOLVENTE. ut disposuit natura.

89. ATQVE IDEO IN. T. P. Q. sine ullo timore peierant.

90. EST ALIVS M. T. qui credit, delictum posse puniri uoluntate deorum, sed ueniam sperat.

93. LVMINA SISTRO. id est, caecum etiam faciat.

94. QVOS ABNEGO N. id est, si pro ingenti praetio, ferenda est caecitas. dummodo magnum sit, quod negetur.

96. OPTAREM P. D. G. melius est aegrotare cum diuitiis, quam esse sanum pauperem.

97. NEC DVBITET LADAS. Ladas fuit inter nobilissimos cursores Olympico certamine, cui aemulus talaris eandem gloriae palmam tulit, et apud Elidem coronatus est. sensus autem ex persona periuri est. hoc est, melius cum uno pede

1. ni *c.* 2. non *add. s.* 4. eius color *Terentius.* 5. negantis intuitus *C. Barth.* 11. sic *PS. corr. c.* 19. dilectum *PS. corr. p.* 27. Talus *Muncker ad Hyg. fab.* 39 *p.* 102. Talus Cres *Schurtzfleisch.* 28. sed apud Elide *PS. corr. Schurtzfleisch.* 29. melius est diuitem uno *Schurtzfleisch.* pede diuitem uiuere quam pauperem currere *s.*

currere, quam pauperem uiuere, etsi hoc fuit in cursu, quod Ladas. Ladas nomen est cuiusdam pauperrimi cursoris.

99. PRAESTAT ET ESVRIENS. aut quid praestat eum Olympia coronari in Elide, ubi atletae habent Olympiacum certamen?

100. VT SIT MAGNA TAMEN. concedo, inquit, ut delictum puniant di, tarde tamen.

102. EXORABILE N. M. periurus dicit haec.

103. FORTASSE. fortasse, inquit, [erit] placabile numen. quod omnia diuerso fiunt fato usque adeo, ut in eodem crimine deprehensi, alter crucem mereatur, alter imperium.

105. PRAETIVM TVLIT H. D. D. ut Romulus pro commisso scelere non dedit poenas, sed imperium adeptus est.

107. CONFIRMANT T. T. S. A. tunc te uocantem eum ad templum, ut iuret, praecedit.

109. NAM CVM MAGNA. nam cum, inquit, hominis, qui malam causam habet, id est, qui denegat alienum, uisa fuerit inproba contentio, audacia creditur innocens, ut mimum urbani scurrae agere hac inrisionis audacia uideatur. talis est enim mimus, ubi seruus fugitiuus dominum suum trahit. Catullus mimographus fuit.

112. TV MISER EXCLAMAS [STENTORA]. praeconem Graecorum, quia antiqui tubas non habebant.

113. VEL POTIVS Q. G. H. Mars cum plagatus est a Diomede.

4. cum *PS.* 5. Elia *S.* Aelia *P. corr. Schurtzfleisch.* 7. dilectum *PS. corr. p.* 9. peiurus *PS.* 11. diuersa sunt facta *PS. corr. Rutgers uarr. lectt. VI*, 18. omnino diuersa sunt fata *Schurtzfleisch.* 16. praecidit *PS. corr. c.* 17. homines *PS. corr. Rutgers uarr. lectt. I*, 16. 20. ac *PS. corr. Schreuelius.* ab *Rutgers.* inrisione audaciae *PS. corr. Rutgers.* ad inrisionem audacia *C. Barth.* ac facere inrisionem *h.* 21. fugitiuus in ius dominum *C. Barth.* 23. praecones *PS. corr. c.*

115. DEBVERIS VEL M. VEL. cuius statua uel marmorea uel aenea sit.

117. ALBAQVE PORCI. ut quid sacrificamus, si uocem non redditis?

119. STATVAMQVE AGELLI. ut uideo, inquit, inter uos et Vagellium, qui, ut uos, stultissimam accepit statuam.

120. SOLACIA FERRE. ualeat adferre solacia Iuuenalis tibi.

121. ET QVI NEC CYNICOS. dicit cynichorum et stoicorum dogma conuenire, tantum uestem distare. nam cynica mater eresis stoicae. cynici absque palleo, exerto brachio.

122. A CYNICIS T. D. NON EPICVRVM. nam in hortis [de] otio et uoluptate disputat.

124. MEDICIS MAIORIBVS AEGRI. per allegoriam sufficere se dicit in solacium amico damnum maerenti.

129. CLAVDENDA EST IAN. D. quasi lugentes ianuas claudant, cum damnum pertulerunt.

132. FINGIT I. H. C. V. D. sed uere plangunt damna.

133. VMORE COACTO. lacrimis extortis. Terentius [Eun. I, 1, 22]: 'una hercle falsa lacrimula.' Virgilius [Aen. IIII, 449]: 'mens inmota manet, lacrimae uoluuntur inanes.'

136. PARTE TABELLIS. cautionibus.

137. VANA SVPERVACVI. negant suas esse manus.

138. GEMMAQVE PRINCEPS. praetiosa. signum suum.

139. CVSTODITVR EBVRNIS. quia in locellis eburneis gemmas solent reponere.

141. FILIVS ALBAE. prouerbium uulgare. id est, nobilis.

142. NOS VILES P. N. Virgilius [Aen. XI, 372]: 'nos animae uiles.'

3. ad quid *Henninius.* aut quid *s.* uicem *PS. corr. Rutgers uarr. lectt. VI,* 18. 5. nihil interest *post* inquit *add. s.* 6. stultissimus *p.* 9. ueste *PS.* cynicae — stoica *Schurtzfleisch.* 10. heresis mater *Ferrarius de re uest. I,* 15. absque tunica ex pallio *Ferrarius.* stoici *post* brachio *add. C. Barth.* 11. de *add. p.* 14. merenti *PS. corr. s.* 20. mehercle *Terentius.*

143. MEDIOCRI BILE FERENDA. damnum, quod debeas contemnere.

144. AD CRIMINA CONFERT. huic, qui depositum tibi negauit, compara.

146. IANVA COLLIGIT IGNES. sulfuratas esse ianuas ab incendio.

147. QVI TOLLVNT G. T. qui templum spoliant.

148. POCVLA ADORANDA. et antiquitatis merito adoranda.

151. RADAT INAVRATI FEMVR. dropacistas dicit, qui cera de inauratis statuis aurum tollunt.

153. CONFLARE TONANTEM. id est, qui non dubitet etiam ipsius Iouis statuam conflare.

154. MERCATOREM Q. V. dubium. uenditorem an emptorem dicit?

155. ET DEDVCENDVM C. B. culleo nam insui consueuerant, qui haec scelera temptarent, id est, parricidae.

156. CLAVDITVR A. V. S. simia et serpens clauditur cum parricida et in mare mittitur. INNOXIA. pro innocens.

157. GALLICVS VRBIS. nomen praefecti uigilum, qui instituti sunt, postquam Galli Capitolium paene ceperunt.

160. SVFFICIT VNA DOMVS. Gallici scilicet domus, ubi haec omnia audiuntur cottidie.

162. QVIS TVMIDVM G. quis potest, inquit, facta scelera suis in locis, ubi omnes tales sunt, mirari? tamquam si in Alpibus gutturosos homines admireris, ubi sunt tales plurimi. sed nam lata et inflata colla habent.

164. LVMINA F. glaucos oculos et capillos rubeos.

166. NATVRA EST O. N. B. V. ideo non est mirum.

6. incendiario *Schurtzfleisch e cod.* ad incendia *C. Barth.* 9. dropaciste *PS. corr. Henninius.* tropice istos *Eremita.* ceram *PS. corr. Henninius.* clam *Lindenbrog.* caelo c. ceram — auream *C. Barth.* 14. dicat *Henninius.* 20. institutus est *PS.* 21. Gallicis *P.* Gallis *S. corr. p.* 24. fuisse *Schurtzfleisch.* 26. scilicet. nam *p.*

167. AD SVBITAS TRACHVM. ad fluuium Strimonem.

168. PYGMEVS P. aut quis debeat mirari Pygmaeos cum gruibus pugnantes, quorum hoc est studium semper?

169. PER AERA CVRVIS. quia parui sunt corpore.

171. RISV QVATIARE SED ILLIC. id est, rideres, si hoc apud nos posses uidere.

173. PEDE NON EST ALTIOR V. quia omnes tales sunt, nemo ibi de alio ridere potest.

174. NVLLANE PEIVRI. *ἀνθυποφορά*. quasi obiectio: ergo nulla poena manet eos, qui peierant?

175. POENA ERIT A. R. T. id est, puta quod maioribus poenis afficitur, quam quas animus tuus exposcit, quid tibi prodest? nec damnum ex hac re resarciri potest.

176. PROTINVS E. N. Q. hunc continuo uinclis ligari.

178. SED CORPORE T. id est, etiamsi decolletur, nihil inde lucri habebis, nisi inuidiosam defensionem. sed dicis: bona res est uindicari.

181. NEMPE HOC I. D. id est inperiti, qui nullis causis poenas exposcunt.

182. INTERDVM AVT LEVIBVS. satis est damnum qualecumque usque ad iracundiam ut procedat.

184. [DICET]. non etiam ad uindictam debere reddi poenam. CHRYSIPPVS. non hoc praecipit filosofia, ut rependantur malis uices. nam Chrysippus et Thaletis filosofi fuerunt.

187. ACCVSATORI. Socrates, filosofus Atheniensis, cum argueretur proditionis, receptus est in carcere cum accusatore. qui cum sibi daretur uenenum, accusatori petenti noluit dare.

1. apud *Schurtzfleisch.* 6. possis *PS.* 11. puta quam *PS.* puta quum *c.* 12. quamquam *PS. corr. Rutgers uarr. lectt. VI,* 18. affici et quantum *h.* 13. ne *PS. corr. p.* 18. qui in nullis *PS. corr. p.* 20. autem *P.* sapientis est *PS.* qualemcumque *PS. corr. p.* 27. reiectus — carcerem *Eremita.* 28. daret *PS. corr. Henninius.* cum sumeret *Eremita.*

186. QVI PARTEM A. T. F. 187. [PLVRIMA FELIX]. generaliter. quicumque felix, idem est doctus et sapiens. potior ergo est sapientia quam felicitas, siquidem illa paulatim amittit, haec statim purgat.

188. EXVIT OMNES. id est sapientia.

189. QVIPPE MINVTI. feminei dicit.

192. NEMO MAGIS G. D. quia uincitur animus sexus iracundia.

194. VERBERE CEDIT. id est, conscientia sua poenis et uerberibus adficit.

197. QVAS ET CAECIDIVS. Caedicum aulicum Neronis crudelissimum fuisse uult intelligi satellitem Neronis.

199. SPARTANO CVIDAM. Glaucum dicit genere Spartanum, qui creditum fidei suae thensaurum a Milesio quodam (et) repetentibus hanc pecuniam heredibus filiis eiusdem Milesii reddere dubitauit, cum Apollinem consuluisset, quid sibi suaderet, fraudaretne periurio, quod ad sacramentum uocaretur, aut sine sacramento fidei commissum redderet. cui deus respondit, poenas soluturum hoc ipso, quod dubitauit creditum restituere. quo responso Glaucus territus, parauit se citra sacramentum reddere. haec narratio in VII. historia Herodoti est. reddidit ergo Glaucus, quia timuit, non quia uoluit; unde poenas dignas sceleris non effugit. hoc est apud Herodotum [VI, 86]: *ὄμνυ, ἐπεὶ θάνατός γε καὶ εὔορκον μένει ἄνδρα.*

201. DEPOSITVM R. T. non reddere fideicommissum, sed peierare.

204. REDDIDIT ERGO M. timens poenam, non pro uoluntate.

205. VOCEM ADITI D. quae illi Apollo fuerat minitatus.

2. id est *PS. corr. C. Barth.* 10. adfecit *PS. corr. p.* 15. hedibus *PS. corr. p.* 17. peiurio *PS.* 19. ipsum *PS. corr. p.* dubitarit *Henninius.* 24. *OMNY EΠI ΦANATOC Kal EYOPKON MIaNIaNΔPa PS.* 30. militatus *PS. corr. p.*

206. CVM PROLE DOMOQVE. cum omnibus suis uel propinquis eradicatus est.

208. HAS PATITVR P. qui, inquit, animo scelus cogitat, tamquam commiserit, sic eum conscientia sua torquet.

209. NAM SCELVS I. T. S. T. id est, qui nam cogitauerit scelus admittere, reus est, tamquam si cogitata perpetrauerit.

211. NEC MENSAE T. P. C. nec edendi tempore concedit.

213. SED VINA MISELLVS. cum apud conscientiam suam cogitant de admisso scelere.

216. ACRI DVCTA. aceto Falerno.

219. NVMINIS ARAS. ubi peierauit.

220. SVDORIBVS VRGVET. ex perturbatione somnii.

221. TE VIDET IN SOMNIS. cui fraudem fecit. ET MAIOR IMAGO. tu illi es pro sacris.

222. COGITQVE FATERI. quod debet, ut reddat.

223. HI SVNT Q. T. P. D. fisici nam adserunt, ex conflictu uentorum uel nubium tonitrua et fulgura fieri. nam ex nimio flatu uel certamine uentorum nubes inter se conlisae tonitrua et coruscus faciunt, ac ueluti saxa inter se conlisa ignem excutiunt.

226. IRATVS CADAT. propter sua commissa.

228. PROXIMA TEMPESTAS. id est, si praeterita tempestas sibi non nocuerit, tum futurae metu torquetur.

229. CVM FEBRE D. si coeperit aegrotare.

231. A NVMINE S. D. irato, laeso numine.

232. PECVDEM SP. D. S. sacrificia promittere pro sanitate recuperanda non audet tamquam reus.

235. DIGNIOR H. V. magis hostia quam ipse uiuere meruit.

237. CVM SCELVS ADMITTVNT. cum ad perpetrandum sce-

3. concitat *PS. corr. p.* 5. qui iam *S.* nam *om. P.* qui animo *s.* 7. tempora *p.* 9. cogitat *p.* 15. debetur reddat *PS.* 18. ueluti *Schurtzfleisch.* 19. coruscas *Salmasius ad Solin. p.* 804. coruscos *Schurtzfleisch.*

lus uenerint, in eadem constantia perstant, ut sperent etiam inlicita debere omni modo fieri: peracto facinore ex ipsa conscientia animi eorum ab illa deiciuntur audacia.

239. AD MORES NATVRA R. sentiunt se male facere, et tamen faciunt.

241. PECCANDI F. P. male facere nam ipsa consuetudine uerterat in naturam.

243. QVISNAM HOMINVM EST. quis est hominum, qui cum semel peccauerit, non hoc frequenter desideret?

244. FLAGITIO DABIT I. L. ligabitur in carcerem.

245. CARCERIS VNCVM. unco nam ferreo trahebantur a populo, qui merebantur sic puniri.

247. EXVLIBVS M. *κατὰ κοινοῦ*. id est, patietur exilium, in insula exilio deputabitur.

248. FATEBERE LAETVS. dicturus es et potentes et exaudibiles esse deos.

SATVRA XIIII.

DE INSTITVTIONIBVS.

1. DIGNA SINISTRA. contraria mala institutio in naturam uertit. Horatius [c. IIII, 4, 35]: 'utcumque dedecere mores, dedecorant bene nata culpae.'

4. LVDIT ET HERES. [3. PVERIS]. filiis, ut Virgilius [Aen. IIII, 94]: 'tuque puerque tuus.'

5. ARMA FRITILLO [BVLLATVS]. adhuc paruulus. FRITILLO. pyxide cornea, qui *φιμός* dicitur Grece. fritin-

1. ea quidem — asseuerent *Schurtzfleisch.* 2. omnimoda *Schurtzfleisch.* 6. ipsam consuetudinem *PS.* 9. iteret *C. Barth.* 14. deportabitur *Rutgers uarr. lectt. VI*, 18. 15. est et *PS. corr. p.* 19. contraria indoli mala *Schurtzfleisch e cod.* 20. defecere — indecorant *Horatius.* 25. fritillus *PS.* fimus *PS.* titinnire *Schurtzfleisch.*

nire aues dicuntur [id est] strepere aut sonare. apud antiquos nam in cornu mittebant tesseras, mouentesque fundebant. aut fritillum pyrgum dixit.

9. NEBVLONE PARENTE. id est, a patre didicit. [nebulo]. luxuriosus, gulosus.

10. ET CANA. patris, id est uetula.

12. BARBATOS L. AD. philosophum licet ad erudiendum adhibeas, semel inbutum luxuria patris non posse reuocari.

15. MITEM ANIMVM. interrogatiue pronuntiari potest, sed melius ironicos. per ironiam dictus est sensus. mitem animum praecepit Rutilius: an putas eum saeuire, qui gaudet plagarum strepitu? ironicos ‘et mores modicis erroribus aequos’, quia nemo sine uitio est. id est tolerabilibus indulgentes.

16. PRAECIPIT A. Q. A. S. de eadem materia et elemento.

19. SIRENA FLAGELLIS. dulciorem esse flagellorum strepitum ei, quam cantum Sirenarum.

20. CONPARAT. id est carnifex potius et latro domus suae, quam dominus. AC POLYPHEMVS. Lestrigonum rex Antipathes et Polyphemus cyclops, qui homines comedebant.

22. LINTEA FERRO. id est, si seruus cruciatur propter duo sabana.

23. LAETVS STRIDORE C. [QVID SVADET]. paternam crudelitatem.

24. QVEM MIRE ADFICIVNT S. ERG. quoniam, qui ibi includuntur, inscripti sunt. CARCER. [ADFICIVNT]. laetum faciunt, delectant.

1. id est *add. s.* streperae et sonorae ***Schurtzfleisch.*** 5. luxurioso et guloso *s.* 8. non posses (*immo* potes) reuocare ***Schurtzfleisch.*** 9. interrogatiua ***PS. corr. p.*** 10. pro ironia ***PS.*** 13. tolerabilius ***PS. corr. Rutgers uarr. lectt. I,*** 16. indulgentem ***PS.*** 21. sic ***PS. corr. s.*** 23. paterna crudelitate ***PS. corr. s.*** 25. quam quam ***PS. corr. Henninius.*** nam quum ***C. Barth.***

26. FILIA QVAE. speras quod filia meretricis casta possit esse?

27. TAM CITO N. T. P. id est, quae non potest nomina moechorum matris suae continuate uno spiritu dicere?

29. VIRGO FVIT. ut haec disceret. iocunde, pro aetate.

30. FERRE CINEDIS. internuntiis, ministris, qui matris suae fuerunt.

33. VNVS ET ALTER. pater et auus.

34. FORSITAN HAEC SPERANT. id est turpia.

35. PRAECORDIA TITAN. Prometheus, qui fuit Titanis filius, Iapeti. qui fuit unus e Titanibus.

36. VESTIGIA DVCVNT [FVGIENDA]. iuuenibus scilicet.

37. ET MONSTRATA DIV. id est, multi filii inuiti facta parentum secuntur.

40. EX NOBIS. [DOCILES]. id est, ad mala imitanda faciles sumus. ut Terentius [Andr. I, 1, 50]: ‘namque ut est hominum ingenium procliue ad libidinem, dehinc questum accepit.’

